DIVINVS ille Plato, lib. de Repub. dicere ſolebat, hominē eſſe animal manſuetum; & ſi cum natura fœlici rectè inſtituatur, euadere excellentiſsimum: ſin minus, nihil eo deterius exiſtere. Idē Diſcipulus præſtantiſsimus dicere videtur in lib. 1 Polit. cùm ait, qui autem in communi ſocietate nequit eſſe, & qui nullius indiget propter ſufficientiam, nulla pars eſt ciuitatis, quare aut beſtia, aut Deus; natura igitur omnibus ad huiuſmodi ſocietatem eſt appetitus. Qui autem primus inſtituit maximorum bonorū cauſa fuit. Vt enim perfecte ſuſcepta, optimum cunctorum animalium eſt homo. Ita ſi alienus fiat à lege, & à iudicijs: peſsimum eſt omnium animalium. ſæuiſsima enim eſt in iuſtitia tenens arma. homo verò arma tenet, per innatam prudentiam, atque uirtutem, quibus plurimum ualet in contrarium uti. Itaque impijſsimum, & immaniſsimum eſt, ſine virtute, & ad libidinem cibationemq́; deterrimum; iuſtitia verò ciuile quiddam eſt. Nam ius ordinatio eſt ciuilis ſocietatis. Iudicatio autem iuſti iudicium. Quare rectiſsimè quidem, id tanti uiri dicebant. Credo enim uos non latere, quòd nuper in foro ſancti Seuerini, dum furcarum ſuſpendio quidam maleficus addictus eſſet, & ob id turba copioſa conueniſſet, omneſq́; ad tam crudele exitiū, oculos vertiſſent; ingens furtum, magnæ quantitatis pecuniæ, eo in ſpectaculo factum fuit. O rem admirandam, remq́; vbiq; prædicandam. Quis enim tunc nō expaueſcere, quis non timeret, quiſve non in animo ſtatuiſſet, à quibuſvis malis moribus abſtinere? Fruſtratur quidem effectu iuſtitia, ille enim more non emendat, hic autem exemplo minimè bonus euadit. Quid ergo vobis videtur? Nonne hoīum natura peſsima? Foll. Quis negabit? à ſeculo non eſt auditum. Gand. & tu Aretine, quid dicis? Aret. Profectò noſtris moribus & luxu fit, vt animaduerſoribus & medicis quotidie indigeamus: & tandem prorſus nihil fieri de eo quod intendit iuſtitia videamus. Foll. Animalia naturæ inſtinctu ſciunt à periculis fugere, ſi ad illa ſemel inciderint; vel alia incidiſſe inſpexerint. At homo rōnalis ſemper ſibi laqueos, parat: & ab illis neſcit euadere. Gan. vtiq; non poſſum negare. ſed quia ſuprà dixiſti, hoc caſu iuſtitiam fruſtrari effectu: quorſum hæc? Nonne iuſtitiæ emendatiuę parti ſatisfactum videtur, ſi interficiēs interficiatur, & ſi furans occidatur? Folle. Minimè.





Plato enim duas eſſe puniendi cauſas, vnam ad corrigēdum; alteram propter exemplum. Licet Taurus in commentarijs quos in Gorgiam Platonis inſcripſit tres puniendi cauſas dixerit, vna caſtigandi, & emendandi, altera ut dignitas, autoritasq́; in quem eſt peccatum, tueatur, ne prætermiſſa animaduerſio contemptū eius pariat, & honorem leuet. Tertia propter exemplum, vt cæteri á ſimilibus peccatis, quæ prohiberi publicitus intereſt mætu pœnæ deterreantur. Et hæc maxima eſt. Hodie enim hæc minimè effectum habet. Sicq́ue in hoc iuſtitia fruſtratur, effectu. Arc. Vera vtique dicis. & cùm ſemper reputauerim animaduerſionem & crudelem & odibilem, modo reputo ſanctam & bonam. Cumq́; principaliter intendat ad cōponendos aliorum mores, cuperem vobiſcum ratiocinari de ea, & quomodo ad illam perueniri poſsit, ut ritè recteq́; procedat. Gand. Mirum admodum de his diſſerere pluries deſideraui. ſi placet, poterimus introire domum, & operam dare noſtro dialogo, Foller. Libet certè, introeamus, & uertamus, nomina noſtra. Tu. Gandine vocaberis Iudex, Tu Aretine inquiſitus, At ego Fiſcus. Vnuſquiſq; noſtrum quæſtiones, præponet; Gandinus autem quid iuris ſit diffiniat. Gandin. ſic fiet. Aret. Primam igitur partem aſſumere, tu iudex aſſume, ſic placet Iud. Cùm enim principaliter animaduerſio eò tendat ut cæteri uidentes terreantur, & ſaltim metu à peccatis abſtineant. eaq́ue à magiſtratu dependeat, cuius functionem ualde eſſe illuſtrem, cùm præſit hominibus, Plato affirmat. quam licet multi alij nomen hoc vſurpare ſibi velint, quaſi populi ſint paſtores, atque nutricij, cuiuſmodi ſunt mercatores agrycolæ, gymnaſtæ, & medici, eo quòd victum ſubminiſtrent, & ualetudini conſulant, tamen ei ſoli proprium eſſe nomē illud, qui populum legibus, moribuſq́; regit: Is, enim arte quadā imperat, nec refert, an uolentibus imperet, an inuitis, an ex ſcripto: nec ne pauper ſit, an diues: Multi enim ſunt (inquit Ariſt.) qui in priuatis virtute vti poſſunt, in cæteris, quæ ad aliū ſpectant, non poſſunt, vnde recte illud Biātis dictum videtur: Principatus uirū oſtēdet, quippe cùm ad alterum iam, & in ſocietate Princeps verſetur ob id quoque ipſum iuſtitia ſola ex omnibus virtutibus eſſe alienum bonum uidetur, quia ad alterū ſpectat, agit enim ea, quæ alteri conducunt, aut Principi, aut Reip. qui enim iuſtitiam ipſam miniſtrat, agere debet, quæ ſua, & Reip. intereſt, in dialogo enim. 6. de legi. in princ. ſic inquit, nulli dubium eſt, quin cum magna res legum latio ſit, ſiquis ciuitati per leges bene paratæ nō idoneos magiſtratus conſtituat, quamuis leges benè poſitæ ſint, tamen non modo id nihil proderit, riſumq́ue mouebit, uerum etiam calamitates maximas ciuitatibus pariet. Sicq́ue expedit perſonam eius prius uitā, & mores, componamus de in qualiter ad animaduerſionē, procedat dicamus, Oportet enim magiſtratum ipſum, compoſitos & non diſperſos habere mores, ut aliorum componere mores ualeat &c. Nam ait text. in c. forus in fin. extra de verb. ſignif. quòd non poteſt iuſtitia cum ſcelerato habere cōmercium. Et alicubi dicit Cicero, Cupiditatibus principum, & vitijs infici ſolet tota ciuitas: ſic emendari, & corrigi continentia. Et paulò poſt ait: Nec enim tantum malū eſt peccare principes (quamquam eſt magnū hoc per ſe ipſum malū) quantum illud, quód per multi etiam imitatores principum exiſtunt. Nam licet uidere, ſi uelis refricare memoriam temporum, qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuiſſe, quæcūque mutatio morū in principibus extiterit, eandem in populo fuiſſe ſequutam. Et rurſus ait. Quo pernicioſius de repu. merentur uitioſi principes quod non ſolum uitia concipiunt ipſi, ſed ea etiam infundunt in ciuitatem. neque ſolū obſunt quod illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt. plus exemplo, quam peccato, peccant atq; nocent. Ait etiam Sapiens in lib. eccleſiaſtes c. 10. Rector ſapiens erudit populū ſuū & principatus cordati. eſt compoſitus. qualis rector ciuitatis eſt, tales & miniſtri eius. qualis item princeps urbis, tales & oēs eius incolæ. Rex imperitus perdet populū ſuum, at prudentia procerum vrbs incolis frequētabitur. Et idem in lib. prouer. c. 29. ait. Cognoſcit ſapiens miſerorum cauſas:

impius verò nihil prudẽtiæ,aut cognitio-
nis habet.illuſores illaqueant vrbem:at ſa
pientes auertunt iram.princeps qui animũ
aduertit ad res uanas,atque mendaces,hu
ius miniſtri omnes impij ſunt . Et ibidem.
Quum præſunt impij, creſcit traſgreſſio .
at iuſti cauſam eorum intuebſitur . Debet
enim qui aſpirat ad regimen ciuitatis,an-
te oculos ſemper habere id,q ſcribitur per
Sapien.lib.Eccle.c.32.dum inquit : Si re-
ctor conſtitutus es,ne efferaris,ſed cæteris
te præbeas æquabilem. habe curam corũ ,
& ſic demum reſide: fac omni tuo fungaris
officio,& quieſce cum laude, ut læteris no
mine eorum , decoriſque gratia coronam
accipias. Inquit enim Augu. in lib. de re-
ctit.catholi. conuerſa. c. 16. in hęc verba.
(viri ſublimis culpa , graue peccatum eſt.
Quanto enim perſona eius ſupplicior eſt,
tantò magis leue delictum eſt eius . Quod
ergò à ſummo viro,vtpote à ductore popu
li ſit,acerbiſsimum eſt peccatum)& in lib.
de 12. abuſio. gradi . in gradu 9. Nonus
abuſionis gradus eſt,rex iniquus. Etenim
regem non iniquum , ſed correctorem ini-
quorum eſſe oportet. Inde in ſemetipſo no
minis ſui dignitatem cuſtodire oportet .
Nomen enim regis intellectualiter hoc re
tinet,vt ſubiectis omnibus rectoris officiũ
procuret. Sed qualiter alios corrigere po-
terit,qui proprios mores ſi iniqui ſunt, nõ
corrigit?Quoniam in iuſtitia regis exalta
tur ſoliũ,& in ueritate regis ſolidantur gu
bernacula populorum. Iuſtitia uerò regis
eſt neminem iniuſte per potentiam oppri-
mere,ſine acceptione perſonarum inter vi
rum & proximũ ſuum iudicare, aduenis &
pupillis & uiduis defenſorem eſſe, furta co
hibere,adulteria punire,iniquos non exal-
tare, impudicos,& hiſtriones nonnutrire,
impios de terra perdere, parricidas & peie
rantes uiuere non ſinere, eccleſias defende
re,pauperes eleemoſinis alere,iuſtos ſuper
regni negotia conſtituere, ſenes & ſapien-
tes & ſobrios conſiliarios habere. Mago-
rum & hariolorũ pythoniſſarumque ſuper-
ſtitionibus non intendere, iracundiã ſuam
differre,patriam fortiter & iuſtè cõtra ad-
uerſarios defendere,per omnia Deo confi-
dere,proſperitatibus nõ eleuare animum,
cuncta aduerſa patienter tolerare , fidem
catholicã in Deum habere,filios ſuos, non
ſinere impiè agere, certis horis orationi-
bus inſiſtere,ante horas congruas non gu-
ſtare cibum.& cætera.) Quare optimè di-
cebat Plato , nõ decere quemquam petere
principatum,& magiſtratus ambire . Non
enim malos admittendos putat , ad magi-
ſtratum. Sed probos homines , qui neque
auaritia,neque ambitione moueantur, eo
dumtaxat diſcrimine , metuque prouoca-
ri ad rempublicam oportere , nè videlicet
ipſi deteriorum iniuſtæ gubernationi ,
ſubijciantur . Cùm enim in primis curan-
dum ſit,nè ciuium mores deprauentur: cu-
randum eſt , ut hi ad quorum curam hæc
ſpectare videtur,taliter ſe gerant,ut exem
plum prębeant eorum vitæ,ſubditis.Libet
propterea iuxta diuini Platonis pręceptũ,
ſeniores imperare oportere;iuniores ſubeſ
ſe,ex eiſque officiales eſſe eligendos,quip-
pe cum illi magnam habeant peritiam re-
cte & rite gubernandi,& regendi ciuitates
1 & loca . Requiritur ſecundo vt magiſtra-
tus habeat authoritatem, aliàs nõ dicere-
tur magiſtratus.& quòd hanc auctoritatẽ,
in maieſtate officij , & laudabili uita con-
ſeruet.Decet enim officialem in Trono.iu
ſtitiæ aſsidẽtem,cunctis,vultu, vita,& ma
ieſtate,ſe eſſe talem qualem ſe gerit,oſten
2 dere. Tertium requiſitum,quod requiri-
tur in iudice,eſt ſcientia, licet iſtud tertiũ
non in omnibus requiratur , cum admini-
ſtratores prouinciæ, & alij officiales poſ-
ſint creari illiterati , dum tamen habeant
penes ſe aſſeſſores peritos, ut dicit text. in
auth.de iud.& ut nulla,uer.noſtros . col.6.
ut docet Marſ.§.occurrunt. nu.3. uerſ.3.fi
nis.in prax. cri. In aſſeſſoribus aũt,& alijs
officialibus,qui nõ habent aſſeſſores,requi
ritur concurſus iſtius tertij requiſiti, cum
iudex habere debeat duplicẽ ſalẽ , videli-
cet, ſcientiæ , & conſcientiæ in mente ſua,
vt dicit Bal.in l.2.C.de ſenten. ex peric.re
ci.quò ſine ſcientia eſſet inſipidus , & ſine
conſcientia eſſet diabolicus . Iudex enim
debet habere notitiam boni & æqui,ut di-
cit tex.in l.1.in princ. ff.de iu.& iur. & ita
propter adminiſtrationem iuſtitię, quę eſt
notitia ſeparationis iuſti,ab iniquo,& iniu
ſto,uocantur ſacerdotes. Ad declarandum
enim,quid uelit lex, non ſufficit, quód ſit
index



3 iudex,ſed etiã quód ſit peritus. Quartum
requiſitum eſt experientia,ut dicit text.in
d.auth.de iudi.& ut nulla,poſt prin.ver.nõ
enim exiſtimauimus.vbi Imperator dete-
ſtatur etiã eorum iudicum nomine,qui ca
rent peritia legum,& illorum,qui cauſarũ
non habent experientiam,& ſic non ſolum
requiritur uita,ſed uita cum ſciẽtia, & nõ
ſufficit uita cum ſcientia,ſed etiã requiri-
4 tur cauſarum experientia in iudice.Pręca
uere enim debet iudex, ut nõ ſit partialis,
ſed communis. Nam, vt dicit Bar.in tract.
de Gebel. & Guelf.non decet honeſtum vi
rum aliquod dictorum nominũ partialita
tis aſſumere, maximè uerò in eo, q ius ad
dere debet, eſt abominabile:cum ſicut lex
eſt cõmunis,ita etiã debet eſſe iudex. vnde
dolendum de eo,qui per partialitatem, &
pecuniam,atque fauores,& inſuper abſque
eo, quòd in ſufficientia ſit approbatus, ut
decet, ad tribunal, ubi ius reddi debet ſe
intruſit. Intentio enim iudicis debet eſſe
in utilitatem communẽ: hoc eſt : quòd in
iudice non debet eſſe particularis conſide-
ratio vnius perſonæ, ſed nulla habita con
ſideratione ad perſonam debet legem eſſe
ctui reddere. aliàs non diceretur legis exe-
quutor, ſed potius legis tranſgreſſor:unde
iudex euitare debet omnem occaſionem,
ne eius intẽtio in alteram partem decline
5 tur . Nec debet fauere uni parti magis
quam alteri.aliàs recuſari poſſet , ſecun-
dum Innoc.in c.accidens, vt lit.non conte.
& Bal.in Marga.verſi.iudex. Taliter enim
ſe debet habere,ut apud eum nõ ſit accep.
perſonarum, ſecundum Spec. in titu.de de
leg.uerſi.8.Item quód eſt odio, & proinde
debet carere paſsionibus animi, quód nõ
debet moueri prece , prætio , & odio, uel
amore. Clem. 1.gl.& ibi Cardin. de hære.
6 11. quæſt. 3. quatuor. Debet enim iudex
proſpicere antequam ius partibus reddat,
nequid durius, aut remiſsius conſtituat ,
quàm cauſa expoſcit.nec enim aut ſeueri
tatis,aut clementiæ gloria affectanda eſt,
ſed perpenſo iudicio,prout quæque res ex
poſtulat,ſtatuendum eſt.Plane in leuiori-
bus cauſis proniores ad lenitatem iudices
eſse debent:in grauioribus ſeueritatem le
gum cum aliquo tẽperamento benignita
tis ſubſequi.l. reſpiciendum, & l.hodie.ff.
de pœ. & debet habere reſpectum ad id ,
quod fieri ſolet. ſecundum gloſ.d.l. reſpi-
ciendum. & l.ſi finita,in princ.ff.de damno
infect. punireque debet coniunctum. ſicut
extraneum, & magnum, ſicut paruum:ca-
uereq; debet ab acceptione perſonarum.
l.fi.& ibi gl. ff.de re.di.neque fauorem im-
pietati pro iuribus impartire debet, c.qui
poteſt obuiare.23.quæ. 1.aliquando enim
ſecundum iura utetur mera iuſtitia,quan
doque rigore iuris,quãdoque æquitate,ſe-
cundum perſonas,cauſas,loca,& tempora:
vt c.ſicut dignum,extra,de homi. quinimo
etiam æquitatem præ oculis habere de-
bet;l.quod ſi Epheſi. ff de eo.quod certo.
7 Dicit enim gloſ. l. ad ſplendidioris. C. de
diuer.offi.& appa.iudi.lib. 12. Diſcite er-
go iudices finiũ terræ,præbere aures , qui
continetis multitudines,& placetis uobis
in turbis nationum quoniã data eſt a Do-
mino poteſtas uobis.& uirtus ab altiſsimo
qui interrogabit opera ueſtra,& cogitatio
nes ſcrutabitur.Quoniam cùm eſſetis mi-
niſtri regni illius, non recte iudicaſtis,nec
cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundũ
uoluntatem Dei ambulaſtis,horrendè , &
citò apparebit uobis. Quoniam iudicium
duriſsimum in his qui præſunt,ſiet.Cuſto
ditio legũ conſummatio incorruptionis
eſt,incorruptio facit eſſe proximum Deo,
8 vt ſapien.c. 6. Debet etiam iudex habere
fidelitatem, ut dicit tex.in proœ. inſti. §.
cumque hoc.ibi , circa noſtras iuſsiones fi
dem & hæc eſt fidelitas,quam iudex debet
habere circa iuſsiones principis, quæ ſibi
committuntur,hoc eſt,ut leges,quas facit
princeps, obſeruet eas ad unguem . Si
enim iudex diſcrepat in aliquo a lege infi
delis eſt,ſiue hoc faciat malitia,ſiue igno-
rantia , & perdit effectum iudicis, & hoc
eſt,quod dicit text.in c.iudicet.3.quæſt.7.
Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit,&
ex propoſito domeſticæ uoluntatis, ſed iu-
9 ſta, leges, & iura pronunciat . Item Iu-
dex debet eſſe mitis , & placidus omnibus,
& habens paternam affectionẽ, ut in auth.
10 de manda. princi. §. præcipue. Licet in
examinando reos criminis debeat ſe oſtẽ-
dere terribilem, vt in d.auth. de manda.
prin.§.talem uerò,not.in l. obſeruandum.
11 ff.de offic.præſid. Non tamen debet eſſe

nimis crudelis,aliàs remoueri poſſet,ſicut
ſi eſſet nimis negligẽs.l.1.& ibi Bartol. C.
12 de oſſ.præſe.vrb. Imò debet ſubditos ex
dilectione , & non ex odio corrigere. 23.
quæſt.4 c.ita & quanto maius eſt peccatũ,
tãto ſeuerius eſt uindicandum,ut quæ.1.c.
13 ex multis. Et in cognoſcendo neq; excan-
deſcere aduerſus eos,quos malos putat,ne
que precibus calamitoſorũ illachrymari
oportet,id certè nõ cõſtãtis,nec recti iudi
cis eſt, cuius animi motum vultus dete-
git: ſummatim ita ius reddere debet, vt
authoritatẽ dignitatis ſuo ingenio augeat
l.obſeruandum ff. de offic.præſi. & l. quiſ-
14 quis. C. de poſtulan. Benigne aſcultet
ſubditos venientes ad eum,& iuſtitiam pe
tentes, prouideatque indemnitati eorum,
eoſque non repellat;aliàs,teneretur de iu-
ſtitia denegata, & puniretur criminaliter,
ac parti teneretur ad intereſſe. l. 1. de ua.
& extraor.cog.& quot modis dicatur iuſti
tiam denegare, vide Par. de Pu.in lib. ſyn-
di.in titu.de quin.ſyndi.offi.verſi. qualiter
15 autem probabitur. Sed nec admittat de
facili omnes accuſationes,& quęrimonias,
nec eis ſtatim credat, ſed moneat, & exa-
minet deferẽtes, cuius exiſtimationis ſint
cuiuſve qualitatis, & famę,& qua inten-
tione accuſent, quasue probationes affe-
rant, & non ſtatim iraſcatur contra dela-
tos, eos proſequendo odio, ut ſolent face-
re quidam proterui Iudices, qui ſtatim
habita accuſatione iraſcuntur contra miſe
ros accuſatos,& eos odio ingenti proſequũ
tur, ut de his omnibus habetur per Specu.
in tit.de iudi.præpara.verſicul.circa iudi-
cem. Solent enim frequenter per calum-
niam fieri q̃relæ,ut aliquid extorquatur à
delatis,ut dicit Par.à Put.in lib. ſyndi.in fi
ne ſui tractatus. verſi. quidam uir multos
caſus in facti contingentia referens Cõſi-
deret etiam,ſi delictum de quo fit accuſa-
tio,poterat impune fieri uel ſecundum for
mam ſtatuti, uel aliter. ut ſic non admit-
tat,nec recipiat dictam accuſationem ſe-
cundum Bar.in l.ſi ſeruus. C.de his,qui ad
eccl. confu. videatque, ſi accuſare volens
tacite,vel expreſſe renuntiat accuſationi,
quód repellendus eſt.l. accuſationem & l.
16 ſi ea quæ. C qui accu non poſs. Similiter
redigi in actis faciat nomen, & cognomen
quærelam producentis,aliàs quærela non
teneret ſecũdum Bal.in l.pe. C. de accuſa.
17 & Alex.in l libellorum. ff.eod.titul Ca-
ueat ut ab igne,ut uiolentas manus in ſuæ
iuriſdictioni ſubiectos non imponat, uer-
berando,uel eos alijs iniurijs afficiendo,
quia teneretur actione iniuriarum. l. 1. §.
in iuriam autem uer.quotiens manus inſe
runtur.ff. de iniu.hodie eſt conſtitu. regni
incipit,eos tãtum.qua cauetur quòd ex in-
iuria facta ab officialibus eorum ſubditis
oritur duplex iniuria, facta regi & facta
ſubditis,& etiã quod pars non quærelaſſet
in ſindicatu poteſt fiſcus inſtare quòd con
demnetur, & eſt pœna publicationis tertię
partis bonorum,remotionis ab officio,in-
famię & quòd nullo tempore ad officium
admittãtur.ut ibi no.Afflict. & adde quòd
de iure communi eſt pœna infamiæ & ulti
mi ſupplicij.l.1. C. de offi. prę.prẹto.aph.
& dicam in d.conſtit.vna cum Afflict. Nec
18 inferat eis metum, ut ipſos reducat ad
compoſitionem:ſed in cauſis procedat ſer-
uato iuris ordine, cùm aliàs committeret
concuſſionem, & teneretur criminaliter,
& puniretur.ſecundum Par.de Put. in lib.
19 ſyndi. in titulo, de qui ſyndi.offi. Audiat
& recipiat allegationes partium, & eas
non recuſet uidere, & audire & cum ad-
uocatis partium diſcutere, aliàs punire-
tur. per l.argentarius. §.cum autem.ff.de
edẽdo. ꝙ dicit Bal.in l.nec quicquam §.ꝓfi
ciſci.17.q.de of.ꝓc.ꝓcedere potius de alle
gationibus facti,quàm iuris. ut dicit etiã
Par. a Put. in lib. ſyndi. in uerbo,legatio-
20 nes. Temere allegantibus ſilentium im-
ponat,cum ad id teneatur, ſecundum Bal.
in l 2.C.de lega.ſtudeatque partes ad con
cordiam reducere, cum etiam ad id tenea-
21 tur.l.ęquiſsimum. ff.de uſufru. Appellan-
tibus ab eius ſententijs aliquam iniuriam
non inferat, aliàs puniretur. l.minime. C.
22 de appel. Et quia iudicare eſt munus pu-
blicum.l.quippe. & l.iudicare, de iud.ideo
oportet iudices cuncta rimare c.cum Ioã-
nes, extrà,de fi.inſtru.c.ſuper quęſtionum.
de offi.dele. §.intentionis.& debet à ſeip-
ſo iudicare,& non habere conſilium cum
aduocato partis aduerſæ. ſecundum gl.in
l.proxime. ff.de his quæ in teſt. delen. po-
teſt tamẽ cum aduocato partis aduerſæ di-
ſputare,



ſputare,& ipſum reducere ad inconueniẽs.
l.Offidius. ff. de lega.3.& poteſt emendare
libellum ab aduocato formatum, & quod
pronunciauit defendere.c.dilectus. extra,
23 de reſcrip. Maleficia puniat, inueſtiget,
& inulta non ſinat pertrãſire, nam diſsimu
lantes maleficia,& non punientes, acriter
debent puniri.l.1.de deſert.ſecundum Bar.
ibi.& l.fi.C.publi.læti.lib.12. & ibi Bart.&
punientur, ſicut ipſi ſcelerati.ut l.fi.C.ne
ſanct.bap.& l.ſi quis in hoc genus.C.de epi
24 ſco.& cleri.Et boni iudicis eſt uti gratifi-
catione in pœnis & abſoluere,vel condem
nare, tamen recta uia eſt condemnare, &
uti ſeueritate,& nõ pietate in enormibus.
l.diuus.ff.de re iu.in uerbo,ſentire. & Bal.
in l. ea, quæ. C. de condic.inde.& ſi gratia
vel diſsimulatione non punit maleficia,ip
ſe debet puniri,ſecũdum Bar. in l.1. de de-
25 ſer.lib. 12.in Arbitrarijs non ſit nimis fa-
uorabilis quia cui datur laxior habena,ma
gis præ oculis habere debẽt æquitatem. l.
quòd ſi Epheſi.ff. de eo,quod cer. lo. & in
auth. de iureiuran. quod præſta.ab his.ſe-
cundum Bal.in l. fi.de pe.iud.& Inno. in c.
26 cum æterni, de re iud. in 6. Sit diligens
in recipiendis quærelis ſeruatis prædictis,
& ipſis receptis ꝓcedat ad examẽ teſtium
& ad diligenter inueſtigandum, & celeri-
ter de expoſitis in quærelis quærendo indi
cia,coniecturas, & præſumptiones, ex qui
bus animus ſui meritò moueri, & informa
ri poteſt ad credendum,uel non credẽdum
ea,quæ expoſita fuerunt in quærelis,aliàs
diceretur negligens, & faceret litem ſuam
l.argentarius. §. cum autem. ff.de eden.in
verbo.iudice & l. mancip. & ibi Bal. C.de
ſer.fugi.& non admittens quærelas iuſtas,
& non examinans teſtes ſuper eis quomo-
do puniatur,uide Ang de Are in libro ma-
lefi.in uerbo,nec hoc ad quærelam.colum.
27 24. Similiter in caſibus, in quibus ex offi
cio poteſt inquiri,& procedi, attẽdat cum
omni diligẽtia ad inquirendum aliàs tene
retur de negligentia,ſecundum Bald. in l.
Gallus.in prin.ff.de lib. & poſt.& ibi Imo.
Tenetur enim ex neceſsitate officij purga-
re prouinciã malis hominibus.l.congruit.
ff.de offi. præſid.& facit.quod not. Bald. &
28 Ang.in l.mancipi C.de ſer.fugi. Occur-
rat cum diligentia rixis,tumultibus,& ar-
morum terroribus, & obuiare uideat ma-
leficijs aliàs poſset ab officio remoueri,ſe-
cundum Bal.in l.1.§.quies.ff.de offic.præ-
fe.vrb.& Bal.in l.1.C.de ſum.trini. & fid.
cathol.& in l.nullus.C eod titu.& Cyn. in
l.ſeruus.de noxa.quod limitat.Par. à Put.
in lib.ſyndi. in uerbo,negligentia.uer.qua
liter autem arguatur officialis uidens.niſi
eſset rixa cum armis,quæ non poſset ſeda-
29 ri abſque periculo ſuæ perſonæ. Proſpi-
ciat inſuper iudex,ne quid per calumniam
petatur. ut l.2.C.de fal. & non audiat ca-
lumnioſe petentes,ſed ad anteriora proce-
dat,ſecundum Innoc.in c.poſt electionem.
extra de conceſ.præben.quem Bald. refert
in l.peremptorias. C.ſenten. reſci.non po.
debet autem obſtantia amouere,& ad rem
de qua agitur,uenire: & non debet pati,
quod per cauillationẽ cauſa protrahatur
30 l.ita nobis pudor.C.de adulter. Sed in-
ueſtiget ueritatem, & de hoc conetur to-
tis uiribus.l.is apud quẽ.ff.de eden. & l.fi.
de proba. & l. ſi actor malit. eod. tit, & l.
comprobatio.ff. de prob. & l. per hanc. de
temp.appe.& ob id,dum ſuſpicatur de fal-
ſitate teſtium,debet ipſos interrogare, ſi
ſtarent,uel ſederẽt tempore eorum depoſi
tionum,& de multis alijs qualitatibus, ſe-
cundum Bal.& Sal.in l.teſtium.C.de teſti.
Imò debet laborare, ut intercipiat teſtes
ſi ei ſuſpecti uidebuntur ſecundum Bal.in
margarita. in uer.iudex laborare debet,&
dicit ita uelle Inn.in c.cauſam.in fi.de te-
ſti.interrogando teſtes de circunſtantijs,
& eos inuoluendo in multis circunſtantijs,
in quibus etiam non conſiſtat ſubſtãtia ne
gotij ſecundum Dec. in regula, ea quæ.de
regul.iur.nu.4.cum ſequen.& plene habe-
31 tur per do. Thom.Gra.noto 3 au.16.Au-
diat cum magna attentione iura utriuſq;
partis,& illa diligenter examinet ipſis præ
ſentibus,uel cõtumaciter abſentibus quia
cum magno ſtrepitu, & conflictu eſt danda
ſentẽtia definitiua.l.1.C.comminatio. uel
epiſto.ſecundum Bald.in l.ab eo. C.quo.&
quando iu. nec aliquid faciat ad clamorẽ
quia legibus magis, quàm clamoribus de-
bet adhærere. l.decurionum. C de pœ. &
32 ibi Bal. Nec extendat ſe,niſi ad ea, quę
ſunt a ſe petita,& non ultra.l.j ff.ut in po.
lega.& no.in l.uinum.ff.ſi cer.pet.& l. fi.de

ſidei.liber.niſi ueniant in conſequentia pe
titorũ.l.ſi quis.§.iudex. ff.de damno infe.
33 Debetq; caſus dubios per argumẽta, &
rationes legum determinare.l.qui filium,
§ ſi.ff.ad Treb.& l.diui.de iure pat. proce
dendo etiam de ſimilibus ad ſimilia, non
34 derogando legibus.Boni enim iudicis eſt
controuerſias dirimere per ſẽtentiã, vel
concordiam l.1.§.& poſt.de no.op. nuntia.
arg.l.æquiſsimum.de vſuf. & in l.quidam
exiſtimauerunt.ff.ſi cert.pet.faciat omnia
per regulas artis,leges, & conſtitutiones.
alias punitur,nec eũ excuſat prætenſa cõ-
ſcientia, quia iniuriam faciũt legibus,qui
volũt ſe meliores videri, quám ipſę leges
vt in auth.de iudi.§.oportet.& in eius mẽ
te debent eſſe duo ſales. ca.cum æterni.de
iu.ſecundũ Bal.in l.2.C.quomodo, & quan
35 do iu.Caueat ne patiatur illicitas extor
ſiones, ſed ex officio eas repellat. l.vbi pa-
ctum.de tranſa.& l.illicitas. ff.de offi.præ-
36 ſi. Nec quem grauet in plus,quám lex,
quia mens iudicis præſumitur eſſe confor-
mis menti legis.l. & puto. ff.fami.her.§.1.
& l. nam & ipſum.ff. de iuſt.& iur.ſecun-
37 dum Bal.in l.2. C.ſi pen.appel. Nec de-
bet grauare comitãtẽſes angarijs, ſeu per
angarijs,mãdando,ut cum beſtijs portent
ei victualia, uel xenia,vt in authen.vt iu-
di. ſine quo. ſuffra.§.non permittas & ibi
38 Ang. Habeat puras,& mundas manus vt
in auth ut iud. ſine quo ſuff.§.ſi quis au-
tẽ quia deus pæcipue quærit omnium ſa-
cerdotum puritatẽ,ut in auth.quo, opor.
epiſ.§.ſi quis autem,& in §.oportet.de mã
da.prin.extra,de vi.& hone.cleri.c.ab om-
ni vnde & præſes iubetur cõſiliarium aſſu
mere uirum optimum, purũ vndique,&
cõtentum his,quæ a fiſco ſibi dantur, vt in
auth.de man.prin.§.ſeſtinabis. alias ſatiſ-
factiõe parti,quã læſit,punitur,vt in auth.
de armis.§.ſiquis autem.& l.1.de extraor.
crimi.& in l.1.C.in quibus cau. colo.Iudi-
ces enim maculant iudicium octo modis:
timore,cupiditate, odio, & amore.11.q.3.
quatuor. & quando pauperum nõ miseren
tur in iudicio.23.quæſt.4.cap. eſt in iuſta.
& Exodi 24.& nimia ſeueritate, & nimia
remiſsione.45.diſtin.diſciplina & ignoran
tia.inſtitu.de obliga. ex quaſi deli in prin-
cip.& ſi ipſi iudices ſe furtis, & ſceleribus
deturpant,omni dignitate priuantur, inſi-
gnibus ornamentis,nobilitatibus,honori-
bus, quæ omnia ex dignitate iudiciali, ſi
bene ſe gerunt,conſurgunt.l.iudices,de di
gnit.& l.pen de vetera. Nam cum a iuſti-
tia deuiant, quia dicuntur ius dicẽtes.c.fo
rus.de verb. ſig. perdunt nomen iudicum.
11.q.3.cap.ipſe. Nam debent eſſe iuſti & 
quaſi immobiles, ut columnæ 2.q.11.cap.
reuera.vt non ſe flectant contra legem,ſed
iuris integritatem cuſtodiant, vt in auth.
de trien.& ſemiſ.§.ſi quis autem. ideo de-
bent ſic ſuas adminiſtrationes gubernare
vt nullus eorum aut cupiditati ſit deditus
aut violentias aliquas vel ipſe inferat, vel
iudicibus,aut eorum officijs,aut quibuſcũ
que alijs inferre permittat.de off.præfect.
præt.Afri.l.1.§.optimus.& dicitur in d.ca.
forus.quòd iudex debet eſſe vt neruus,qui
non frangitur, ſed plicatus; alias non eſt
iudex,eſt enim Dei miniſter in terris.15.
q.1.nec is.33.q. 5. non ſolum. pronuntia-
bit igitur uelut de vultu Dei iudiciũ, qui
39 eſt uia,veritas,& vita c.ut noſtrum. de ap
pel. & c.1.vt eccle. beneſic.Debet confor-
mare iudicium ſuum cum veritate.& ip-
ſam ſummopere ad lucem producere.l.ſi.
ff. de proba.& l.illicitas.§.veritas.ipſiuſq;
veritatis probationes omnes ampliare, &
eis fauere, vt ſaluæ ſint.l.curetur.ff.de te-
ſti.& l.ne quid.ff.de incẽ.rui.nau.qui ſi ſer
nata legis litera repugnantis conſcientiæ
veritatem ſupplantet, animam occidit;&
eius iudicium ſordeſcit in cõſpectu ſupre
mi iudicis.quia ab ipſis legibus damnatur
quia uerba legis non ſunt calumniãda,ſed
qua mente dicta ſunt,conſideranda. l.exhi
bere. ff.de exhib. fugiendum (inquit Pla-
to)eſt,eſſe nimirum ſui amorem,qui enim
eo uitio laborant, quid iuſtum, quid pul-
chrum,quid honeſtum, vt non recte po-
teſt iudicare.In ijs etiam,quæ in hanc ui-
tã incidũt, in gaudio, mœrore,ſimilibuſ-
que rebus tenendus eſt modus,& quoſcun-
que vitæ caſus animo forti perferendos
40 oſtendit. Nec debet propitijs auribus au
dire iniuſta petentem.l.ſi extraneos. ff.de
iur.dot.§.1.vbi glo.auribus audio, ore lo-
41 quor, ſic ore locuta eſt. Sed debet iniu-
ſtitias remouere,præſumptiones abſcinde
re, laborãtibus ſuccurrere,opprobrijs lo-
cum non



cum non præbere,& ei, qui calumniã,vel
opprobrium patitur,adiutorium ferre.l.1.
42 C. de nu. & 3. quæſtio. 1.c. deus. Debet
etiam tueri ſubiectos,nec illatas illis iniu
rias inultas permittere.l.2.in ſi.de luc.ad-
uo.quia ſceleſtorum graſſatur iniquitas,ſi
tranſit impune eorum præſumptio.nam ri
gide in eos eſt exercenda iudicialis autho
ritas,ne amplius creſcat ſpes eis talia cõ-
mittendi 23.queſ.5.relegantes. pœna quip
pe ſapiẽtem facit,quem culpa oſtendit in
ſipientem 38.diſtinct.quia ca.& l.congruit
de offic. preſi. & per indulgentiam datur
iterata occaſio iterata flagitia committen
43 di.50.diſtinct.ca.de his. Nam iudices of-
ficio incumbit uiolentias prohibere, &
purgare prouincias malis hominibus,ſe-
cundum Spec.in titu.de offic.omnium iu-
di.§.7.& l.congruit.ff.de offi preſi.
44 Debet etiam lites dirimere ſecundũ Spe.
in tit.de aduo.§.6.verſi.vel ſic in qualibet.
45 Officio enim iudicis incumbit partes re
leuare a grauaminibus,& expenſis,& emẽ
dare cuncta, quæ lites impediunt,& exa-
ctiones officialium & notariorum refrena
re ſecũdum Spec.in tit.de ſalar.§.2. uerſi.
ſed quid erit. Curare enim debet,ne pro-
ceſſus friuolis exceptionibus pro telctur.
c. cum ceſſante. & ibi doct.de app.& l.non
46 ignorat. C. de fruct. & li. expen. Debet
etiam iudex oſtẽdere vultum terribilem
delinquentibus.ut in auth.de mand.prin-
ci.§.tale.non autem contra innocentiam,
niſi ad præludia & principia inueniendi
veritatem.vt l.ſi.C.ad Syllania.ſecundum
Alexã.in l.1.in prin.ff.quod met.cau.Du-
plicem quoque naturam(inquit Plato in
lib.de repu.)in hominibus præſertim in
magiſtratu,oportere ineſſe,ut uidelicet:
ſit ſæuerus & clemẽs,quorũ illud erga pre
fractus,alterum vero erga tractabiles ac
47 emẽdationis cupidos valere debeat.Cum
cõtigerit aduocatos cauſarum ad iudicẽ
venire pro allegandis iuribus cliẽtulorũ
debet ſedere:& non ſtare, ut dicit Specu.
in tit.de ſen.& iuſta.verſi.itẽ eſt nulla ra-
tione. & diligenter inueſtiger. & intelli-
gat,quæ dicantur.& quæ ad inſtructionem
cauſæ faciant interrogandi, reſpondendi
obijciendiq. habita facultate eis, donec
actio amborum partium ſit pleniter lumi
nata.ut 30.quæſt.5. iudicantem. extra de
offi.dele. ſuper quæſtionum.§.intentionis.
l.iudices.C.de iudic.Quia veritas exagita
ta magis ſplendeſcit in lucem.35.quæſtio.
9.c.graue. nec motum animi ſui vultus
aperiat,ſed diſsimulet nũc pro hac parte,
nunc pro alia allegando, & reſpondendo,
vt.C.ad l Cor.de fal.l.1.Nec ulla interlo-
quutione diuulget,quid ſentiat, poſtrema
ſentẽtia,quid ſibi liqueat,proditurus.l.ob
48 ſeruandum.ff.de offi.præſi.ibi.cuius animi
motum vultus detegit. Nec nimium de
bet dictum vnius aduocati extollere,ne al
teri honorem detrahat, dum alteri nimiũ
impẽdit honorem. vt 89. diſt.nullus.in ſi.
& c. ecce.nec quicquam vni honorabilius
exhibeat,vnde alter ſcrupuloſo corde mo
ueretur. 16.quæſt.7.c.decimas. Cum enim
nimium vnum commendat, alium vitupe
rat.argum. extra de præſumpt. c.nonne.&
49 25. diſtinct.c.qualis. Item patienter au-
diat aduocatos,nec etiam ſubito eis ſilen-
tium imponat,vt ad longũ ponit Spec.in
50 tit. de diſpu.& alleg.§.6. Caueat iudex
vt nimiam familiaritatem cũ ſubditis non
contrahat,ſed ſtet ſemper in maieſtate of
ficij ſecreta eorundem nemini ſubditorũ
pãdat,parce loquatur. Ait enim Salamõ
in lib.prouer.c.20. Ne ineas amicitiam cũ
eo,qui ſecretũ releuat,aut qui vt merca-
tor circuit,& blandiloquus eſt.Sit tardus
ad iram,& in furore ne ſe ponat. Nam di
cit ſapiens in eo.lib.prouer.Ne contrahas
amicitiam cum homine iracundo,& cum
homine furioſo ne uerſeris.c.22.Non acce
dat cœnatum foras cum ſubditis, ſecun-
dum Aul.Gel.lib.2.c.23. Parce conuerſe-
tur,& caueat nimiũ circuire per plateas.
Nimia enim familiaritas parit cõtẽptum.
Sit iuſtus,æquus,æquabilis,medius,& cõ-
munis, non declinans ad dexteram, vel ſi-
niſtram,ſecundum Spec.in titu.aduo. §.5.
verſic. commendat autem. & §.6.
51 Cuncta diligenter inſpiciat,& rerum or
dinem inquirat, & alterius neceſsitatem
ſuam exiſtimet, & delinquentes canonice
puniat,ut docet Spec.in tit. de offi.om.iu-
di.§.ſi.verſi.ſecundò uidendum. Debet e-
nim fungi offic. boni, & innocentis uiri.l
cætera,§.mala.vbi Bal.ff. fam.hære.vbi d
xit,quòd ſunt iudices, tãquam iuſtitia ani
mata,& ideo obſcura eorum arbitrio com
mittuntur.Quia iudex bonus uir uocatur
legis

legis authoritate ſuffultus.p d. §. cętera.
52 Aduertat etiam iudex, vt anteqnam inci
piat officium & decretum exercere, omni-
no conetur de omnibus ſeipſum a præceſ-
ſore ſuo informare, quia ad hoc tenetur,
ſecundum Bal.in l.1.C.an ſe.ex ſuo fa. ut
ſit ad plenum inſtructus, & informatus tã de
geſtis in officio, & de his quæ remanent ex
pedienda de contumacijs, forbannitis, &
alijs caſibus, quám de moribus ciuitatum,
conſuetudinibus, ſtatutis, & de omnibus
his, quæ quoquo modo pertinent ad deco-
rem officij, bonum laudabile, & perfectum
53 regimen ipſius. Et in diebus feſtiuis de-
bet uiſere carceratos, & exquirere, an ali-
quid eis deſit, & prouidere, vt eis alimen-
ta non deſint & negligentes iudices in hoc
puniuntur in 20. lib. auri. l.iudices. C. de
54 epi.audient. Caueat inquantum poteſt,
vt non accedat ad terras, ubi ſunt diuiſio-
nes in populo. Quia non poſſet ſalua con-
ſcientia pertranſire, ſed oportet eum ſequi
partialitates & incidere in pœnam. c. cùm
æterni. de re iud. in 6. & in conſti.regni, ſi
55 damna clandeſtina. Nec aſſumat officia
vt quæſtui, & pecuniæ deſeruiat, contra
tex.in l. ad ſplendidoris.de diuer. offic. vn-
de Ambro.2.de offi.ait. Decet omnes cen-
ſura frugalitatis, continentiæ, authoritatis,
& maxime eum, qui honori præeſt. ne præ-
eminentiæ uirum theſauri poſsideant ſui
& pecuniæ ſeruiat, quæ præeſt liberis.
Illud magis decet, ut ſuper theſaurum ſit
animo & infra amicum obſequio. Humi-
litas enim auget gratiam, hæc plena lau-
dis, & digna primario uiro. Contrarium
verò munera affectare quod malum facile
imponere iudicum animis conſueuit. l.pro
perandum §. ſinautem utraque. C. de iud.
vnde ob id Par.a Put.in lib.ſyndi.in verbo
offi.exclamat, quòd hodie in regnis ſatis
cupiditas abundat, quia aurum imperat,
aurum iudicat, argentum remouet, paſ-
ſio promouet affectionem, ſilent leges, &
canones, ratio & æquitas proſcribitur, mẽ
dicat bonæ fidei literatus. Abundat malæ
fidei exaltatus. ibi nullus quantum me ea-
tur, ſed omnes quantum dare poteſt æſti-
mat. ibi omne tribunal pecunijs expugna-
tur. ibi nulla integritas, nulla fides, nullus
humilis, munduſue magiſtratus eligitur.
non iuſtitia Dei quæritur, ſed magis pecu-
niæ uenerantur, & nobiliſsima officia ſor-
des reputantur, poſtquam iuſta ſecundum
libitum pretio comparantur. Quid ergo fa
ciant leges ubi ſola pecunia regnat? aut
56 ubi paupertas uincere nulla poteſt? In-
ſuper non ſit deditus mulieribus, & ſcor-
tis. Ait enim Salomon in lib.prouerb. Vi-
num, & mulieres apoſtatare faciunt ſapiẽ
tes. Perſonam pauperis non conſideret, &
vultum potentis non honoret, ut habetur
57 in lib.leuit. Debetque eſſe totaliter alie-
nus ab auaritia, & eam euitare. Nam dicit
tex.in c.cùm in iuuentute.de præſu. quòd
auaritia in iudice eſt deterrimum uitium.
58 Nec ſit facilis ad capturam eorum qui
deferuntur, ſed potius conetur ſummatim
inueſtigare, an uera ſint, quæ delata fue-
runt, & an factum ſe habuit, prout in accu-
ſatione dictum eſt, & an crimen ſit com-
miſſum, uel ſaltem ſit ſuſpicio fore cõmiſ-
ſum, ut docet Bal.in l. quod euitandi, in fi.
C.de condi. ob turp.cau. & per Fran. Aret.
in l.ſiquis poſt.ff.de teſt.2.col. Solent enim
ut plurimum offenſores recurrere ad iudi-
ces, max.cum ſunt potentes, & quærelare
offenſos, & eos in carceribus detrudi fa-
ciunt, & ſic eludunt curiam, & Iudices non
abſq; ignominię erunt in ore vulgi. Statim
enim populares, & vulgus prorumpſit ad
vulgare dictum; O bella iuſtitia haue ha-
uuto le maze, & le Cepolle. Et id quod per
negligentiam euenit in nõ informando ſe
ipſos iudices de prædictis, dicetur factum
corruptione. Et ita intelligitur id, quod di
citur, quòd in criminalibus eſt permiſſa ca
ptura, & ab ea poteſt inchoari indicijs non
præcedentibus, & licet non ſit capta infor-
matio, ſecundum Bal. & Alex.in l.conſen-
taneum. C.quo. & quã.iu. & Bald.in l. 2. de
his, qui latro. & Alex in l.fi.ad l. Iul. pecu.
& Ang.in auth.de defenſo.ciuita. §.audiãt.
uerſi.item dico.col.3. Procedit enim facta
dicta diligentia præhabita aliquali infor-
matione ſummaria ut docet Franc.Brun.
59 in tract de indi. & tor.in fine ſui tract. Et
aduertas etiã, quòd iudex tenetur viſitare
carceratos, ut ſupra dixi, & ſi reperierit ali
quem abſque cauſa carceratũ, ex officio te
netur illum dimittere, ut not. Bart. in l.ſi
quis uxori. §.ſi fugitiuum.ff.de fu[r]t.
Item iudex debet eſſe fortis, & firmus
& æquus, ut libra, nec declinans, nec clau-





dicãs ad dexteram, nec ſiniſtram. ſed æqua
lance debet eſſe medius inter partes, & de
60 bet habere truncũ fortitudinis, corticem
ueritatis, medullam æquitatis. quam quili
bet iudex ante oculos habere debet, ut no-
ta.ff.de eo, quod cer. loc. l. quòd ſi Epheſi.
Debet etiã habere frondes humilitatis, fo-
lia ſagacitatis, flores honeſtatis, fructus
bonæ operationis. & ſic dici poterit de eo
dem, quod in canticis dicitur, iuſtus ut pal-
ma florebit, ut dicit Iacobus de Beluiſo in
ſua praxi crimi.in titu.de quæſtionibus.co
61 lumna.38.¶ Item eſt aduertendum, quòd
licet a iure multa relinquantur arbitrio iu
dicis, non tamen ex hoc cogitet habere li-
beram poteſtatem faciendi quęcunque uo
luerit. Quia dictum arbitrium debet eſſe
regulatum a iure, & æquitatis cõſonum ſe
cundum Lud.Ro.in conſi.376. incip. quæ-
ſtio eſt nunquid, in pen colum. ubi pro hoc
allegat glo.in l eas cauſas. ff de condit &
demonſtra. & ſequitur. Marſi. in ſua praxi
62 cri.in § diligentes.num 24. ¶Et etiam ad-
uertẽdum per iudices maleficiorum, vt be-
nignè, & patienter audiant, & aſcultent
reos inquiſitos in eorum iuribus, & eorum
conſanguineos, amicos & procuratores.
Nam benigna audientia iudicum uidetur
quodam modo præſtare tolerantiam pœ-
næ impoſitæ, uel imponendę ipſi reo, e con
tra impatientia, & arrogantia iudicis in au
diendo reum, & agentes pro eo, ſæpius re-
ducunt ipſum reum, & affines ſuos in deſpe
rationem, & ad effundendans infinitas quæ
rimonias, ut docet optime Marſi. in § oc-
63 currunt. nu.2.in paxi. cri. Et ſi uis lector
amantiſsime eſſe rectus iudex, abſtineas te
à muneribus nam ſępiſsime munera euer-
tunt iuſtitiam, & ex cæcant oculos ſapien-
tum, & mutant verba iuſtorum, vt ſcribi-
tur Deuter.c.15. facit text in c.qui rectè.
11 quęſt.3. refert Ange & poſt eum Iaſon.
in l.non dubium.in prin.C.de teſt.
64 Et inſuper habeas ante oculos id, quod
ſcribitur in c cùm æterni. in princ. de re
iud.li 6 ubi alloquens iudicẽ ait, Caueant
iudices, & prudenter attendant, ut in cauſa
rum proceſsibus nil uendicet odium uel fa
uor uſurpet: timor exulet, præmium, aut
expectatio præmij iuſtitiam non euertat,
ſed ſtateram geſtent in manibus, & æquo
libramine procedant, ut in omnibus, quæ
in cauſis agenda fuerint, præſertim in con
cipiendis & ferendis ſententijs, præ oculis
habeãt deum. & ſimiliter apud iudicem la
chrymis nullus locus ſit. Quia ſolet ſecum
ferre inſidias, maximè, ſi a mulieribus pro-
ueniunt: & ideo lachrimæ non proſint ca-
denti. Quia iuſtitia lachrymis nõ regitur,
65 nec officia lachrymis gubernantur. De-
bet etiam iudex ſemper inclinare in mi-
tiorem partem, & minorem pænam ample-
cti ſequens iuris regulam: quòd ſemper in
obſcuris in mitiorem partem debemus in-
clinare, ut regula, in obſcuris. ff.de reg. iur.
66 Et quomodo, & qualiter debeat officia-
lis facere ingreſſum in officio, uide formã
traditam per do.Pa.de Put.lib.ſyndi.in ti.
de mo. & for.ſyn.in prin.

## SVMMARIVM.

*Secundæ partis.*

1 *Quæſitorũ officiũ & poteſtas antiquitus quæ.*
2 *Crimẽ maieſtatis, dãni clãdeſtini, & de falſa mo
neta Regũ officiales tantum hodie cognoſcunt.*
3 *Delictum eſſe commiſſum, debet conſtare ante
omnia. & nu.45. & 16.*
5 *Occiſi qui dicantur.*
6 *Praxis capiendi informationem, unde ſumpta.*
7 *Propriè mortuus quis dicatur.*
8 *Delicta quædam nominata alia innominata.*
9 *Homicidium unde dictum.*
10 *Maleficia omnia quatuor modis committuntur.*
11 *Requiſita ad probandum ſacrilegium de iure
ciuili, & canonico.*
12 *Requiſita ad probandum falſæ monetæ crimen.*
13 *Requiſita ad probandum delicta dicto commiſ-
ſa.*
14 *Deſſenſiones quæ poſſunt fieri aduerſus proba-
tionem curiæ, quòd delictum ſit in genere com
miſſum, & nu ſeq.*
15 *Occiſi à feris quàmplures fuere.*
16 *Furtum fore commiſſum quomodo conſtet. &
nu 19. & 20.*
17 *Coniecturæ ſufficiunt ad probandum delictum
in genere commiſſum.*
18 *Defenſiones quæ poſſunt fieri aduerſus proba-
tionem, quòd furtum non ſit commiſſum.*
19 *Stuprum commiſſum in genere quõ probetur.*
20 *Adulterium in genere commiſſum quomodo
probetur. Et quomodo fiat defenſio.*
21 *Mulieri iuranti ſe uirginem, non facile creden-
dum.*

*Et quando eius iuramento de virginitate contra aliquem ſtandum.ibidem.*
22 *Mulieres de facili iuſiurandum contemnunt.*
23 *Mulier in conuincendo ſtupro, nuda non inſpicienda.*
24 *Suffocationem in genere, & venenationē eſſe factam quomodo probetur.*
25 *Venenorum genera tria.*
26 *Venenorum diuerſorum diuerſa genera.*
27 *Venenorum ſigna fallunt aliquando: eueniunt namq; ex ordinarijs morbis.*
28 *Iudex quomodo debeat capere informationem*
29 *Vulnera cadaueris, et loca uulnerum, quare deſcribenda particulariter. cum ſeq.*
30 *Vulnera mortalia quæ dicantur.*
31 *Cadauer occiſi ſepultū antequam a iudice inſpiciatur, diſſepelıri debet ut eius vulnera inſpiciantur.*
32 *Depoſitio offenſi quando inditium ad torturam faciat.*
33 *Vicini poſſunt detineri, torqueri, & capi ad indagandam veritatem.*
34 *Propinqui defuncti num examinandi ſup morte occiſi: & a quo. Et utrum hoc cum iuramēto, uel ſine?*
35 *Multa ſiunt per calumniam.*
36 *Familiares domus debent ad informationē curiæ examinari.*
37 *Delictum commiſſum in domo, præſumitur ab illis de domo commiſſum.*
38 *Teſtes an et quando poſſint torqueri. & nu. 39. 40. 41. & 42.*
39 *Frequētans ſtratam, habet inditium contra ſe de delicto ibi commiſſo. cum ſeq.*
40 *Teſtes quando cogantur teſtificari. & nu. 41.*
41 *Teſtes an cauſa ferendi teſtimoniū, poſſit euocari de loco ad locum.*
42 *Teſtes de quibus debent interrogari.*
43 *Mala conuerſatio malæ actionis inditium,*
44 *Mala phyſiognomia, malumque nomen ſuſpitionem indicant.*
45 *Delicta abſq; cauſa committi non ſolent.*
46 *Exhibendus eſt homo teſtibus, de quo deponunt.*
47 *Aetas teſtium numquid debeas deſignari, & apponi in examine.*
48 *Offenſor quando non nominatur, nec cognoſcitur, per teſtes, per nomē & cognomen, qualiter debeant deponere teſtes.*
49 *Iudex poteſt examinare teſtes a quærulante non productos.*
50 *Teſtes inimici an debeant recipi.*
51 *Teſtes an poſſint ſe referre ad primum examen.*
52 *Teſtes qui cogi poſſunt, quando aliter veritas haberi non poteſt, an cogantur per torturam.*
53 *Teſtes an, & quando poſſint eorum dicta corrigere.*
54 *Teſtes an poſsint ſemper declarare eorū dicta.*
55 *Teſtis prima vice deponēs per uerbum, credo, & ſecunda uice per uerbum veritatis aſſertiuum, an dicatur varius.*
56 *Teſtis an poſſit addere eius dicto.*
57 *Teſtis deponens per uerbum, ſibi uideri, & demum per uerbum veritatis aſſertiuum, an dicatur uarius.*
58 *Teſtis deponens prima uice dubitando, ſecunda affirmando, an probet.*
69 *Et quid ſi dicat ſe neſcire, poſtea vero ſcire.*
60 *Teſtes domeſtici, & familiares utrum debeāt admitti, ſi producuntur per accuſatorem.*
61 *Teſtes uarij, & vacillantes qui dicantur.*
62 *Teſtes quomodo cogantur teſtificari.*
63 *Saluuſconductus an poſſit teſtibus concedi, ut tutè veniant depoſituri. & nu. 68.*
64 *Teſtes an debeant habere ſumptus a parte producente.*
65 *Teſtis dictum indiminutè ſcribi debet.*
66 *Fama debet præcedere inquiſitionem.*
67 *Actio ciuilis vbi non oritur parti, non procedit inquiſitio.*
68 *Auxiliū præſtans non debet moleſtari, niſi conſtet de delinquente.*
69 *Mandans non debet moleſtari, niſi conſiſtet de mandatario.*
70 *Auxilians quando puniatur. & 60. 61. 62.*
71 *Homicidium eo ipſa probatur factum per Seiū, ſi rixabatur cum Titio, qui poſtea reperitur mortuus.*
72 *Teſtes deponentes, quòd Titius occidit Seium, gladio, uel claua, an probent.*
73 *Teſtes poſſunt examinari impuberes, quando aliter non poteſt veritas haberi.*
74 *Indicium ſumitur ex vita præcedenti.*
75 *Fama mala inducit indicium.*
76 *Adulterium quomodo probetur.*
77 *Vulneratus debilis præſumitur ex vulnere mortuus.*
78 *Teſtes citati, & condemnati ad pœnam in mādato contentam, ſi adhuc non ueniant, quid ſit faciendum num. 71. & qualiter condemnentur 72.*

*Pars*



# *Pars Secunda.*

## CAPIAT INFORMATIONEM. Rub.

FISC. In ſuperiori parte, quàm optimè nobis notum feciſti, de magiſtratus officio, moribus, & uita. adeò ut parū, aut nihil aliud, in ea materia reſtet dicendum. Et ſi daret Deus, ut hæc in perſonis officialium hiſce temporibus cernerētur, vtique non tam ingentia mala fierent. Supereſt ut hodierna die, de principali intentu, uideamus, qualiter ſcilicet procedi debeat ad componendos aliorum mores exemplis pœnarum. Si placet, igitur, ne diuertamus ad alia, donec abſolutiſsimus inter nos ſermo, de his fiet. Iud. Non ſum immemor, eius quod nobiſcum, heri conuentum fuit & ideo uotis ueſtris pro poſſe ſatisfacere non dedignabor. Potiſsimā igitur partem puniendorum maleficiorum, & bene regendi ciuitatem, aliorumq; mores corrigendi, aut moderandi, in eo uerſari non uobis latet, ut detur opera ut delicta inueſtigentur, moresque deprauati, & pec-
1 cata ciuium perſcrutentur. Nimirum ergo; ſi priſcis temporibus apud Romanos quæſitores deputati fuerint, qui ea poteſtate fungebantur ut crimina quærerent, & capitalibus criminibus præeſſent. Imò uetuſtiſsimo tempore, uſq; ad annum ſexcenteſimumquartum publicæ quæſtiones extraordinariè committebantur. Anno autē ipſo ſexcenteſimoquarto Cenſorino & Manilio coſ. perpetuæ quæſtiones ſunt inſtitutæ Eam autem vim quæſtiones perpetuæ habuerunt, ut cùm eo tempore ſeni quotānis prætores crearētur, duo qui ius de priuatorum controuerſijs dicerent, quatuor qui in prouincias iuriſdicundi cauſa cum imperio mitterentur, poſthac ratio cōuerteretur, atque quatuor illi, qui ſortiri prouincias ſolerent, Romæ ſuas quiſq; quæſtiones ſortirentur, ut maieſtatis, peculatus, inter ſicarios, ambitus, repetendarum. Adeo vt ſi quo de horum criminum eſſet quærendum, non nouo quæſitore, qui extra ordinem quæreret, opus eſſet, ſed ille qui ei quæſtioni præeſſet, adiretur, iſq; ut ante, cum conſilio, de eo crimine cognoſceret. Hodie uerò penes quemlibet iudi-
2 cem & magiſtratum qui merum habet imperium, poteſtas quærendi de criminibus cernitur. Maieſtatis tamen crimen, damni clandeſtini; falſæ monetæ, & quorundam aliorum non penes unumquemque ineſt; ſed penes regios officiales. Sicque in primis cauendum eſt, ne quis quærat de ijs delictis & criminibus quorum notio ſoli Regi reſeruata reſtat. In cæteris uerò quorum, ex priuilegio, vel aliter cognitionem
3 habuerit quis, hoc ordine procedat. Ante omnia debet præcedere, ut diligenter iudex capiat informationem de delicto. & primò debet conari, ut conſtet delictum, de quo quæritur, fore commiſſum in genere, iuxta practicā traditam per tex. in l. j. §. iam illud autē. ff ad Syll. & ut ibi habetur. & communiter habetur per criminaliſtas, & p Marſ. in ſua praxi. cri. in §. 1. & ad hoc vide omnino Marc. Ant. Blan in repe. l. fin. ff. de quæſt. nu. 16. 17. 18. & ſeq. qui optime declarat. Ibi enim diſtinguit, quòd aut delictum, de quo quæritur, ſubijci poteſt oculis, ut corpus mortuum, uel quid ſimile: & tunc iudex non procedit, etiam ex inquiſitione generali, niſi uiderit cadauer; aut res non pōt oculis ſubijci, prout eſt de homine proiecto in mari, uel in igne conſumpto, uel re furto ſubtracta, tunc ſi fama eſt de certa perſona, & in indiuiduo, iudex procedat; aut incerta eſt perſona, & incerta res, tunc iudex nō poterit procedere
4 per inquiſitionem. Ideo ſi quæratur de homicidio cōmiſſo, faciat, redigi in actis, q accerſitis magnificis dominis, poteſtate, & iudice ad locum delicti, & iuxta ſuos fines, ſub tali die unà cum actuario, ibique inuēto cadauere talis recogniti, & viſo per infraſcriptos, qui ibidem fuerunt examinati, q fuerint reperta talia, & talia vulnera in dicto cadauere, & deſcribantur particulariter ipſa vulnera, & ſuper recognitione ipſius cadaueris, & vulneribus ipſis examinentur teſtes. & ſic dicetur conſtare de delicto in genere commiſſo, ut docent omnes. Inqui. Pro Deo, dic mihi domine iudex, ſufficit ne probari & uerificari inuētionem cadaueris, abſque eo quòd probetur taliter quòd reſultet eſſe delictum? &
5 videtur dicendum, quòd non. Nam illi dicuntur occiſi, qui per vim & cædē ſunt interfecti,

terfecti,ut puto per iugulationem, ſtrangu
lationem,præcipitationem,uel ſaxi, aut fu
ſtis aut lapidis percuſsionem, aut alterius
teli necationē.d.l.1.§.occiſorum eod.titul.
ad Sylla. poterit enim eſſe quòd quis metu
criminis aut tædio vitæ uel impaciētia do
loris ſe ipſum occiderit, & tamen ad alte-
rius punitionem inquiſitio non procedit.
Item multis alijs modis contingere pote-
rit mors violēta,& tamen abſq; delicto, vl-
6 terius ille idem text. in § item illud. Vn-
de ſumpta eſt praxis capiendi informatio-
nem, de delicto in genere commiſſo, pro-
bat, non ſolum occiſionem eſſe probandā,
ſed etiam quòd ſcelere illa facta ſit, quod
idem eſt, dicere cum delicto. Nam licet
mortis appellatio ēt interfectionem conti-
7 neat.l.qui duos.§.1.ff.de reb. dub. Tamen
mortuus mortē violenta non dicitur pro-
priè mortuus,ſed occiſus.ſecūdum Bar.per
illum tex.in l.1.§.ſi occiſorum.ff. ad Sylla-
ni.& Gulicl. de Be. in c.Raynucius in ver-
bo mortuo teſtatore el 1.nu.23.vnde vide-
tur concludendum,debere probari & veri-
ficari,qualiter fuit inuentum cadauer ho-
minis mortui,& cum multis vulneribus,&
quòd per impietatem,crudelitatem,& ſeui
tiam alterius fuit occiſus & animo delin-
quendi. Fiſc. Pro certo in hoc puto ad-
8 uertendum eſſe. Nam quædam ſunt, de-
licta nominata, & quædā innominata; no-
minata ſunt illa quæ habent nomina a iu-
re,ut furtum,nam ex animo lucrandi & ex
contrectatione, colligitur vnum:quod ap-
pellatur furtum.Item homicidium ex per-
cuſsione ſequuta exinanitione, appellatur
homicidium. Idem de adulterio, nam ex
fornicatione habito reſpectu ad matrimo-
nium,colligitur hoc nomen, quod vocatur
adulteriū. Innominata delicta ſunt pcute-
re,uerberare, domum introire, & ſimilia;
ut l.lex Cornel.ff.de iniur. Hæc enim ſunt
nomina actus,non delicti,cum poſsim per-
cuttere ſine delicto,ingredi domum ſine de
licto,ſed furtum & adulterium non poſſum
committere ſine delicto ut declarat Bar.in
l.nunquam plura col. 2. verſic. Item oppo.
de l.inficiando.ff.de priua. delict. vnde di-
cendum uidetur, quòd in delictis nomina-
tis, quę non poſſunt committi ſine delicto,
probatis illis actibus,probata reſultāt de-
licta in genere commiſſa eſſe, cum ex illis
actibus reſultant nomina delictorū. In de-
lictis innominatis,fateor, quòd ultra pro-
bationem actuum debēt probari qualita-
tes inferentes ad delictum, alias non dice-
retur conſtare de delicto in genere com-
miſſo. IVDEX.non futiles certe,uiden-
tur hæſitationes ueſtræ ideò cōuenit, meū
in his interponere iudicium; quare in his
dicendum puto,quòd aut quæritur, de ef-
fectu inquiſitionis,aut de principio inqui-
ſitionis,primo caſu,ſi de effectu, ut ex in-
quiſitione,poſſit contra certam perſonam,
ad torturā procedi,dicendū eſt indubitan-
ter,non ſufficere ſi probentur illi actus, ex
quibus reſultant nomina delictorum, a iu-
re impoſita, ſed opus erit probari de qua-
litatibus inferentibus ad delictū & ſcelus;
& ita loquitur tex.in d.§.item illud,ſecun
do uerò caſu ut formari poſsit inquiſitio,
ſufficit probari inuentum fuiſſe cadauer
cum pluribus percuſsionib. & vulneribus,
factā fuiſſe contrectationē cum animo lu-
crandi, & ſic de ſingulis, nā ideo formatur
9 inquiſitio,vt ſciatur, quomodo & qualiter
illud acciderit,& a quo id factum ſit. Cui
enim dubium eſt,ꝙ probata intentione ca-
daueris, uerificatiſve percuſsionibus, &
vulneribus, reſultet probatum eſſe ex ho-
micidio,id accidiſſe. Homicidium.n.a cę-
do & cędendo dictum eſt l.ita vulneratus.
ff.ad l.aquil. & uidetur quis occiſus quan-
do fuit vulneratus. l.huic ſcripturæ. ff. ſi
quad.paup.fec. dic unde quoties reperitur
homo exinanitus, & cum vulneribus iam
dici merito pōt,inuētum eſſe homicidium
10 factum. Quatuor enim modis omnia ma-
leficia cōmittuntur l.ex maleficijs in prin.
ff.de act.& obli. & ponit Bal. in l.data ope-
ra.C.qui acc. non poſſ. 3.col.in ſi ſequitur
Ang. in lib.malef. in uerbo Gayum Sem-
pronij nu.1.facto,ſcilicet,dicto conſilio, &
ſcriptura.in delictis quæ facto committun
tur,comprehenduntur homicidia, vulne-
ra,percuſsiones,ſacrilegia,furta,adulteria
ſtupra,falſificationes,falſæ monetæ, incen-
dia,fractiones pacis, raptus & ſimilia, in
delicto homicidij ſufficit (vt dixi) ſi con-
ſtat de vulneribus,& exinanitione, in de-
licto vulnerum,ſufficit conſtare de vulne-
ribus apparentibus,in delicto percuſsionis
cum ſit delictum innominatum, ut probe-
tur in genere neceſſe, ut conſtet in ſpe-
cie, in



cie;in delicto ſacrilegij cum illud plurib.
modis committatur. vt quādo quis aufert
rem ſacrā de loco ſacro, de eccleſia & mo-
naſterio,ſufficit iſto caſu vt probetur com
miſſum furtum per qualitates de quib.in-
11 fra in materia furti,† & vt reſultet ſacrile
gium debet probari qualitas loci item &
rei, ſecundum ius ciuile; cum eo iure non
cōmittatur ſacrilegium ſi auferatur ſacrū
de non ſacro.l.diuus ad.l.iul.pe.ſed ſecun-
dum ius canonicum,committitur ſacrile-
giū, ſiue res ſacra auferatur de locoſacro,
vel dedicata,ſiue nō 27.q.4.c.quiſquis,& di
citur res ſacra,corpus domini,reliquiæ ſan
ctorum,libri diuini officij,& ſimilia.ut per
Bonifa.in tit.de pœ.commi.ſacri.& dicitur
locus ſacer,qui conſecratus eſt per pontifi
cem.inſti.de re.diuiſio.§.nullus.Item com-
mittitur ſacrilegiam per eum qui rē uene
ream cum moniali ſacrata habuit, quo in
caſu,vt delictum in genere commiſſum ap
pareat, ne dum ea quæ infra dixi, vbi de
ſtupro, apparere debēt, ſed etiam qualitas
quæ ſacrilegium notat. Et ſic de ſingulis
in quibus ſacrilegium committitur. Furta
eſſe in genere commiſſa,habes infra Et pa-
12 ri modo de adulterijs & ſtupris.† Falſę mo
netæ crimen, vt in genere probetur, debet
apparere de inuentione monetæ,ſeu fabri-
catione,item de imagine qua impreſſa erat
quód eſſet regis,vel imperatoris,& quod ſit
falſa in cuneo, uel argento,liga, aut auro,
& ſic de ſingulis. Sic etiam in omnibus
alijs delictis nominatis quæ facto commit-
13 tuntur. † In delictis vero quæ dicto com-
mittuntur,nedum dictū probari debet,ſed
doloſe id dictum,& quod inde factum ſit.ar
gu.text.in l famoſi. ff.ad l.iul.maieſta.cum
ſimilibus.ſi tamen omni reſpectu & conſi-
deratione,dictum arguit,importat, & deli-
ctum notat, illud probari ſufficit, & quod
inde ſecutum ſit, ſi tamen tale ſit dictum,
quod poſt ſe delictum ab alio ſubſequi fa-
cit, exempli gratia,quādo dicitur,ammaz-
za ammazza,uel mandatur,ut quis interfi
ciatur.aliàs ſi tale ſit dictum, quòd in ſe ip-
ſo,ineſt delictum,ſine eo quod aliud ſubſe-
quatur,verbi gratia,blaſphemia,& tunc ip
ſum dictum probari ſufficit. Idem dicen-
dum eſt,in delictis quæ conſilio patrantur
& pariter in delictis quæ ſcriptura commit
tuntur.In delictis innominatis,non ſolum
debent probari actus in ſe, ſed etiam ea,
quæ in ſpeciem delicti illos transferant.
FISCVS. Sed quid ſi non poteſt appa-
rere de corpore mortuo,vt,quia diu eſt,
quòd quis occiſus fuit,& eius corpus repe-
riri nō poteſt,quid faciendum eſt eo caſu?
14 IVDEX. Eo in caſu,quando de corpo-
re mortuo nō poteſt apparere, debent exa
minari teſtes de fama,qui deponent, quód
publica uox,& fama eſt, quòd talis interfe
ctus,& occiſus fuit, & quod eius corpus nū
quam potuit apparere, forte quia dicitur
eſſe interfectum prope flumen,uel mare, &
in aquas eſſe proiectum,vel in loco nemo-
roſo, & occulto eſſe ſepultum. & hoc
ſufficiet, ut plene dixi in prima parte ter-
tiæ partis principalis huius praxis. num.
34.cum ſeq.INQVISITVS. Sed nun
quid aduerſus hanc probationem reó in-
quiſito competere poſsit aliqua defenſio,&
quomodo? IVDEX. Certe ſic, proban
do primò, poſito caſu,quòd cadauer repe-
riatur cum vulneribus,quòd fuit occiſus a
feris ſylueſtribus,& quòd ibi nonnullæ re-
periantur feræ ſylueſtres.Plures enim fue-
16 runt & ſunt † qui occiſi fuerunt a færis ut
puta a ſerpentibus, ut fuit Euridicæ Or-
phei vxor, Ariſteum(a quo adamabatur fu
giens) morſu colubri in herba latentis in-
terfecta eſt.Opheltes(qui alio nomine Ar-
chemortus dicitur)filius Licurgi regis Ne
meæ,dum negligenter ab Hiſiphile nutri-
ce cuſtodiretur,ſerpentis morſu extinctus
eſt.Ouid.In Ibin.Item filius Adonis Cine
ræ ea myrra filius,dum uenaretur ab apro
interfectus eſt. Ouid.lib. 10.Meta.& Mar-
tialis lib.1.ait,Dedalum quendam feris o-
biectum ab apro laniatum fuiſſe. Item
Anceus filius Aſtypaleæ Phenicis & Ne-
ptuni filiæ,rex Sami, dum vellet occidere
apū agros ſuos uaſtantē ab eodē eſt interfe
ctus.Hyas Athlantes ex Aetra filius, dum
uenaretur a Leæna interfectus eſt Oui.li.
5.Faſt.Euripid poeta noctu rediens a cæna
Archelai regis Macedoniæ canibus a Pro-
mero quodam æmulo immiſsis,extinctus
eſt Diogenes philoſophus deceſsis ex mor
ſu canis eodem die,quo Alexander Mace-
do in Babilone mortuus eſt.& ſic de ſingu-
lis.item quòd alias ibidem acciderit alijs;
vel probando, quod ſeipſum interijt tædio
vitæ, uel ob aliam cauſam, probando hoc
per

per efficaces coniecturas, vel quod ſcloppe
tum, quod geſtabat, in ipſum ictum proie-
cit, ut multotiens ſolet euenire: uel quòd
ex arbore cecidit, uel aliter probando.
Quia una probatio, uel coniectura tollit
aliam, ut per Bar. in l. ſi. C. famil. herciſc. in
tantum, quòd ſi ſunt probationes contra-
riæ, neutri ſtandum eſt. c. imputari. de ſi. in
ſtru. l. ſcripturæ. & ibi Bart. & doct. C. eo tit.
& ſi ſunt inæquales hinc inde, non ualent,
quia faciunt rem dubiam, ſecundum Bal. in
l. ſi. in 5. q. uerſi. 7. Qualiter. C. de edi. Adr.
tollen. Si uerò, ut ſupra dixi. ponatur non
conſtare de corpore mortuo ſpecifice, ſed
tantum per famam publicam, poteſt proba
ri de contraria fama per validiores proba-
tiones quòd mortuus fuit propter febrem
& infirmitatem, uel alia de cauſa. Quia pro
batio famæ contrariæ per meliores proba-
tiones officit probationi alterius famę pro
fiſco, et plene deduxi infra in uerbo. item
ſuffocauit eius uxorem, in capitulo, de fa-
ma: uel aliter probando, ex quo uerisimili-
ter poſſit coniecturari ita eſſe, quòd circun
ſpectus iudex perpendere poteſt. FI-
SCVS. Sat concludere utriq; domine
iudex ſatisfeciſti, in hoc delicto homicidij;
ſed quomodo conſtabit in crimine furti fur
17 tum fuiſſe in genere cõmiſſum? IVDEX.
Pluribus modis poteſt furtum committi;
aliquando ſubripitur aliquid de arca, cap-
ſa, vel camera. & tunc debet conſtare de fra-
ctura oſtij domus, arcæ, uel capſæ unde fur
tum eſt commiſſum, & de quantitate, & re
bus ibi exiſtentibus paulo ante, & quod
ex poſt facto fuerunt reperta ſubtracta, &
quòd ibi fuit inuentum, de bona fama, &
legalitate domini furtum paſsi, & de lamẽ
tationibus quas ſtatim cum multis fecit de
iam dicto furto, & de alijs ſignis, & conie-
cturis indicantibus uere furtum commiſ-
ſum, de quibus ad longum per Marſil. in
conſil. 8. & in praxi cri. §. principium nu 6.
18 & in. §. conſtante. nu. 78. Et licet uerum
ſit debere conſtare uere, & non præſum-
ptiue de delicto in genere commiſſo, &
plene. ut l. ſi quando in uerbo patefacta. C.
unde ui. ubi Bal. & Iaſ. in 4. no. & Ang. in l.
certum. ff. de conſe. & Alexan. in conſil. 33.
colum. 1. lib. 1. & conſil. 19. lib. 7. & Deci.
in conſil. 410. col. 2. & Panormi. in c. 1. & ibi
Deci. col. fin. de offic. deleg. & habetur per
Haimó. Crauet. conſil. 244 in. 2. libr. & con-
ſi. 260. in 2. lib. id tamen procedit regulari-
ter. Fallit tamen ubi concurrit difficultas
nimia probationis, quia eo caſu cõſtando
per coniecturas ualidas, & a iure approba-
tas, ſufficit ut habetur in prædictis lo-
cis, maxime in caſibus, qui ſecreto commit
ti ſolent, & ubi de facili non poteſt conſta-
re de delicto in genere commiſſo, niſi per
probationes ſuper ipſo delicto, ut uidebi-
19 mus in pluribus exẽplis. INQVIS. quæ
nam defenſiones poſſunt competere inqui-
ſitis aduerſus prædicta? IVDEX. Dixi
ſupra quòd una coniectura tollit aliam, &
una probatio eliditur per aliam idcirco in
hoc caſu circunſpectus aduocatus uideat,
per quas coniecturas conetur uerificare fi-
ſcus ſuam inuentionem, furtum fuiſſe con-
miſſum. & tunc ecõtrario formet exceptio-
nes, & probet contrarias coniecturas, uel eli
dentes, probando quòd nulla reperta fue-
runt ſigna fracturæ, ſed apertionis, & quòd
ita quilibet expertus, iudicaſſet, item pro-
bando malam famam furtum paſsi. Item
quòd non eſt uerisimile eam quantitatem
ibi fuiſſe reconditam, ſtante nimia pauper-
tate ipſius. Item quòd paulo ante ibi nulla
bona fuerunt uiſa, ut quia inde ipſe idem
dominus ſuſtulerat, & alia, quæ curioſus
aduocatus ſecundum contingentiam facti
ſtudeat inuenire. Aliquando uerò ſolet
committi furtum in equo, uel alijs anima-
libus, & tunc probabitur dominium equi.
Item probabitur, quòd fuit uiſus, & reper-
tus equus in poſſe alicuius, quia cõtra eum
oritur ſuſpicio, maxime ſi ſolus uiſus eſt, &
ſi eſt homo non bonæ famæ per l. inciui-
lem. C. de fur. item, quòd equus fuit uiſus
paulo ante in ſtabulo furtum paſsi, & demũ
ibi minime repertus fuit: & quòd fuit re-
pertum ſtabulum equi fractum, & aliter,
ut iudici circunſpecto uidebitur, & prout
qualitas facti expoſcet. Aliquando etiam
committitur furtum in perſonam inſtra-
tis quod latrocinium vulgo dicitur, & tũc
non poſſunt haberi indicia, & probationes
contra aliquem, quin non probent etiam
furtũ in ſpecie cõmiſſum; ſed probabitur
quòd fuit uiſus paulo ante exire de ciuita-
te furtum paſsus cũ tali quãtitate pecunię
& demum fuit ſtatim uiſus redire plorãs,
& flebili, ac lamentabili uoce dicens, ſe eſ-
ſe



ſe diſrobatum, item, quòd fuit viſus exire
conuincatur quis etiam per vnum teſtem,
redijt ſine: item, quòd redijt cum vulnere,
vel cũ percuſſione aliqua in eius perſonã,
item, quòd ibi ſolet diſrobari: vel proban-
do, quòd fuit repertus ligatus in loco furti
& latrocinij, vel aliter, vt natura facti ex-
poſcet, itẽ redigatur in actis eius depoſitio
cum iuramento. Iſtis enim probatis con-
ſtabit in genere de delicto. Sit tñ in his
cautus iudex, quia ſolent fieri plures frau
des; vt exploretur & probetur qualitas p-
ſonæ diſrobatæ, loci, vbi latrocinium dice-
tur commiſſum, temporis, & etiam quanti
tas rerũ diſrobatarum, & hoc maximè fie-
ri debet, in regno vbi vniuerſitates tenent
de diſroborationibus factis in eorum ter
ritorijs, ubi patratores ignorantur. Plures
enim vidi conquerentes ſe diſrobatos, &
ẽt in ſeipſos ſæuiſſe, vt ſic magis perſuade-
re poſſent, ſe diſrobatos, & petẽtes emẽda-
tionem ab vniuerſi actibus & tandem fuiſ-
ſe detectos. Et de ſimilibus fraudibus plu-
ra cõgerit Par. de Put. in lib ſyndi. in ſi. ſui
tracta. in verſ. quidam vir leuis opinionis
& vitæ. Vbi in iſtis & ſimilibus caſibus, ſi
apparent coniecturæ de calumnia accuſa-
toris, qui nullas probationes, veriſimilitu-
dines & indicia affert torquendus erit, vt
tenuit. Idẽ Par. vbi ſupra. FISCVS. Sum
etenim plenè informatus domine iudex,
qualiter debeat cõſtare delictum in gene-
re cõmiſſum in crimine furti, quid in ſtu-
20 pro? IVDEX. In crimine autem ſtu-
pri commiſſi in fœminam per maſculum,
uel per marem in marem, vt conſtet deli-
ctũ in genere cõmiſſum, debent examinari
matronæ, & obſtetrices, vel alij experti,
quibus tradatur fœmina inſpicienda, uel
maſculus, eis prius delato iuramẽto de ve
ritatẽ dicẽdo, & facta inſpectione, curiæ re
ferant, an ſit mulier ſtuprata, an nõ; uel ma
ſculus an ſit ſtupratus an nõ, vt docet Abb.
in c. propoſuiſti. extra de probatio. nu 3. &
Alberic. de Roſa. in l. 1. §. ex hoc reſcripto.
nu. 8. ff. de ven. inſpi & examinentur teſtes,
qui forte viderunt linteamina ſanguinolẽ
ta, vel camiſiam ſanguinolentam; & ſuper
alijs adminiculis, quæ haberi poſſunt, ex
quibus meritò iudex poſsit ſe informare,
ſtuprũ fore cõmiſſum. itẽ examinetur mu-
lier ſtuprata, quia ei creditur, quòd antea
fuerit virgo, ut dixi in prima parte tertiæ
partis principalis huius praxis, ſub n. 146.
& ſi nulla potuerit apparere fractura ani
in puero, vt quia diu eſt, q fuerat cognitus
carnaliter, tũc, quia ſimiles fornicationes,
& ſtuprum, & adulteriũ, probantur per con
iecturas c. præterea. de teſti. l. cũ probatio.
de proba l. quero. §. fin. ff de ædi. edic. ſimi-
liter delictũ eſſe cõmiſſum in genere in ſi-
milibus probatur per eas coniecturas, quę
haberi poſſunt: & ea indicia, quæ inducun-
tur ad probationem ipſius ſtupri, probant
ẽt delictum in genere. Immo probari non
poſſunt, quin probetur delictum in ſpecie,
vt dicit Marſi. in conſ. 5. in pri. lib. num. 1.
21 Et hoc etiam procedit in adulterijs, & in
ceſtis, alijſq; fornicationibus, in quib. non
poteſt conſtare delictum in genere cõmiſ-
ſum de per ſe, niſi per eas coniecturas, & in
dicia, quæ inducuntur ad probationem de
licti, ut quis torqueatur, uel cõdemnetur,
quia bene dicetur probatum, & concluden
ter. In his enim & ſimilibus caſib. ſit cau-
tus & uerſutus iudex, ut ex qualitate pſo-
narum, temporis & loci, veriſimilitudinis
aut potius in veriſimilitudinis, conſideret
num uera, an potius falſa ſint, quæ propo-
nuntur. multoties enim verſutæ mulieres,
machinari ſolẽt, in miſeros iuuenes, uel vt
illos in maritos vendicent, vel vt ab eis do
tes conſequantur. Nec hiſce (maxime tem
21 poribus) † de facili credat mulierum iura-
mentis, aſſerentium ſe virgines; ut dixi.
Sed potius ex qualitate earum, vita, & mo
ribus, arbitretur, num credendum ſit, licet
enim de virginitate ſtetur dicto & iuramẽ
to mulieris contra delinquentem in ſe, vt
conſuluit Alexan. in conſ. 229 in 6. lib. ex
mente not per Docto. in cap. 1. de adult. &
maxime Car. & Abb. vbi ad hoc allegant
rationem text. in c. vnico. vt eccle bene. Id
tamen verum eſt, ſecundum Doct. Abb. in
d. c. 1. ſi pro virgine habebatur, & ſic vides,
multum attẽdenda eſt, in hoc, qualitas mu
lieris. Si enim eſſet mulier, quæ malum no
men haberet, & pro virgine non reputare-
tur, vtique eius iuramento non eſſet ſtan-
22 dum † mulieres enim facile iuſiurandi cõ
temptrices ſunt. Id n. conſtat ex eo, quòd
Sceledrus Plautinus, cum Philocomaſium
mulier quod iurauerat, facere recuſaſſet
(ait) muliebri feciſti fide. Et apud eundẽ

Amphytrion. Mulier, audacter iuras. Et
quod ſcribit Propertius li.2. hoc pdit mi-
ſeras,hoc perdidit ante puellas, quicquid
iurarunt,ventus & vnda rapit. In hãc ſen-
tentiam Græcorum eſt Senarius, mulieris
iuſiurandum in vino ſcribo. Antiqui enim
res prorſus irritas,futiles, euanidas in vi-
no & aqua ſcriptas,ſcribẽdaſve dicebãt Id
ẽt in noſtris legibus non eſt incognitum:
ut habetur in authen.de nupt.§.quæ verò
nunc ſequitur,ubi dicitur quòd in mulie-
rib.omnino periurium promptum. Et pro
eademmet re eſt, text. in auth.ut ſi prohi.
ma.§.quia verò multam, ubi quia ſciebat
(ab experto) imperator periurare facilè
mulieres, ut periurij tolleretur occaſio,
quandam legẽ abrogat, quę & à mulierib.
quoq; iuſiurandũ exigebat,latè per Tiraq.
in tract.de leg.connu.nona.l.num.43.cum
23 ſeq. † Caueat unuſquiſque iudex, ut ad
conuincendum ſtuprum,non ſinat mulierẽ
nudam conſpici à maribus, id enim peni-
tus prohibitum eſt.l.vlt.C. quãdo cur.vel
tut.eſſe deſ.& §.1. inſti.quib.mo.tu.fini.ad
ſtipulatur his,quod Plato ſanxit.lib.11.de
legi.Conuenientiam enim (ait) ætatis ad
nuptias, & contra, iudex nudos oĩno ma-
res, nudas tãtum ad pubem vſque fęminas
cõſpiciens,iudicet. Voluerunt enim leges
(vbi oportet mulieres nudas inſpici) à mu
lierib.& ipſis honeſtis & probatæ fidei, in-
ſpici,non autem a viris.l.1. in princ. & per
totam.ff.de ven.inſpi.& in c.propoſuiſti.&
c.cauſam matrimonij.de proba.& in c.fra-
ternitatis,& c. ult.extra de fri.&male.facit
tex.in c.nec alia, ibi manus obſtetricũ.27.
q.1.Denique legimus, Deas caſtitatis prę
ſides, ęgerrimè tuliſſe,ſi quando eas nudas
à uiris ẽt imprudentibus inſpici contige-
rit,neq; id impunitum reliquiſſe. Nã cum
ſe Pallas aliquando & Chariclo in Helico
nia Hippocrenæ nudæ per cæſtũ lauarent,
ac tum fortuitò Tyreſias venator ad eum
fontem ſitiens acceſsiſſet,Palladem impru
dens nudam conſpicatus ſtatim oculis ca-
ptus eſt, ut deſcribit Callimachus in eo
himno cui titulum fecit, in lauacra Palla-
dis. Acteon quoq; cum etiam inter uenan-
dum fortè fortuna, Dianam in fonte nudã
conſpexiſſet,eiuſdem indignatione in cer-
uum commutatus, & à ſuis canibus diſcer
ptus,ut adnotauit Ouid lib.3.Meta.Plura
alia exempla de his habes per And. Tiraq.
in tra.de leg.connu.in 4.l.num.16.cum ſe-
quen.nec huiuſmodi aduertentiam parui-
pendas,ſcio enim quendam regium Audi-
torem, ad conuicendum ſtuprum, nudam
inſpexiſſe iuuenculam, nec inultam hanc
rem Deus reliquit: paruo enim intermiſſo
tempore,officio priuatus, & exilium miſ-
ſus extitit. INQVI. Audiui iam for-
mam probandi delictum fore commiſſum
in genere in crimine ſtupri, vel adulterij,
& ſimilium, nunquid ad defenſionem ali-
quid probari ualeat aduerſus dictã proba-
tionem? IVDEX. Sæpe tibi dixi,quòd
vna probatio tollit aliam,ſi fortior eſt ea:
& quòd una cõiectura tollit aliam. ſimili-
ter tibi in hoc dico, quòd ſi coniecturæ in-
ducũtur ad probationem delicti in genere
inducantur coniecturę contrarię,& cõtra-
24 ria indiciatur,ſi probatur de camiſia, uel
linteaminib.ſanguinolentis, poteſt proba-
ri,quòd erat menſtruum,& hoc per exper-
tas: vel ꝙ erat ſanguis ibi ſtudioſè aſper-
ſus,& ſimilibus modis. FISCVS. Me-
moriæ mandaui quantum dixiſti in crimi
ne ſtupri,adulterij,& ſimilium, & optime,
quid ergo erit fiendum in crimine ſuffoca
tionis vxoris,uel alterius mulieris,aut ue
nenationis? IVD. Si põt haberi corpus
uenenatũ,uel ſuffocatum,debet inſpici per
iudicem unà cum expertis, ut uideãtur ſi-
gna ſuffocationis in gutture, ut redigaẽ in
ſcriptis particulariter,& ſi eſt ſepultum ca
dauer, diſſepeliatur ad effectum prędictũ,
& ſi dicatur uenenatum, accedat iudex cũ
medicis, & ſi ſine apertione corporis ſciri
poterit bene eſt, ſin autem ſciri aliter non
poteſt,quin aperiatur,debet aperiri ipſum
cadauer,& per peritos inſpici,& poſtea prę
cedente iuramento referant.& fiat actus ꝑ
extenſum apertionis & inſpectionis; ut ha
betur per Marſil.in l. 1.§.pręterea.ff.de ſi-
car.num.37.per Afflict. in conſt. mala no-
xia & ar.tex in l.ſtigmata. de fabri.lib.11.
quód per ſtigmata,& ligaturas in brachijs
probatur torturam illatam fuiſſe, ita per
ſigna ſuffocationis in gutture probaẽ ſuf-
focatio. Venenatio autem probatur & co-
gnoſcitur ex liuoribus in toto corpore, &
ſpumis ore fluentibus, & ſi cremetur cor-
pus,cor illæſum remanet à ueneno pręſer
uatum,ſecũdum Suet.in Caligula in prin
cipio,



cipio,& habetur per Par.de Put.in lib ſyn-
di.in verbo tortura,& ſi corpus haberi non
poteſt,examinentur teſtes qui viderũt cor
pus antequã fuiſſet ſepultum,ſuper ſignis,
quæ forte viderunt in corpore:& ſi hoc ap
parere minime poteſt, probetur fama pu-
blica,ut plene dixi infrà in uerbo, itẽ ſuf-
focauit eius vxorem,quia hæc ꝓbatio ſuf-
ficit,ut ibi dixi. Veneni ſigna, à Doctorib.
hucuſque annotata, non exactè, & plenè
25 deſcribuntur: † quippe cum tria ſint ve-
nenorum genera,quæ a tribus diuerſis ge-
neribus originem duxerint, etenim vel a
metallicis,vel a plantis,vel ab animalibus
ipſis,& horum quodlibet aut purę & nudę
elementalis qualitatis exceſſu, aut ex pro
pria,naturali forma ſpecifica è cęleſtibus
fluxib.prædita,nõn ſine tamen elementali
mixtura,varios,mirãdoſq; effectus ac inte
ritus præcipuè hominibus minentur, quò
circa non inutile & futile, ac alienum pu-
taui ſingulorũ venenorum ſigna deſcribe-
26 re † vt ſic iudices capiẽdis, formandiſve
informationibus facilè non decipiantur,&
ſciant maleficia reperire. A metallicis igi
tur ordinem aſſumẽs,inter metallica uene
na,cõputantur argentum viuum, ſiue eius
ſpuma,uel lapis coralli,quare ſi quis argẽ
tum viuum,ſiue eius ſpumam, vel lapidẽ
coralli ſimilẽ dictum aſſumpſerit,cum fri-
gidiſsima hæc ſint his diſcernuntur notis;
Nã ut Dioſcorides lib.5.c.52.& 60.& Ma-
thiolus li.6.c.27.& 28.cordis,labiorẽ tre-
morem,ſyncopim, inteſtinorum,& vmbi-
lici grauamen,& murmura, & dolorem fa-
ciunt,quin Epilepſiam,apoplexiam, ſenti-
tur quoque omnimoda ſitis,vrinæ ſuppreſ
ſio,anhelitus difficultas, & ventriculi tor-
men,ac inteſtinorum eroſio,& penetratio;
tandem ſubitaneam mortem afferunt. At
argentum viuum extinctum, arſenicum
ſublimatum,& non ſublimatum,lyxiuium
ſaponis,calx, ſandaracha, Auripigmentum
& omnino toſſicum,hæc ſigna conſequi,vt
Dioſcor. & Matthio. lib. 6. cap.29.& 30.&
alij autho optimi,videlicet: grandis ſitis,
venarum tumor, anguſtia magna, ſudor,
oculorum citrinitas,oris fętor, inteſtino-
rum & ventriculi raſura, & corruſio vehe-
mens dolor, iracundia, mugitio quædam
inſania, vociferatio, tuſſis, ſpirandi diffi-
cultas,vrinæ ſuppreſsio & diſſenteria. Ly-
targirium quidem hæc facit ſigna,ex Dio-
ſcoride & Matthio. Colligitur lib.5.c.62.
& ex Gal.lib.9.Simpli.medicamen.Inteſti
norum & iliorum dolorem, & ut pluri-
mum feces retinet,deſiccat, nec manifeſte
calefacit, ac refrigerat, & ut inquit Raſis
tunc miſerere mei paſsionem educit,quia
ſuperius emittit, quæ p inferius emittere
debet.Ceruſa inſuper, talibus diſcernitur
indicijs, ut placet Dioſ.& Matt. lib.6.cap.
25.& Auicennæ,diſperſis in locis fit enim
linguæ albificatio,ac denigratio dẽtis,ſin-
gultus,tuſis ventris dolorem, anguſtiam,
pręcordiorum, tenſionem,prefocationem,
& vomitionem inducit,vrina tamẽ, modo
nigra, modo alba adeſt. De gipſo verò ut
Dioſcor. præcipit. lib.5 c.42.& Gal.lib.9.
ſimpli. medi. ipſum exhauſtũ ſtrangulat,
& ſuffocat iam, quia ob maximam eius fri
giditatem, reſpirandi vim prohibet:cor-
pus liueſcit,quia ſanguinem mortificat,&
quædam alia ſimilia fiunt, ut Auicenna lo
co ſuo. ſunt & alia venenoſa natura conſi-
milia,ut ferri ſcoria, atq; æris plumbeum
vſtum,magnetes, & omnes atramenti ſpe-
cies,quorum nota hæc cernuntur,ut apud
Matthiol.li 6 c.27. & Auicenni ſuis in lo-
cis,ventris vehe mens dolor, capitiſq; tu-
mor oris,& gutturis, conſumptio totius,
vt tãdem maraſmarus moriatur,ipſius ve
rò æris lętalis fluxio,& vomitio, ventricu
li & inteſtinorum dolor, ipſius autem ma-
gnetis ore ſumpti,lunaticus,& melancoli-
cus fit. At ipſius plumbei uſti,oris labia,&
tandem totum ferè corpus liuida,reddun-
tur,ac ut ſuffocatus quis moritur.Sin ſpe-
cierum atramẽti velis ſigna,difficilis anhe
litus vẽtriculi & inteſtinorum punctio, &
eroſio,oris ardor,& ſimilia. Nũc de vegeta
lium,ſiue plantarũ ſignis & locis dicere ex
pedit. Et primo de Napello eius ſucco,ut
Matthio.lib.4.Dioſc.etiam, & lib.6.& cæ-
tera med.turba ſcripſerunt, labia tunc in-
flammantur,& apoſtemantur,& lingua in-
tumeſcit,oculi exitũ petere coguntur,cru
ra debilia & immobilia ferè remanent:cor
pus totum conflatur,& liueſcit, & ſi illico
non ſuccurratur, e morte non euadit, aut
in ęthicã vadit.Et Titimalli ſigna, ut Me-
ſue loco ſuo & Gal.lib.8. ſimpli. medic. &
Theofraſtus lib.9 ſicuti & omnia ueneno-
ſa lacticinia ſimilia inducũt Symptomata.

vt nauſeam,ſingultum,uentris dolorem &
torſionem cum fluxu,uocis deſtructionem,
tandem ſpaſmũ, cui mors ſuccedere ſolet.
Apium riſus dictũ methaphorice ex Mat-
thiol.li.2.quia ridendo vita euaneſcit, cu-
cumeris aſinini dicti à Meſue, à Dioſcor.
Syluestris lib.4.à Gal agreſtis,ſimilia ſunt
nota,velut ex coriãdro q̃,natura ventrem
ſoluunt, & cum maximo inteſtinorum do-
lore,vterum muliebrum aperiũt,& fetum
neceat.Brionia pariter,& ſcamonium , co-
loquintida,& euforbium talia quoq; indu
cunt ſigna, *quia trib ferè diebus mortem*
minantur,ſcotomiam,anguſtiam,ſtolidita
tem ſtomaci mordacitatem uirtutis deie-
ctionem, uentris luxum, hæc Gal. libr. 6.
ſimpli.med.Dioſcor.lib.4.Meſue.cap. pro-
prijs nunciant hilleſierum autem , omnes
fatentur hæc offerri ſignacula quia ſi ni-
grum, aluum ſubducit , linguæ aduſtionẽ
anhelitus ſtricturam,ſingultum,& ſpaſmũ
agit,ſin album, vomitum. Cicutam verò
*ſenſum amittit,& in ſtuporẽ incurrere fa-*
cit.hæc Gal.lib.6.Simp.med.Dioſc. etiam
lib.6.& cuilibet notum eſt , quia ex ſtupe-
factione eius ſucci aſſumpti,aues manu ca
pi poſſunt . Coriandri ſigna ſunt hæc , ut
Dioſco.lib.3.& 6.Gal.lib. 7. ſimpli. medi.
Meſue loco proprio,licet magna ſit pugna
inter hos & ſequaces an calidum, vel frigi
dum ſit, vertigo, ſcothomia , vox groſsa
ebrietas, & tandem ſtuporoſam mortẽ in-
ducit,ſi tandem eius ſuccus in magna quã
titate ſumatur,at in pauca multa bona vẽ
triculo præbet auxilia.At Succi mãdrago
*ræ,nigri papaueris & opij eandem ferè pro*
tendunt cõiecturam, ut Meſue & Dioſco-
ri.lib.6. quia ſemimortuum inducunt ho-
minem,in pauca quantitate, in maxima &
proportionali veram mortem afferũt,ſen-
ſum amittunt , pigrum ſomnum ducũt,cũ
oculorum rubedine aliquando.Nux auel-
lana , ſiue aliorum fructuum rancitudo &
nux vomica,ut Dioſcor Marthio. libro.1.
Gal.7.ſimpli.ſententia eſt,cum diſſolutio-
*ne uirtutis*,peſsimum inducunt uomitum,
linguę Sciſſuram & Syncopim etiam. Ta-
ceo de fungis quæ ſpontè ſolent comedi
non dari ut quis interimatur ; Taceo rur-
ſus de animalib. uenenoſis,tantũmodo di-
cam de cantharidibus quæ ſolent mulieri-
bus prægnantibus ut fœtum pariant dari;
Dioſcor.lib.2 & 6. Meſue loco proprio,ſi-
gna hæc uolunt , quòd hypocondrij pecti-
nis,anchæ,& genuum dolor erit , fit maxi-
mus mingendi appetitus,& ſi minxerit,ſan
guis cum magno labore decernitur , &
cum ſyncopi mors ſuccedit. Gatti cere-
brum,aiunt communiter,vertiginem ſtul
titiam efficere.At leopardi & canis marini
fel.ait Matthio.lib.6. quòd in ſeptem die-
bus interficit, ſi breui auxilio nõ iuuatur,
odorem, ſaporem aloes ſentiẽs,Cetrinam
& uirulentam coleram uomens . Sanguis
*taurinus , ſpaſmum , præfocationem.* lin-
guæ rubedinem ducẽs, congelatum ſputũ
carnoſum expuere facit; & tandẽ mors ſe-
quitur.Dioſcor lib.6. At humanus tempo
re extractus,irã.rixam, furorem & cõſum-
ptam mortem ducit.Pariter buſſonis, ſan-
guis,cordis tumorem, ſincopim & ſubita-
neam mortem feſtinat.At menſtruoſus,le-
proſum lunaticum obliuioſum reddũt ho
minem.Hæc.n.ſunt uenenorum ſigna, qua
re attendat unuſquiſque cũ uiderit ſentie-
ritq; ſimilia ſigna accidere , ut in cunctis
ſciat interrogare teſtes . Nec alibi repe-
ries. I N Q. Nunquid autem ex aduerſo
poſsit in defenſionib. reorum probari ea-
dem ſigna, uel aliqua ex eis euenire poſſe
ex alio morbo,quam uenenatione.
27 I V D. Certè aliqua ex dictis ſignis eue-
nire ſolent ex morbis ordinarijs , non ta-
men ex uenenatione. Verbi gratia,dixi ſu
pra de ſignis quæ ſolent cauſari ex argẽto
uiuo ſiue eius ſpuma,uel lapide coralli,ea-
dem quoq; uel ex eis aliqua cauſantur ex
*vteri affectu,etiam a cauſa frigida, ut cor-*
dis tremor,& ſincopis , grauamen & mur-
mura,& vmbilici dolor,vrinæ ſuppreſsio,
& anhelitus difficultas,ut Galen.6.de loc.
affect.ait Itẽ ex cardiaca paſsione,epatis
inflammatione,& febri a ſubtili uel pleni-
tudine humorum cauſata, ut cordis & la-
biorum tremor & ſincopis, & murmura &
dolor , nimis ſitis , anhelitus difficultas ,
mors ſubitanea, ſignificare poſſunt ut om-
*nes uolunt*;ex Gale.loco citato & 12. me-
thodo medẽdi;ſed uentriculi & inteſtino-
rum grauamen,dolor,& murmura , eroſio
& penetratio ueram dyſenteriam pronun-
ciant etiam ex Gal.ibidem,ex Aetio lib.9.
Dixi etiam de ſignis quæ ſequuntur ex ar
gento viuo extincto,arſenico , & ſullima-





to, & non ſublimato liſciuio ſaponis, cal-
cis,ſandarachæ, auripigmento,& oĩno to-
xico;ea eadem ſequi ſolent morbum peſti
ferum ut omnibus notum eſt,ut longè de-
clarauit Hypocrates in li.3.Epidemiorum
quin & febrem cauſaniticam , & ſynocam
dictam,ut Gal.de differen.febr. & de criſi-
bus ; ac etiam cerebri inflammationem &
epatis quoque ut Gal.de lo.affect. & Alex.
& Aet.aiunt.Dixi inſuper de his quæ pro-
ueniunt ex litargirio, illamet, uel aliqua
ex eis ſequũtur Iliacam paſsionẽ,vel coli-
cam , ut ait Gal. lib. 7.aphoriſmorum 10.
& 44.& 6.de lo. affe. Rurſus de his quæ ex
ceruſſa, & tãdem aliqua ex eis hepatis in-
flammationem ſequuntur ut 6.de lo.affec.
Gal.& alij dixerunt.ut puta,tenſio præcor
diorum , præfocatio , vomitio, tuſsis,an-
guſtia,ac dolor. De his etiam dixi quæ ex
gipſo procedunt; & tandem illa aſsimilan
tur letargiæ , appoplexiæ , catomæ & hu-
iuſmodi ſymptomatibus,ut locis ſuis,om-
nes medici,ex Gal.de loc. affe De nappel-
lo & eius ſucco habuiſtis , cuius ſigna ſe-
quuntur etiam Aginam.ſecundum Gal.de
loc. affec. & 4. Aphoriſm. 34. ut eſt labio-
rum inflammatio,& apoſtema, linguæ tu-
mor,ac oculorum,vnde ſi illico non ſuccu
ratur,in mortis periculum,vel in ethicam
euadit . Cætera alia in hydropico mor-
bo cernuntur . Gal. 5. de lo. affect.Aetio,
& Celſo autorib.videlicet. Crura debilia,
& immobilia, ferè remanẽt,corpus totum
conflatur,& liueſcit. De Tintimalli ſignis
pariter dictum eſt; & quædã horum in co
*lico morbo conſpiciuntur.* vt 2. de loc. af-
fec.Gal ait:ſicuti pręcipue,nauſea,ſingul-
tus,uentris dolor,ac torſio,& tandem ſpaſ-
mus,cui mors ſuccedere ſolet. De his etiã
quæ ex apio riſus eueniunt ſimiliter di-
xi:eadem enim ex phreneſi eueniũt , ut ab
Hyppo li.6.aphor.53. de his quæ ex brio-
nia, ſcamonio , coloquintida, & euforbio,
non obſcurè vidiſtis, eadem ſolent accide-
re in cardica & colica paſsionibus. ut Cel-
ſus,Alex.Aet.& Paul.græci voluerunt lo-
cis proprijs. & Gal. lib.6.de loc.affec.& 2.
de Hipp.& Plat.ſententijs ſimiliter fatẽt.
Quæ.n.ex helleboro procedunt,ex pulmo
nicis,hepatis inflammationib. pariter pro-
cedunt.ut 4 de loc.affec Gal, ait, & lib.10.
13. 14. method. meden. & lib. 7. aphori.
12.quæ ex cicuta,in letargico,caro,catha-
leſi,comatico,& apopletico morbis proce-
dere ſolent,ut omnibus notum eſt.ut cap.
proprijs ex Gal. in de loc. affect. habetur.
Quæ ea coriandro, morbo comitiali con-
uenire, omnibus notum eſt . Rurſus quæ
ex nuce auellana,& vomica,in aliqua ven
triculi affectione cõtingere ſolent, ex mor
daci humore cauſata ut Gal. 10. methodi
medendi.& Alex.li.7.*præcipiunt.* Quæ ex
*fungis* in hydropiſi timpanica dicta,conti-
gere ſolent, ut Gal & alij Græci dicunt.
Quæ ex cantharidibus in ſimptoma illo
quod vrinæ ſtillicidio,& ſanguinis renum,
perfluuium appellant , contigere videtur.
Fit.n.maximus mingendis appetitus, & ſi
minſerit ad finem ut in Aetio licet vide-
re.Quæ ex ſanguine taurino,in agina ipſa
affecta eueniunt, quæ quidem lethalis eſt.
Quæ ex ſanguine humano tempore extra
cto,conſequuntur peſsimam phreneſim ac
ardentem febrem,at locis ſuis ex Gal. pa-
tet.Quæ ex ſanguine *buffonis in poſtulis,*
& morbilis,& ſimilibus,quæ ſunt de gene-
re morborum Epidimiorum. uenire ſolẽt
ut in 2.lib.Epidi.& 5.artis curatiuæ,& ali-
bi patet. De his ergo hactenus, poſtquam
ex Doctore.ll. medicum euadere me feci-
ſtis.I N Q. Vtique reddo gratias,ſat enim
interrogationi meæ ſatisfeciſtis. Nec de ſi
milibus te interrogare inconueniens mihi
viſum fuit,aliquando enim dum te viſẽdi
*gratia ad ſtudium veſtrũ fuerim*,vidi ope-
ra Galeni omnia,Ariſtotelis,Aetij,& Alc.
& aliorum tum medicorum, tum ẽt philo
ſophorũ,ibidẽ in eſſe , & pluries illos attẽ-
te leggere te vidi.IN.Quid ergo probabi-
tur ex aduerſo aduerſus prædicta ad defen
ſionem ? IVDEX.Plenè dixi infrà, in ver-
bo . Item ſuffocauit eius uxorem. & in
uerbo,item venenauit eius ſororẽ. ad ibi
dicta te remitto.Et in præcedentib.dixi:&
ſi dicetur aliqs occiſus aut vulneratus bo
26 num eſt imò neceſſarium.†ut deſcribãtur
particulariter vulnera cadaueris , & loca
vulnerum, & hoc p.p duo , primo ſi facta
eſt rixa,inter plures, quilibet eorum tene
tur de eo quod geſsit.l.ſi.ff.de ſica.& ex ge-
nere armorum poteſt cognoſci an vulne-
rauerit mortiferè,ſecũdo ſi per plures dies
ægrotauit, ad videndum an fuerit vulnus
mortale,ut cognoſcatur an ſit mortuus ex

30 vulnere† ſunt.n.vulnera mortalia ſi ſunt
illata in cerebro,&gula,pectore,inteſtinis
& ſimilib. ſecundum Bal. conſ.165.vol.1.
& 105.& 302. proponitur quòd titius.vol.
2.& Angel.in l. ſi quis in metallum. C.de
pęn. Fel. in cap.ſignificaſti.2.col.4.verſic.
not.ibi ratione partis.de hom. Cuma cõſi.
134. viſis denuntiationibus ſer Antonij in
prin.latè Boer.in deci.323.& infra dicam.
Hanc etiam practicam deſcribẽdi vulnera
& loca vulnerum tradit Blan. in ſua noua
pract.in prin.num.6.& Fran.Caſon. in ſua
pract.c.2.vbi inuehit cõtra hodiernos iu-
dices accedentes ad inſpiciẽdum cadauer
ſine peritis & medicis. Hæc enim practica
( ſi recte inſpiciatur ) optimè probatur in
l.ſi in rixa.ff.de ſicar.dum ibi dicitur ictus
31 vniuſcuiuſque contemplari oportet. Nec
cõtemplatio facienda eſt poſt ſepultum ca
dauer,& illud corruptum,ergo fieri debet
tempore inuentionis.ſed ſi euenerit,cada
uer eſſe ſepultũ,antequã iudex illud inſpe
xerit,diſſepeliri vtiq; debet,vt illud inſpi
ciatur. Plura de vulnere congeſsit nouiſ-
ſimè Pet.à Plat.in Epito. delicto. c.13.per
totum.F I S C. Quàm optimè quidem do
mine iudex nobis enucleaſti principiũ in
quiſitionis,vt nihil vltra,dici,aut excogi-
tari poterit.Ad alia igitur tranſeamus,ne
diu ſuper his vagãtes vtiliora omittamus.
¶ I V D E X. Libenter faciam, & ideo
ſcias,ꝙ conſtito delicto in genere commiſ
ſo,celeriter, & cum exactiſsima diligentia
ſummatim inueſtiget de delinquente, in-
terrogando affines, amicos, & conſangui-
neos offenſi, & ipſum offenſum,ſi fortè vi
32 uat, † depoſitio offenſi multis requiſitis
concurrentibus facit indicium ad tortu-
ram. Vt latè Marſil.in praxi. §.diligen-
ter. ſed aduerte quòd ſi deponit de delicto
de nouo commiſſo,ſeu alio cuius difficilis
eſt probatio nõ facit iudicium. Frã. Caſo.
in tra.cri.in 8.tract.c.1.nu.7. de indicijs,&
coniecturis, quæ haberi poſſunt quomodo
libet,ut ſciatur delinquens,offenſor. Nec
mireris,qđ dixi tales interrogandos,cùm
ad effectum inueſtigandi delinquentem,
& ut detur materia inquirendi,& habendi
veritatem, poſſint examinari teſtes omni-
no non integri & penitus inhabiles, ut ha-
betur per Blan.in l.fin.ff.de quæſt.nu.322.
Et ſi fortaſſe q̃ratur,ſeu inquiratur de ho
micidio,quod eſt commiſſum intra ciuita
tem,& penitus ignoratur offenſor, uideat
iudex,in qua vicinia ciuitatis fuerit com
miſſum delictum, & examinentur vicini,
qui prȩſumſitur ſcire facta vicinorum me-
lius,quàm alij l.ſi ita.in fin.ff.de fid.inſtru.
& not.in l.3.circa prin.ff. de teſti. & extra,
de prȩſum.c.quoſdã & c. quanto.& eſt pra-
ctica tradita per Bar.in l.fin.ff. de quæſtio.
& in tantum hoc procedit, quód ipſi vici-
ni ob hoc poſſunt capi,detineri, carcerari,
& etiam torqueri, ut indicent delinquen-
tem per text. in l. dominus horreorum.ff.
loca.ibi not.Bart. & voluit Angelus & Sa-
lice.in l.fi.C.de quæſtio.& Bart.in d.l.fi.ff.
de quȩſtio.& ſequitur Bru.in trac.de indi.
& tor.in 3. quæſtio princip. circa princ. &
habetur per Marſi.in ſua pract.cri. in §.di
ligenter,num.67.poſt Iaſ.in l. actionibus.
colum.penultima.ff.de in litem iura.& per
Blan.in repet.l.fi.ff.de quæſtio. num. 413.
Nouiſsime ad manus meas ꝑuenit Practi
33 ca Mar.Anto. Blan.& in princ.nu 9. † di-
cit affines & propinquos defuncti eſſe exa-
minandos, & interrogandos, cur putent
eius affinem cognatum, uel agnatum eſſe
occiſum,& à quo;hoc tamen ( inquit ) fie-
ri debere ſine Iuramento. eius què dicti
aſsignat rõnem, quam dicit eſſe traditam
à Bar.in l.3.§ fin.ff.de adimen. legat. quia
præſumuntur inimici capitales inculpati,
& ideò eorum dictum non facit plenam ꝓ
bationem.eorum tamen depoſitio facit,vt
poſsit ad ſpecialem inquiſitionem perue-
nire.prout ita dicit notari per Roma.in l.
ſi quis in graui.§ ſi quis moriẽs.ff.ad ſylla
nia.quod eſt verum,ut iudex quoad ſe,poſ
ſit procedere ad capiendum informatio-
nem, non autem ut poſsit formare ſolem-
nem inquiſitionem per formationem capi
tulorum,vt vſitatur in Regno.Secũdus ef-
fectus habetur ( ſecundum eum ) ex dicto
examine affinium &cognatorũ occiſi,quia
poteſt peruenire ad capturam inculpati
per eos:hæc enim dicit ex mente Salyc. in
in l.abſente. C. de accu & in l.2.C.de cu-
ſto.reo.& Ang.in lib. male. in verbo fama
publica. Sed aduerte quòd Salyc. in dictis
duobus locis non aperit de informatione
capta ab affinibus,nec etiam Ang. Sed be-
ne quòd præcedente aliqui informatione
poteſt procedi ad capturam & carceratio-
nem



nem. Tu tamen conſidera qualitatem in-
culpati,affinium & cognatorum occiſi,nec
indiſtinctè procedas ad capturam. Non
enim obiter & per tranſennam, Imperat,
Seue.& Ant.Conſtant.Tribu.Pleb.reſcrip-
ſerunt in l.accuſationis.quæ eſt l. fin. C.de
accuſa.detinendos eſſe accuſatores, & ac-
34 cuſatos,donec expoſita verificentur,† ſen
tierunt enim multa per calumniam fieri;
ut ſic miſeri patiantur.Non reddit rõnem
Blan.cur depoſitiones affinium & cognato
rum occiſi, fieri debeant ſine iuramento:
quare tu dicas quòd id fieri deberet, quia
præſumendum eſt eos peierari & mentiri.
Hodie autem hoc non ſeruatur; nam tales
cum iuramẽto interrogantur & male.Rur
ſus idem Blan.Ibi nume.28.dicit, quòd ſi
propinqui & affines occiſi, accuſant, non
poteſt ex eorum depoſitionibus peruenire
ad inquirendum de ueritate criminis, ſed
tantum de infamia,ex tex. cap. cùm in iu-
uentute.de prȩſumptio.at ſi non accuſent,
&t de ueritate criminis eſt inquirendum.
Tu tamen dicas, ꝙ ſiue accuſent,ſiue non
accuſent,ex eorũ dictis, deuenitur ad ſpe-
cialem inquiſitionẽ, de veritate criminis
nedum de infamia: non tamen ad eam,ex
qua capitula formentur,& ita ſeruatur. Il
lud autem quod dicitur in d.c.cùm in iuuẽ
tute procedit de iure canonico, Rurſus v-
nus deferebat,vnde incõgruum erat ex di-
cto vnius,deueniri ad inquiſitionem de ve-
ritate criminis.Item illa eadem ratio quȩ
militat, iudicem non debere moueri ad in
quirendum de ueritate criminis, ex dicto
accuſatoris,eo quia nõ eſt idoneus,illa ea
dem militat quando propinqui non accu-
ſant, conſtat tamen iudici eos eſſe propin-
35 quos & ſic non idoneos. I N Q V I S I.
Sed nunquid hoc procedit indiſtincte, ut
vicini poſsint capi,detineri, & etiã torque
ri ad inueſtigandum delinquentem? I V-
D E X. Placet mihi dubitatio tua: & ideo
ſcias,ꝙ nõ eſt verum indiſtinctè, id quod
ego ſuperius dixi,ſed procedit,& habet lo
cum in vicino malæ famæ, non, ſi eſſet
bonæ famæ, vt eſt de mente Bartoli in di-
cta l.dominum horreorum. & voluit idem
Bru.in dict.tra.de ind.& tort. in 3 quæſtio
ne princ.circa princip. & ſequitur Blan.in
loco ſupra allegato. Verum ſi contigerit
aliquem examinari ut teſtem ſuper homi
cidio commiſſo in ſua præſentia, vel ante
eius apothecam, ſtationem, vel domum,
& tempore quo ibi erat,&neget ſe aliquid
ſcire, & probantur prædicta. item proba-
tur, quód veriſimiliter hic ſcire poteſt ve
ritatem,& velle eam occultare, nec ex ad-
uerſo allegatur iuſta,aut rationabilis cau
ſa ex qua iudex poſsit dubitare, an ſciat,
vel non ſciat, ſed oĩno apparet eum debe-
re ſcire veritatem,tunc etiam,quòd ſit bo
næ famæ, puto poſſet torqueri ut teſtem,
non ut principalem, vt dicat veritatem,
36 per ea, quæ infra nunc dicam. Si autem
homicidium,vel aliud delictum fuerit cõ
miſſum intra domum, tunc examinentur
oẽs de domo. quia ipſi præſumuntur ſci-
re veritatem eorum,quæ in domo fiunt.l.
fi.C.de ſicar.& l.in adulterij quæſtione.C.
de adulter.& ibi Bald. niſi probetur fuiſſe
abſentes tempore commiſsi delicti, quia
non præſumuntur eo caſu ſcire veritatem.
l.1.§.hoc aũt ſenatus.ff. ad Sylla. intantũ,
quòd pro inueſtiganda veritate dicti deli-
37 cti poſſunt dicti de domo torqueri. Adeò
quòd ſi quinque ſunt in domo, & vnus ip-
ſorum reperiatur interfectus, & neſcitur a
quo, licet non poſsint ex hoc condemnari
pęna capituli, poſſunt tamen torqueri, vt
optimè cõcludit Aret.in li. male. in uerbo
fama publi.verſi.quid autem ſi quinque.&
ſequitur Blan.in rep.l.fi ff.de quæ nu.299.
& Par.de Pu.in lib.ſyndi.in verbo, manda-
uit.circa fin.verſ.ſi reperiatur corpus & ſi
vnus ipſorum eſt malæ famæ, ab eo debet
incipi tortura,ſecundum Ber.Landr.in ad
38 di. Ang.ubi ſupra. I N Q Sed nunquid
indiſtincte procedat hoc dictum tuum?
I V. Si fuerint examinati vt teſtes, & ne-
gant ſe aliquid ſcire, nec allegãt aliquam
rationabilem cauſam, ob quam poſsint ex
cuſari à præſumpta ſcientia, torquebunt
modo,& forma, ut infra cito dicam, ſi ue-
ro fuerint examinati vti principales in ſe,
& teſtes in alios vt fieri adſolet, tunc, ut
poſsit ad torturam procedi, requiritur,ut
ſeruentur,quæ ſeruari debent in tortura,
quæ infertur reis inquiſitis. Proceditur
aũt ad torturam primo caſu, quando exa-
minantur ut teſtes illi,qui interfuerunt fa
cto,& negant, uel aliter habent notitiam
ipſius facti;& ſimiliter negant,& per alios
cõuincuntur, quod interfuerunt facto,vel


quod

quòd habeant notitiam facti, & ſufficit, ꝙ
conuincatur quis etiam per vnum teſtem,
qui ſit dignior ipſo negante, ſecundum
Barto. in l. vnius. §. teſtes. & l. is, cui. ff. de
quæſt. quem ſequitur Bru. in loco ſupra al
legato. vel ſi extraiudicialiter quis cõfeſ-
ſus fuit, quòd interfuit facto, uel quòd ha-
bet notitiam facti, & nunc negat. Nã ꝓba-
ta dicta confeſsione extraiudiciali præſu-
mitur ſcire veritatem, & velle eam occul
tare. Quare tũc torquetur ſecundum Bru.
in loco ſupra alleg. nu 13. & habetur per
Alex. in conſ. 63. in lib. 1. & vide do. Ludo.
Rom. in conſ. 505. incip. cũ teſtis. & Marſi.
in l. ex libe. homi. in fin. col. ff. de quæſt. &
Ang. de Are. in li. maleſi. in verbo, fama pu
bli. col. 8. Et tamen notandum, quòd non
torquetur quis ut teſtis cõtra eum, in quẽ
inuitus teſtimonium non cogitur ferre, ut
eſt tex. in l. 1. §. ſi ſeruus bona fide. in fin. ff.
de quæſt. de quibus habetur in l. 4. & 5. ff.
de teſtib. Itẽ non torquetur domeſticus in
eũ, cuius eſt domeſticus. vt l. maritus. ff de
quæſtio. & l. 1. §. ad quæſtionem. eo. titu. &
qui dicãtur domeſtici notatur in l. etiam.
C. de teſti. & l. pridem. C. de quęſt. Item eſt
aduertendum, ꝙ ſi contra dictos teſtes ob
ſtarẽt aliquę exceptiones, ut ipſorum fidẽ
infringant, dictæ exceptiones debent exa-
minari, & diſcuti, antequàm teſtes ipſi ſu-
peruacuè torqueantur. caſus eſt ſecundum
Bar. in l j §. ſi quis dicatur. ff. de quæſt. & ſe
quitur Bru. ubi ſupra. vbi infert, quòd ſi eſt
vnus teſtis, qui ſciret veritatem rei, & non
eſſet omni excep. maior, & ſic non faceret
indicium, non torquebitur. Sed hoc puto
procedere, quando iudex ſolum vellet fun
dare intentionem, & inquiſitionem ſuper
dicto illius teſtis, ſecus ſi ſuper alijs indi-
cijs. Item eſt aduertendum, ꝙ non omnes
teſtes ad informationem curię torquebun
tur, ſed ſufficit duos, uel tres magis factũ
ſcientes torqueri. ſecũdum Bru. ubi ſupra
ſecundum Bal. in l. data opera. C. qui accu.
non poſ. Eſt etiam notandum, quòd caute
debet procedi ad dictam torturam videli-
cet, quòd appareat in informatione ante
omnia conſtare de delicto in genere com-
miſſo, ſecundũ Bru. ubi ſupra per l. j. §. Itẽ
illud. ff. ad Syllani. Itẽ debent apparere in
actis probationes, quòd teſtes negantes
ſciunt, vel ſcirę debent veritatem facti. ſe-
cundum prædicta, vt late docet Bru. ubi ſu
pra. I N Q V I. An prædicta procedant,
vt non ſeruetur ſolemnitas. l. cuſtodias ff.
de pub. iud. ut debeat diſputari ſuper indi
cijs contra teſtes habitis, ſicut diſputatũ de
indicijs contra aliquem, qui torquetur in
ſeipſum? I V D. Dic, quòd non ut habetũ.
per Bar. in d. l. unius. §. teſtes ff. de quęſt. &
habetur per Brun. in loco ſupra allegato.
in quo loco habetur nõ ſeruari dictam ſo
lemnitatem. l. cuſtodias. & probatur in c.
regni incip. in accuſatis. Et ſimiliter, ſi
procedatur ad examẽ aliquorum teſtium
& aliqui reperiantur vacillare, poſſunt
torqueri ad habendã veritatẽ ut l. ex libe-
ro. ff. de quæſtio. ꝙ non procederet, ſi eſ-
ſent clerici, ſed aliàs de falſo puniuntur.
vt l. præsbyteri. C. de epiſ & cle. & ibi per
Bal. & habetur per Inn. in c. quoniã contra
falſam. de prob. & melius in c. cũ in cõtem-
platione. de reg. iur. & per Paul. de Elea. in
c. grauis. de depoſit. Alij uerò teſtes poſi-
ti in quacunque dignitate torquentur, ſi
vacillant, vt l. nullum. C. de teſti. niſi ſint
teſtes, q ex priuilegio iuris, vel aliter ſunt
priuilegiati, ut non poſsint torqueri. dicit
Bart. in d. l. ex libero. & ſequitur Brun. in
tract. de indi. & tor. 4. quæſt. 2. partis. & ibi
dicunt, quòd quando teſtes vacillant, iudi
ces debent oĩa ſcribi facere per notarium
actorũ, & notarius debet ſcribere ſub hac
forma, videlicet: Et mandauit, mihi magni
ficus iudex, quòd ſcriberem quòd dicti te-
ſtes vacillabant, mutabant colorem in fa-
cie, & ita mihi viſum fuit. & hoc præſenti-
39 bus ipſis teſtibus audientibus, & intelli-
gentibus. Si uerò homicidium fuerit com
miſſum in aliqua ſtrata, ſeu contrata, for-
te extra ciuitatem, iudex debet inueſtiga
re, & perquirere frequentantem illam ſtra
tam, quia contra eum oritur præſumptio,
& indicium, quòd ipſe fecerit ſecundum
Angel. in l iuſto errore. ff de vſucap. & ſe-
quitur Marſ. in d. §. diligenter. nu. 108. ip-
ſumque diligenter examinet, quia uel ip-
ſe apparebit quòd fecerit, uel quòd ſciat.

I N Q V I. Sed nũquid hoc indiſtinctè
ſit uerum? I V D. Ita tamen procedit id,
quod dixi, ſi erat ſolitus talia perpetrare,
ſecundum Lud. Rom. in l. 1. § hoc reſcri-
ptum. ff. ad Syllania. non aliter, & ita proce
40 dat. F I S. Solent domine iudex ut plu-
rimum



rimum nonnulli teſtes recuſare de non ſe
examinando, dicentes, quòd ex priuilegiò,
vel aliter non coguntur teſtificari. quali-
ter ergo debent in hoc iudices prouidere.
¶ I V D. Libenter dicam. ſcias ergo, quod
quædam perſonæ enumerantur in l. lege
Iul. ff. de teſti. quæ inuitę ad teſtimonium
ferendum nõ coguntur, vt gener aduerſus
ſocerum, & econtra, priuignus aduerſus vi
tricum, & ecõuerſo, agnati aduerſus agna-
tos, affines aduerſus affines, collaterales
vſque ad tertium gradum, liberti contra
patronos, & eorum liberos, & econuerſo,
vxor contra virum. Iſtæ enim perſonæ nõ
poſſunt per iudices cogi, ut ſe examinari
ſinant. Verùm ſi aliter veritas haberi non
poſſet, poſſunt compelli ad teſtificandum,
ſecundum Specu. in titu. de teſt. verſi. nun-
quid frater. & ibi per Io. And in addi. verſ.
ſupra. excipit tamẽ ipſe Io. Ant. libertum,
per l. libertorum. C. de teſti. & ſocerum,
qui habetur loco parentis l. quia. ff. ſol. ma.
& ſic etiam ubi aliter veritas haberi non
poteſt, libertus, filius, & gener non com-
pelluntur teſtificari contra ſuos. ſed com-
munis, eſt ſententia canoniſtarum, quòd
ubi aliter veritas haberi non poteſt, priui
legiati compelluntur teſtificari, ut in c. 1.
& c. cùm peruenit. extra de teſti. cogen. ſe-
cundum Alber. in l. inuiti. de teſtib. & fir-
mat alter Alb. in trac. de teſti. in c. qui teſt.
non cogan. teſti. & eſt deciſ. cap. Tolo. ſub
nume. 354. Imol. & Anto. Sicul. in c. deli-
ctorum. de teſti. cogen. Barto. poſt gloſſ. in
in d. l. multi. & idem procedit in clerico, vt
non cogatur teſtificari, ſi aliter ueritas ha-
beri non poſſet, ſecundum gloſ. in cap. ſu-
per eo. de teſt. cogen. & in cap. ſtatuendum.
2. quæſt 6. & Hoſtien. in ſumma, de teſti. §.
1. Goffre. in ſumma eiuſdem titu. Imol. in
d. c. delictorum. de teſtib. cog. & Abb. in c.
1. eod. titul. & quòd ueritas aliter haberi
non poteſt tenetur probare ille, qui eos
producit. ſecundum Anto. Gemi. & Imol.
in d. cap delictorum. & Abb. in d. cap. ſuper
eo. tit. & quando teſtes dicantur inuiti, re-
ſponde quando citati ad deponẽdum vene
runt, & allegauerunt eorũ priuilegium pe
tendo non eſſe cogendos ad deponendum,
quo non obſtante, iudex compulit eos teſti
ficari, non quando fuerunt tantum citati,
& eis ſuit factum mandatum, quòd depo-
nant, & illi depoſuerunt nõ allegantes pri
uilegium, ſecundum Albe. de Roſ. in d. l. le
ge Iulia. ff. de teſti. ¶ Quidam ſunt teſtes,
quos iudex non poteſt compellere ad ſe ve
nire, ſed ad eos debet accedere, uel mitte-
re, ut ſunt ſenes, valetudinarij, ut ſunt ma-
iores. 70. annis, & alij notati in l. inuiti.
de teſti. Quando autem veritas haberi
non poteſt, & eo caſu coguntur deponere,
non autem venire perſonaliter ad iudi-
cem, ſecundum Alber. & cæter. doct. in
d. l. inuiti. & Albe. Bergo. in d. trac. de teſti.
in loco ſuprà citato. Sunt & alij teſtes, qui
cogi non poſſunt teſtificari, ut ſunt magi-
ſtratus, qui tamẽ, ſi publica vtilitas ſuadet
etiam teſtificari coguntur, quando aliter
veritas haberi non poteſt. ſecundum Albe.
in d. loco per l. gradatim §. quoties. ff. de
mune. & ho. ¶ Non cogitur teſtificari mu-
lier prægnans, ſecundum Bal. & Flori. in d.
l. inuiti. facit l. 2. §. ſi verò propter. ff. ſi quis
cau. Idem Bal. in l. imperator. ff. de ſta. ho.
Quod facit pro vulgari opinione mulierũ
dicentium, ꝙ non licet mulieri prægnan-
ti iurare, & ad id cogi non poſſe: quia ſi nõ
coguntur teſtificari, ergo nec iurare, cùm
debeant teſtes eſſe iurati. Sed illud in-
telligi debet ſecundum Bart. in d. § ſi ue-
rò, quod non tenetur mulier prægnans per
ſonaliter in iudicio comparere: ſed iudex
debet mittere actuarium, ut iuret, & depo-
nat, per l. ad egregias. ff. de iureiu. & idem,
ſi nõ ſit prægnans, ut in c. mulieres. de iud.
lib. 6. Adde quòd egregiæ perſonæ compel
luntur ad iudicium venire ad ferẽdum te-
ſtimonium, in cauſis criminalibus; text. in
d. l. ad egregias. procedit in ciuilibus: ita d.
Abb. in c. 1. in fi. per glo. ibi de teſti. coge.
tenet Feli. in c. ſi qui teſtium. 1. col. extra
de teſti. & ſequitur Gomez. in c. mulieres
extra de iudi. nume. 38. cum ſequen. & ſic
etiam dicerem de mulieribus prægnanti-
bus; ſi iter non ſit longum, & non ſit pe-
41 riculum, & ipſæ non ſint nobiles. ¶ I N-
Q V I. Nunquid indiſtincte teſtes poſsint
euocari de vna ciuitate in aliã ferendi cau
ſa teſtimonium? ¶ I V D. Optimam rem
tetigiſti, & ideo aduertendum eſt per iudi-
ces quo ad teſtes euocandos: quia debent
explorare, quæ conſuetudo in ea regione
ſit, in qua iudicant. Nam ſi probabitur ſæ-
pe in aliã ciuitatem teſtimonij gratia ple-
roſque

roſque euocatos,non eſt dubitãdum,quin
euocandi ſint,quos neceſſarios,in ipſa con
gnitione deprehenderint, qui iudicant.l.
3.§.fi.ff.de teſti.Aliàs ipſi accedãt, vel ad
eos examinandos actuarium mittant,vel
eorum receptionem alteri cõmittãt.quòd
raro debent facere iudices,& propè ſolùm
in criminalib. arduis. Adde quòd magna
curia conſueuit non euocare teſtes exami
nandos ad defenſionem alicuius,niſi facto
42 depoſito pro dictis teſtium. ¶ FIS. Quo-
nam ordine,& de quo debent interrogari
teſtes? ¶ IVD. Debent interrogari de ſin-
gulis circunſtantijs:videlicet de cauſis,p
ſonis, loco, tempore, viſu, auditu, ſcien-
tia,credulitate,fama,& certitudine,c.cum
cauſam.extrà de teſt. de qualitate tamen
temporis, an nubilum fuerit, an ſerenum
tempore commiſsi delicti,maximè quan-
do ſunt ſuſpecti teſtes. Quia tũc etiam de
minutiſsimis circunſtãtijs: de veſtium co
lore,veſtitu, cæterumque rerum exactiſ-
ſima qualitate indagabit,vt videlicet ex-
plorare poſsit num ſuſpectorum teſtiũ fi-
des adſtipuletur,ar.l.is, apud quem.C.de
eden. Iudicanté.n. oportet cuncta rimari,
& ordiné rerũ plena inquiſitione diſcute
re.30.q. 5.c.iudicanté ſecundũ gl.in verbo.
ex tempore.§ in teſtib. cõſiderandum.De
bẽt etiam interrogari, quo genere teli ſit
facta percuſsio. Nam animus occidendi
probatur ex qualitate percutiendi.Debet
inſpici,quo gladio, baculo, aut lancea:&
ſi talis percuſsio fuerit facta in capite,aut
alia parte corporis.Quia cũ graue ſit in-
ſtrumentum,non ſolẽt leuem plagam in-
ferre.Debent etiam teſtes moneri, vt ve-
rum dicant, prætermiſsis prece, odio, &
amore,habentes reſpectum ad Deum, qui
eſt ſumma veritas.& ob id de veritate di
cenda debent iurare tactis ſacroſanctis e-
uangelijs ut leg.iuſiurandum.C.de teſtib.
& c. quanquàm. 14. quæſt.2.& 35.quæſt.
6.de parentela. vt quæ in veritate rerum
nouerint,profeſsione ſuę teſtificationis a-
periant,& non admiſceant falſitatem teſti
monio.c.hortamur.3.quæ.9 & l presbyte-
ri.C.de epi & cle.Debent deſignari nomi-
na teſtium,& eorum cognomina, vt quid,
& à quibus dictum ſit appareat.ut c.quali
ter,& quando. de accu. Debent etiam an
notari qualitates teſtium in eorum depoſi
tionibus:quia eorũ fides approbatur ex il
lorũ dignitate.ut in authen de teſt.§ ſan-
cimus.Vlterius conſiderata qualitate de-
licti,conſideret quæ indicia potuerint cõ-
currere ad illud,de quo quærit,ſicque de
illis interroget teſtes.Oriũtur enim indi-
cia ex perſona, & ideo de fama, conuer-
ſatione,conſuetudine, natione, conditio-
ne, fortuna, ætate, ſeu nomine, phiſio-
gnomia,& pallore interrogabuntur teſtes
propter enim malam famam delinquẽtis,
facile pręſumitur de inſidijs & dolo.c.6.
43 lib.iudi.l.4.ff. de ſuſpec.tuto.† mala Con
uerſatio eſt malæ actionis iudicium.Gui.
de Suzar.in titulo,quæ & qualia, & ſecũ-
dum Cice. ex conuerſatione & uictu mul-
tæ trahuntur ſuſpiciones. lib.1.de inuen.
titulo 13.Cõſuetudo item delinquendi in
dicium præſtat.ex Gandi.in titulo de prę
sũ.de quo aliqua alibi dixi. Natus ex ma-
la ꝓgenie habet cõtra ſe præſumptionẽ.
Secundum Gandi. in titulo de pręſum.&
44 indi. dub.† Ex mala item phiſiognomia
mala præſumptio ſuboritur.Bal.in l.2.C.
quorum appe.non recipia.Malum nomen
habet aliquid ſuſpitionis.Rurſus pallor &
ſimilia aliquid indicãt.vt per Doctores in
45 ſuis locis.† Et quia delicta non ſine cauſa
committi ſolent, ideò inueſtiget & quæ-
rat iudex,de cauſa;Cauſſa enim eſt ea quę
induxit, aut inducere potuerit ad malefi-
cium perpetrandum,ut propter ſpem ali-
quam commodi, aut propter euitandã in
commoditatem aliquam, ſicq; quæratur,
num propter maleficium quis acquiſierit
commodum, num honorem, num pecu-
niam,num dominationem, num aliquam
cupiditatem amoris,aut huiuſmodi libidi
nis uoluerit explere:aut num propter ma
leficium euitauit quod incõmodum, vt
inimicitias,infamiam, dolorem, vel ſup-
plicium. Quærat inſuper, ſi delictum alij
nemini niſi inquiſito potuerit eſſe bonũ,
& utile,vel alium neminem potuiſſe per-
ficere,niſi illum, vel alium alijs rationi-
bus,aut non potuiſſe, vel non æque com-
mode potuiſſe,ſecundum Cicer. lib.2.c.1.
ad Herenn. Quærat etiam indicia à loco,
num locus fuerit celebris,an deſertũs,an
tunc cùm id de quo quæritur factum ſit,
fuerit ſolitudo,an fuerit aptus ad id faciẽ
dũ,an fuerit ſacer,publicus,vel profanus,
an locus



an locus priuatus;num qui eſt paſſus,per
ſpectus,aut exauditus eſſe poſsit. Quærat
etiam de tempore,videlicet: qua parte an
ni, qua hora, nocte, an interdiu, & qua
diei, & qua noctis hora factum eſſe dicat
nunquid ſatis ne longum fuerit ad eam rẽ
tranſigendam,& potuerit ſciri, & præui-
deri ſatis ad id perficiẽdum ſpacij futurũ;
parui enim refert ſatis ſpacij fuiſſe ad id
perficiendum: ſi id ante ſciri, & ratione
prouideri non potuerit. Quęratur de occa
ſione habita ad delinquendum, nunquid
idonea fuerit ad rem adoriendam,an alia
melior, quæ aut præterita ſit:aut nõ expe
ctata. Verbi gratia commiſſum eſt malefi
cium homicidij,prætenditurque quòd ho
micida ut committeret homicidium,ſe-
cum duxit occiſum, in domum ſuam ad
epulandum, tunc quæratur ſi illa occaſio
fuerit idonea,& ut dixi ſupra. Quærat ar-
gumenta ex tempore præterito,inueſtigã
do vbi fuerit viſus,cum quo viſus ſit,nun
quid appararit, num quem conuenerit,
nunquid dixerit, num quem habuerit de
conſcijs, de adiutoribus, de adiumentis:
num quo in loco pręter cõſuetudinem fue
rit, aut alieno tempore Ex inſtante tem-
pore quærat,num viſus ſit,cùm delinque-
bat,num qui ſtrepitus, clamor, crepitus
exauditus ſit:aut denique nũquid aliquo
ſenſu perceptum ſit,aſpectu,auditu,tactu,
odore,guſtatu.Nam quiuis horum ſenſus
poteſt conflare ſuſpitionem Ex conſequẽ-
ti tempore, quærat, num commiſſo deli-
cto aliquid relictum ſit in loco, quod indi
cet aut factum eſſe maleficium, aut à quo
factum ſit.uerbi gratia (ſecundum Cice-
ro.1.2.ad Heren.) factum eſſe, hoc modo
ſi tumore aut liuore decoloratum eſt cor-
pus mortui:ſignificat eum veneno necatũ.
A quo factum ſit, hoc modo: ſi telum, ſi
veſtimentum, ſi quid eiuſmodi relictum
ſit:aut veſtigium rei fuerit,aut ſi cruor in
veſtimentis,aut ſi in eo loco comprehen-
ſus,aut uiſus ſit, tranſacto negocio, quo
in loco res geſta dicatur. Quæratur etiam
de conſecutione,verbi gratia,quærat ſi ad
uerſarius,cum ad eum vẽtum ſit,erubuit
expalluit,titubauit,inconſtanter locutus
ſit,concedit;pollicitus ſit aliquid, quæ ſi-
gna conſcientiæ ſunt. Et ſic de ſingulis.
46 ¶ Et ſi petierint teſtes exhiberi eis homi
nem,de quo deponunt, exhibendus eſt, ut
eum recognoſcant. & hæc exhibitio fieri
debet cũ indumẽtis, & qualitatibus eius,
ſecundum Bar. in l.ſi cum exhibuiſſent.§.
antè autem. nume.2.ff. de pu. & uectig.&
l.ſtigmata.de fabri.lib.11.& probatur in l.
3.§. ſi quis noxali. Nec debet ad oculũ de
monſtrari,quia daretur materia fabricãdi
falſum.ſed conſtituto reo inter duos, vel
tres,interrogentur teſtes quis eorum vi-
deatur. & ſit ille, de quo deponunt in eo-
rum depoſitionib. & ita ſeruat magna cu-
47 ria uicariæ. ¶ FISCVS. Nunquid ætas
teſtium debeat deſignari,& apponi in de-
poſitionibus eorum? ¶ IVDEX. Certè
ſic, vt talis teſtis eſt annorum. 31. & hoc
ſit,quia in teſtib.requiritur, quòd ſint ma
iores.25.annis ut l. in teſtimonium.in fi.
ff.de teſti.Impuberes ergo, & paruuli te-
ſtes nõ poſſunt in cauſis criminalibus exa
minari. Quia omne quod teſtibus adſtipu
lat,adiurationis adiectione affirmare de-
bent vt in c.1.22.quæſt.1.& c.quamquàm.
14.quęſt.2.Sed paruuli, ſiue pueri ante an
nos quatuordecim nõ cogũtur iurare: qa
ſine ætate rationabili ſunt ut c. paruuli.&
cap.pueri.22.quæſt.5. Igitur non poſſunt
eſſe teſtes,quia iuramento debet adeſſe iu
diciũ. ut 4.quæſt.3 c.1. & hæc ætas neſcit
quid agat.ut. C. de fal. mone. l 1.nec põt
impubes periurare.unde ſacramentum ca
lumnię præſtare nõ poteſt l.qui iuraſſe.ff.
de iureiur. Quę omnia non procedunt,ubi
aliter veritas haberi non poteſt.quia tunc
infans,& impuberes admittuntur, non ad
plenam probationem,ſed ſaltem ad facien
dum indiciũ.per ea,quæ late ſcribit Hyp-
po.de Mar.in l.infans. ff.de ſicar.Item di-
ctum iſtorum ualidatur,ſi adeſt depoſitio
alterius teſtis omni exceptiõe maioris idẽ
deponentis.ſecundum Bal. in l ſi quis. §.
quid enim. in prin. ff. de eden. & Iaſ.in l.
cunctos populos C.de ſum.tri. & ſi catho.
& poſuit Ioan. Mill. in practica cri.in gl.
84 ætatis.fol.25 ¶ FIS. Quid ſi ſunt aliqui
teſtes,qui in eorum depoſitionibus aſſerũt
ſe non cognouiſſe offenſorem per nomen,
& cognomen,& tamen dicunt, quòd ſi vi-
derent, cognoſcerent, & offenſor ipſe non
eſt in fortijs curiæ, ut poſſet exhiberi te-
ſtibus ſecundum ſupradicta,quid eſt faciẽ
dũ? ¶ IVDEX. Debent deſignari ſigna,
quæ

quę habebat offenſor : qualitas perſonæ,
quę indumenta, & veſtimenta portabat:
quam faciem habeat: & ſi eſt iuuenis,uel
ſenex. ſecundum Bar. in l 1. C.de mendi.
ualid.li.11 Nam per caput,cuius ſit ima-
go, cognoſcimus. l. cùm quis. ff.de reli.&
ſump.fu & l. item apud Labeonem.§.cum
quis.ff.de iniur. & Io.Mil.in d. prac.cri.in
glo prolixa.Barba.fo.20.& Ange.de Aret.
in lib.malefic.in verbo,hæc eſt quędam in
quiſitio,in fine.vbi quęrit an poſsit forma
ri inquiſitio, quando neſcitur offenſor.&
per Marſi. in practica.§. principiũ nu.17.
49 in fi.¶ F I S.Quid ſi accuſator paucos te-
ſtes produxerit,an male faciat iudex,ſi ex
officio alios examinauerit à querelãte nõ
productos?¶ I V D E X.Dicas, quòd non
ſecundum Bart. in l.1.§. ſi quis ultra ff.de
quæſtio.& not. per omnes ſcriben.in l.idẽ
eſt § ſi tibi.ff de condict. ob. tur.cau.& in
auth.ẽ.de tabellio.§.pri col.4.cum ſequẽ.
cum ſua glo.& extra.de calum. detegen.c.
50 1.&glo. ¶ I N Q V I S. Sæpe uidi in ca-
piẽdis informationibus examinari inimi-
cos,& pro parte inquiſiti inſtari, quòd nõ
recipiantur,quia ſunt inimici, & hoc non
obſtante recipiuntur,an bene fiat ? ¶ I V-
D E X.Si tempore, quo examinantur te-
ſtes, compareat quis, & dicat non proce-
di ad examen teſtium,quia ſunt ei capita-
les inimici,de qua inimicitia in promptu
offerẽ verificari, quia ita debet exponi,
certè impeditur examen,& debent iudices
ipſi, ſummatim cognoſcere de allegata ex
ceptione inimicitiæ, ſecundum Barto &
Marſili.in l.1.§.ſi quis dicatur. ff.de quæ-
ſtio, & habetur per Gram. deciſi.34.nu-
me.47.vbi dat modũ obijciendi de inimi-
citia.Hodie autem, parui refert, ſi oppo-
natur de inimicitia teſtium, quia proce-
ditur ad examẽ, & reſeruatur exceptio ad
tempus repulſæ.Eſt tamen vtile & bonum
facere dictam obiectionem propter præ-
euentiam, licet iudices ſuperiores pa-
rum curent.& male. & eſſet grauare par-
51 tes.¶ FIS. Quid ergo ſeruabunt iudices,
ſi procedendo ad examinationem aliquo-
rum teſtium aliàs fortè ſuper eodem facto
examinatorum, & nolũt ipſi teſtes ſigilla
tim deponere, ſed dicunt referre ad eo-
rum examen aliàs factum? ¶ I V D E X.
Dicas,quòd ſi iudicibus videbuntur teſtes
ipſi ſuſpecti nõ poſſunt cogere ipſos ad itẽ
rũ ſigillatim deponendũ, nec tenẽtur ad-
mittere reſponſionem eorum, quòd ſe re-
ferant ad aliàs dicta,ſecundum Bal.in l.1.
§. editiones, in fi.1.col.ff.de eden. & in l.
fi.C.de teſti.in fi.Eſt enim in arbitrio iudi
cis admittere talem reſpõſionẽ. vel nõ ad
mittere,ſecũdum Bar.in l. eos.ff de fal.be
ne verum eſt,quòd Bar. ibidẽ dat cautelã
ipſis teſtibus,vt petãt exhiberi, & legi eis
depoſitionẽ aliàs per eos factã,& ad hoc iu
dices tenẽtur, ut ẽt per Marſiliũ habeẽ in
loco ſupra allega.de quo p Boer. in deciſ.
108.pri parte.Et eſt aduertendum,quòd
quãdo teſtes dixerint, ſe referre ad eorum
examen,tunc tu Fiſce debes comparere,&
inſtare,ac petere,quòd iterum examinen-
tur per extẽſum,& uarijs interrogatorijs
interrogentur, ex quo ipſos habes ſuſpe-
ctos, ut docet Gra. in deciſi.34.nume.40.
Tunc enim iudices licitè procedũt ad eos
examinandos,ut conſuluit Alex. conſ.90.
52 in 4.lib.& conſil.154.5.col.in 5.lib. ¶ FI-
SCVS. An iudex teneatur admittere illã
proteſtationem, quam ſæpe teſtes faciũt,
dico prout dixi in alia depo.& ſi aliter di-
xero, vel depoſuero, ideſt ex obliuione,&
ſemper intẽdo perſeuerare in prima depo
ſitione.¶ I V D.Dicas,quòd ſic,ſecundum
Bar.& Marſ. in l. eos.ff.de fal. & operatur
iſta proteſtatio,ſi aliter dixerit. in 2. quã
53 in 1.℘ nõ erit varius teſtis. ¶ FIS.Quia
ſupra mihi dixiſti,quòd teſtes,q cogi non
poſſunt priuilegio iuris,vel aliter,ſi aliter
ueritas haberi non poteſt, poſsint cogi de
ponere,an id verum ſit ut etiã p torturã
cogantur? ¶ I V D. Amode. de Caſte. in
tract.ſyndi.in gloſ.in eo, quòd poteſt offi-
cialis plures capere,detinere, in fin.dicit,
quòd ſic.quem ſequitur Bru.in tract de in
di.& torme. in 5.q.2.partis.n.18.& Mar.in
l.1.§ ſi ſeruus bona fide.ff de quæſt.& Ro-
ma.in ſing.393.incip.tu habes.Sali.in l ex
54 conſen C.de rep.¶ F I S C.Quid faciant
iudices,quãdo teſtes examinati voluerint
forte corrigere eorum dicta, an admittãt
dictam correctionẽ, & eam ſcribi faciãt?
¶ IVD.In continenti licet teſtibus corri
gere eorum dicta,non ex interuallo,ut eſt
caſus in c.præterea extra,de teſti.cogend.
& glo.in auth.de teſti §. quare verò.& ſic
quando in continenti corrigunt,debet ad
mitti



miti,& ſcribi talis correctio,ſi iuſtam cau-
ſam correctionis allegent,& hoc ipſis iudi
cibus uidebiẽ. Quãdo autem ſimpliciter
corrigunt dictum eorum,nec dicunt prio-
rem teſtiſicationẽ ſe corrigere uelle, tũc
puniẽtur vt varij, per l.eos. ff.de fal.& ibi
not.Bar.in 3.cõtrario.& quando dicatur ĩ
continenti,omnes docto. in d.c.præterea.
tenẽt,quòd antequã ſint loquuti cum par
tè,& è conſpectu iudiciũ exeant, ut tãgit
pulchre Tinda.in tract.de teſti diſcor.ſeu
uar.in 4.c.dicti tracta. ubi dicit ſibi vide-
ri,℘ ſi teſtis ſit nobilis, & veridicus, erit
arbitriũ iudici admittere correctionem
ex interuallo,vel non admittere : & ſi ſint
aliqui teſtes,q dixerint ſe neſcire,eos poſ-
ſe etiã ex interuallo dicere,ſe ſcire, vel ſe
recordari,licet nõ indiſtinctè,vt per doct.
in d.l.eos.& habetur p Tind. in d.tract.in
55 loco ſupra alle. ¶ F I S C. Quid verò,ſi
teſtis obſcurè depoſuit,vel diminutè abſ-
que cauſa ſciẽtię,vel aliter,an quãdocũq;
poteſt iudex ipſũ repetere, vt declaret di-
ctum ſuum? ¶ I V D. Certè ſic.quia in eo
ceſſat timor ſubornationis.vt extrà,de te
ſti.c.cũ clamor. & ibi per glo. & doct.& c.
per tuas co.ti.& facit l.repeti. ff.de quæſt.
in princi.& ibi.no.Bar.Sed hoc eſt verum,
quando teſtis dictum eſt adeò obſcurum,
quòd nullum habet intellectum,ſed ſi poſ
ſet varijs modis intelligi,tũc iudex nõ de
beret teſtem repetere,ſed eius dictũ inter
prætari ſecũdum conſuetudinẽ, ſi poſſet.
aliàs in partem benigniorem,& his ceſſan
tibus ſtare debet verborum ſignificationi,
omnibusq; deficientibus debet dictum te
ſtis contra producentem interpretari,per
c.in præſentia.extra,de probat.& refert In
noc.extra, de teſti.c.cum clamor.in glo.vl
tima.in fi.& ſequitur Tinda.in d.tracta.de
56 teſti.varia.in 4 c. ¶ F I S C V S Dixiſti
mihi paulò ante, q̃d teſtes vacillãtes poſ-
ſunt torqueri ad habendam veritatem,nũ
quid teſtis deponens prima vice per ver-
bum,credo, & ſecunda uice per verbum aſ
ſertiuum veritatis dicatur vacillare?
¶ I V D.Dicas,quòd regulariter non,imò
creditur dicto ipſius ita deponentis,ſecũ-
dum glo.ordi.ab omnibus approbatã,in l.
tutela. C. de integ reſtitu in 2. lectu.fa-
cit l.pegre.in princ. ff de acqu.poſ.& hoc
vult expreſſe Iac.de Are.in l.2.§ quod ob
ſeruari C.de iura.calum. & Bal.in 10 coſ.
de not.feu.c.1.§.notandum, & verum hoc
intelligitur, quando iudici licitũ eſt hũc
teſtem examinare,& repetere : & quando
teſti licitum eſt dictum ſuum corrigere.
quod quando ſit ſuprà dixi. Item id proce
dit,quando cauſam nouæ credulitatis aſsi
gnat,quia aliàs diceretur vacillãs, & eiũs
dicto non ſtaretur. Item id verum eſt,p̃-
terquã in caſibus,in quib. ſtatur teſti de-
ponẽti de credulitate, ut plenè p Tindar.
in tracta.de quo ſupra,in.c.5. in princip.
¶ F I S.Sed quid ſi teſtis non vult corrige
57 re dictũ ſuum,ſed vult addere, an debeat
ſcribi eius additio? ¶ I V D E X.Dicen-
dum eſt,quòd ſic. & hoc antequam teſtis
exeat conſpectum iudicis: quia videẽ vna
depoſitio cum prima.arg ff. de teſt.l.hære-
des palã § fi.l.cõtinuus.in princ. ff.de ver-
bo.obligatio.& ff.de duo.reis.l. duos reos.
& l.quod ait lex §.fi.de adulter. Si autẽ ad
deret poſtquã loqui potuit cum partibus,
tunc quidẽ audiri debet, ſed minor fides
ei datur. argumen.no.in authen. de teſti.
.§.qa verò.& voluit hoc Io. And in capit.
præterea,extrà,de teſti.& ibi Io. de Imo.
58 ¶ F I S.quid ſi teſtis pri.vice dicit ſibi vi-
deri,demum iterũ examinatus deponit p
verbum veritatis aſſertiuũ,an hic varius
dicẽdus eſt,vel vacillãs, ut poſsit torque
ri? ¶ I V D. Dicas, quòd non dicetur ua-
rius,nec uacillans, imò ſtatur ſecundo di-
cto,per tex.cum glo.in l.qui bona.§.ſi quis
ſtipulaturus.ff.de damn. infec.& l.3.§.duę
cauſæ.uerſi.finge.ff.ad Carb. quod intelli-
gitur, ſecundũ quod ſupra proximè dixi,
59 quãdo deponit per verbum, credo. ¶ FIS.
Sed an ſit idẽ,ſi prima vice teſtis deponit
dubitando, & deinde iterũ examinatus de
ponit affirmando? ¶ I V D.Per omnia idẽ
eſt, per textum in l. ſed ſi quacunque.in fi.
iuncta l.item quęritur.§.idem Iulianus.ff.
loca.Nam in l.ſed ſi quacunque.in fi.Iuriſ
cõſultus ſuper illo caſu dubitat.ſed ĩ d l.
item quæritur.§.idem Iulianus. illũ caſũ
ſine dubitatione decidit, & tamen non di-
citur varius ſed prædicta intelligas, quã-
do contingunt hæc in diuerſis depoſitioni
bus diuerſis temporibus factis,ſecus,ſi eo
dem tẽpore: quia tunc diceretur teſtis va
cillans. & ita procedant quæ ſuprà dixi ſe
cũdum Tindar. in dicto tract. de teſti.va.
in.c.

60 in c.ſeptimo. ¶ F I S. Quid ſi teſtis dicit
una vice,ſe neſcire.deinde iterũ examina-
tus dicat,ſe ſcire,an & hic dicaẽ varius te
ſtis? ¶ I V. Diſtingue aut teſtis, qui pri.
vice dixit ſe nèſcire,producitur iterum in
eodem iudicio ſuper eodem, & ab eadem
parte quæ prius eũ produxerat,vel ab ad-
uerſario & hoc caſu ſi dicat ſe ſcire, ei nõ
creditur quia hic teſtis per hanc viam nõ
poteſt iterũ produci, & præſumitur ſubor
natus, vt eſt caſus in l. produci.ſecundum
unã lecturam ff.de teſti. Interdum reuerti
tur teſtis, qui prius dixit, ſe neſcire, pro-
prio motu ad corrigẽdum eius dictum,di-
cens fortaſſe ſe rememoratum. & eſt idẽ,
ſi illud facit ex interuallo propter timorẽ
ſubornationis & ita procedat deciſio Do.
de Ro.22.Interdum teſtis,qui pri.vice di-
xit ſe neſcire,vocatur à iudice ex eius offi
cio ad eius informationem, quia forſitan
perpẽſit teſtem eſſe rememoratum,vel ad
declarationem aliquam, vel aliquam ad
ditionem, quod poteſt facere iudex.vt ex
tra,de teſti.c. cum clamor.& hoc caſu ſta-
tur ſecundo dicto,nec dicetur varius,vt o-
ptime cõcludit Tindar.in tract.de teſt.va
ria.in 8.cap.& voluit Ange.in l.quidam ta
bularum ff. de fur. & Iac. de Are. in l.2 §.
quod obſeruari. C. de iura calum. & Bar.
Ioan. de Imol. & Angel. in l. qui bona. §.
ſi quis ſtipulatus ff.de dam.infect.quod eſt
verum niſi prima vice deponeret per ver-
bum neſcio, poſteà verò affirmatiuè,vi-
delicet,ſcio,tantùm,& non plus, vel quid
ſimile quia tunc dicetur varius, vt plenè
dicit Tindar.vbi ſupra Adde Grauett.con
ſil.6.nu.6.45.& 46.,vbi plenè. ¶ I N Q V.
Nunquid teſtes domeſtici familiares pro-
ducti per accuſatorẽ debeãt recipi,& exa-
minari? ¶ I V D Dicas, quòd non c.in li-
teris.extra,de teſti. Teſtes igitur eos,quos
accuſator de domo produxerit, interroga
ri nõ placuit l.pẽ.ff.eo. tit. de teſti.cùm &
iure ciuili domeſtici teſtimonij fides im-
probetur.l.2.C.eod.tit.& familiæ appella
tione omnes,qui in ſeruitio ſunt, continẽ
tur.etiã liberi homines,qui bona fide ali-
cui ſeruiũt,vel alieni. accipe eos quoque,
qui poteſtate eius ſunt.l. addes etiam. §
familiæ ff.de ædi edi. & l.pronunciatio.§.
familiæ ff.de verbo.ſignific. Domeſtici di
cũtur colonus,ſeruus,aſcriptitius,familia
ris,libertus.l.vlti.§.ſanè.C.de his,qui ad
eccle.confug. item domeſticus eſt merce-
narius,qui opera alicui locat.l.reſpicien-
dum.§.furta domeſtica ff.de pœ.Domeſti
cà quoque eſt vxor,& coniux,cum appel-
latione familiæ compræhendatur l.quicũ
que.C.de re militari lib.11. ſed vbi aliter
veritas haberi non poteſt, & domeſticorũ
& familiariũ iuris interpretes teſtimoniũ
admittunt,ſecũdum Panormi. in capitulo
ultimo.uerſi. ſed quia, ſupra dixi.de his,
quæ ui met.cau. fiunt. Proinde ſiquid no-
cturno tẽpore paterfamilias amiſerit, pro
bare hoc poterit p ſuos domeſticos, ſi di-
cant pridie eas res ſe uidiſſe, & nocte fu-
rem fuiſſe in ædibus illuſcẽte die ſe illas
res amplius nõ uidiſſe,vel ſi paterfamilias
dicat ſibi datam, ſeu factam eſſe uim,no-
cturno tẽpore,effractas eſſe fores,ſeu quid
ſimile, teſtimonium domeſticorum fidem
faciet.argumento l.conſenſu.C.de rep.
Quoniã(ut ait tex.)non facile quæ domi
62 gerũtur per alienos poterunt ſciri ¶ FIS.
Quinam propriè dicuntur teſtes uarij,ua
cillantes, & contrarij? ¶ I V D. Dicas,
quòd teſtis varius dicitur, q primò dicit
unum,poſtea aliud dicit contrarium, nul-
lam variationis cauſam aſsignando, ita di
cit Io.And in c.propterea, de teſti cogen.
Cõtrarius dicitur,qui dicit duo incõpati
bilia,ut ſi teſtis dixerit, quòd interfuiſſet
tali die,& hora celebrationis talis contra
ctus, & poſtea dicat eodem tẽpore ſe fuiſ-
ſe in alio loco multùm remoto.nam talẽ
appellamus contrarium, eò, quia duo ſi-
mul incompoſsibilia teſtificatur. Vacillãs
autem dicitur,qui dubitando, & timendo
loquit'. de quo per Bald. in l eos ff de fal.
ubi plene.& p Spe.in titu.de teſt. §.1.uer-
ſi.quòd autem teſtes.& hanc declarationẽ
Io.An.ĩ ca.preterea. ſequutus eſt But.ibi.
Poteſt tamen aliter dici teſtis varius ſecũ
dum Imol. ibi. quando quis dicit Titium
emiſſe eadem die domum Sempronij,dem
de teſtificatur Titium emiſſe domum Sẽ-
pronij unà cum uxore ſua. Nam hinc pro
priè dicitur variare,ex quo pri. dixit Ti-
tium ſimpliciter emiſſe domum,dehinc di
xit Titium cũ uxore. Et hæc expoſitio ua
riationis magis placet Alberic.de Ro.Ber
go.in trac.de teſti.in 5.& ultima parte. in
63 prin. ¶ F I S. Quomodo cogentur teſtes te
ſtificare?



ſtificari? ¶ I V.Dicas,quod compellet eos
mulcta indicta,& captis pignoribus,ſecun
dum Bal.& Io. de Pra.in l. quibus diebus.
in princ verſi.nota iſtud principium.ff.de
condi. & demon. per Innocen. in c.1.in
glo.in uerſi.compellas. de teſti.cogen.
64 ¶ F I S. An iudex licitè poſsit aſſecurare
teſtes,vt veniant tuti ad deponendum?
¶ I V D. Dicas, quòd ſic ſecundum Spe.
in titu de teſt.§.qualiter autem.verſic.de
bet quoq;.nu.13.per.c. hortamur.3.quę.9.
65 ¶ I N. Nunqd iudices debeant prouidere
vt teſtes habeant ſumptus à quærelãte p
ducente? ¶ I V D. Dicas, quòd ſic.l.quo-
niam liberi.C.de teſti.& in authẽ. de teſt.
.§.& quoniã.iuncta glo.in uerſic.obſerua-
tionib col 5.& c.ſtatutum.§ proferẽdo.de
reſcri.li.6.& procedit etiam,ſi dicti teſtes
coacti depoſuerint,ſecundum Spec.in.tit.
de recu.§ affectus.ver.ſed quis. Magna cu
ria uicariæ ſeruat fieri facere depoſitum,
pro expenſis & dictis teſtium,cùm illos cõ
tigerit euocari, ad deponendum, pro reis.
quando autem euocãtur pro accuſatore,
non uidi ſeruatum deponi expẽſas, ſed de
bet ſeruari quód ſic. cúm eadem ſit ratio.
66 ¶ I N. Indies video iudices in capiendis
informationibus,ſi uiderint teſtes aliquid
deponere in fauorẽ inquiſitorum, id ſcri-
bi non faciunt,& aliqui ſcribi faciunt ali-
terq̃, q teſtes dixerint: nũquid licitè hoc
machinantur? ¶ I V D. Caueant iudices,
vt dictis teſtium non addãt,nec diminuãt,
ſed eorũ materna uerba,& prout dicta sũt
per eos,extendi faciant,& non aliter:aliàs
rei erunt gehennę, & tenebuntur reddere
rationẽ in die iudicij, cùm tractabitur.de
uita hominis, & punietur pœna reſeruata
illuſtriſsimo Proregi huius regni. Debẽt
enim dicta teſtium tam facientia pro inq
ſi quàm contra inquiſitum extendi,& ſcri
bi ſub pęna reſeruata Proregi,ut caueтur
per regiam prag.editã per Cæſ. maieſt.in
cip. item quia nobis datum eſt intelligi.
67 ¶ Item debet cautè procedi ad capien-
dam, & formandam inquiſitionem, vt
ante omnia examinentur teſtes de fama.
quia non præcedente fama,inquiſitio cor-
ruit, ut habetur in ca. qualiter, & quan-
do.2.de accuſa.& latè examinat Marſil.in
praxi.cri §.conſtante nu.12. Verum ſi pro
bantur indicia propinqua licet non probe
tur fama, ſufficit, ut ibi. Et id quod dixi,
quòd fama deber præcederet, habet locũ,
quando proceditur ad petitionem,& quæ
relam alicuius.ſecus,ſi proceditur ex me-
ro officio,ut ibi late habetur cum alijs ca
ſib.in quibus non procedit id, quod di-
xi,quòd debeat conſtare de fama. licet in
hoc ultimo fortiter arguat contra Angel.
quòd etiam ſi proceditur ex mero officio,
68 debet conſtare de fama ¶ Item ad hoc,ut
inquiſitio procedat, neceſſe eſt aliter eſſe
probatum delictum,ut actio ciuilis oriaẽ
parti aliàs ſi actio ciuilis non orietur par
ti.nec etiã orietur actio reipublicæ:& ſic
non poſſet formari inquiſitio,vt firmat ſa
tis Marſ.ubi ſup.nu.34. cum ſequentibus.
69 & ibi dat plura exempla. ¶ Item ſi forte
inquiritur cõtra aliquẽ de auxilio pręſti
to,debet ante omnia capi informatio de ip
ſo delicto principali,& de principali offen
dente, ſeu delinquente. aliàs non poſſet
procedi contra auxiliantes auxilio coope
ratiuo præſtito delinquenti, ſecundũ Pet.
de Ancha.in conſil.217.incip.nos Bartho
lomęus de Salyc.refert,& ſequitur Marſi.
in d §.conſtante.num.40. Nec ſufficit con-
ſtare per fictam cõfeſsionem habitam uir
tute contumaciæ,& uigore, ut per eundẽ
Marſi.idem nu.53 & per eundem in l.ſi in
70 rixa.ff.de ſicar. ¶ Et eodem modo ſi pce-
ditur cõtra mandantem,debet conſtare de
mandatario, aliàs procedi non poteſt ſe-
cundum eundem Marſi.in conſil.49 & 50.
71 primi li. ¶ Item ulterius debet conſtare,
quando proceditur cõtra aliquos de auxi
lio præſtito ad delictum committendum:
quòd ad hoc principaliter fuerint coadu-
nati, & quòd auxiliabantur aſsiſtendo,vt
habilius, & commodius fieret delictum p
principalem delinquentẽ per l.3.§. homi
nes.ff.ui bo.rapto.& firmat Marſi.ubi.ſup.
72 nume 45.& 42. ¶ Item debet conſtare
quòd delictum nõ poterat fieri ſine auxi-
lio illius, & quòd ſi ipſe non interueniſſet
auxiliando, non ſequutum fuiſſet delictũ
uel ſi nihilominus patrari potuerit, nõ ta
mẽ ita facilè & commode, ut ibi per Mar
73 ſi nume.46.prope.ſi ¶ Item debet proba-
ri,quòd ſcienter, & non ignoranter fuit p̃-
ſtitum auxilium, ſecundum Bar.in l.om-
nes.C. de agri.& cen. li.11. & Alex.in l.is
qui opem.ff.de fur.& ibi per Marſi nu 64.
Item

74 ¶ Item debet conſtare delictum fuiſſe cõ-
ſummatum, & non attentatum tantum.
Quia quis non tenetur de auxilio, niſi de-
licto conſummato, ſecundum glo. & ibi.
Dyn in l.ſed & diuortij.ff.re.amo. & Mar-
75 ſi. vbi ſup. nu.65 ¶ Et nota, quòd ſi non
conſtat, quis occiderit uel vulnerauerit
Sempronium: tamen ſi conſtet fuiſſe viſos
Sempronium, & Seium ad inuicem rixan-
tes, & ex poſt fuiſſe viſum Sempronium
mortuum, licet non probetur dictum ho-
micidium, attamen probatur dictum ho-
micidium, ſecundum Sali. in l.fi. C.de pro
ba & Soc. in conſil. 54. incip. uiſis teſtibus.
pen.colum. 3. uol. refert, & ſequitur Fran.
Bru in trac.de indi. & tor. 5. car. 3. colum.
& Marſi. conſ. 115. 2. vol. nu. 28. & in caſu
iſtius incertitudinis poteſt adhiberi tortu
ra, ut habetur per Marſi. in l.1.§.diuus A-
76 drianus. vlti. colum ff.de ſicar. ¶ Et no-
ta, q; ſi accuſatur Titius, quòd occiderit
Seium, & teſtes deponunt, quòd Titius Se-
ium gladio, vel claua percuſsit, licet ui-
deantur incertè deponere, tamē quia vter
que intellectus concludit homicidium, re
cte probant ſecundum Alexan. in l.inter
ſtipulantem §.1.ff de verb. obli & refert,
& ſequitur Fel. Sãde. in ca ex parte prima.
77 de reſcrip. colum. 13 circa medium. ¶ Eſt
etiam notandum, quòd vbi veritas aliter
haberi non poteſt, poſſunt examinari im-
puberes, & infantes, & ſaltem faciunt in-
dicium ad torturam. Debet tamen prius
conſtare, aliter ueritatem haberi non poſ
ſe, habitu, & actu, probando, quòd fuit de
nocte, ubi non erant, uel adeſſe poterant
alij teſtes, quàm illi infantes; uel fuit in
domo, ubi non erant, nec eſſe poterant alij
teſtes vt ex multis firmat Hippo. à Marſi.
in l. infans. num. 35. cum ſequente. ff.de
ſicar. Vbi autem habitu, & actu alij teſtes
potuerint haberi licet actu non habeãtur
tunc non probarent, ideo ſcias practicare.
78 ¶ Item capiat informationem, cuius vitę
fuerit prius inqſitus, & an talia, vel ſimi-
lia facere cõſueuerit, per l.deſertorē.§ is,
79 qui.ff de re milita. ¶ Itē inueſtiget, cuius
famę ſit in ciuitate, quia ſecundum famã
iudicatʳ. vt l.de minore. §. tormenta.ff.de
80 quæſtio. ¶ F I S C V S. An, & quando pro
capiendo informationem, & pro examinã-
dis teſtibus poſsit iudex concedere ſaluũ
conductum aliquibus bannitis, & cõtuma
cibus, ut tuto veniant ad ipſum examinã-
dum. ¶ I V D. Vide Angel. de Aret. in li.
81 malef. in verbo fama publi. 11. col. ¶ Et ſi
eſt capienda informatio de adulterio, de-
bet pbari, & examinari, quòd illa mulier
adulterata, erat vxorata cum tali. itē qđ
communiter & generaliter tenebatur, tra
ctabatur, & reputabatur tanquam vxora-
ta, & ligata uxor dicti talis. item, quòd ad
inuicem ſe tenebant, tractabant, & reputa
bãt vir & vxor habitantes, & dormientes
in ſimul, vt concludit Angel Areti. in lib.
male. in uerbo. che me hai adulterata la
mia donna. 5. col. & Afflict. in conſtit. le-
gum aſperitate. in 2. nota. & ponam latiùs
82 in forma capitulorum de adulterio. ¶ Itē
quando aliquis vulneratus fuerit, & demũ
mortuus illinc ad aliquos dies, capias in-
formationē, q; ille ſic vulneratus erat de-
bilis, infirmus, delicatus, & paruę uitæ: qa
tunc ex quolibet indicio, etiã leui, pręſu-
mitur mortuus, ut docet Ang. ab Aret. in
lib. malefic. in verbo, qui iu. ad pro. ſuæ in
quiſitionis. 2. col. verſi. quanto utile eſt.
83 ¶ F I S C V S. Quid ſi accuſator dedit te
ſtes iudici, ut ipſos ad probationem ſuæ
quærelæ examinet, nunquid ſi citati non
ueniant depoſituri, procedi debeat ad libe
rationem accuſati? ¶ I V D E X. De hoc
eſt in indiuiduo ritus magnę curię vica
riæ incip. item ſeruat ipſa curia, q; citatis,
uolens, quód ſi citati teſtes, & effecti con-
tumaces, & condemnati ad pœnam in mã
dato contentam adhuc non uenerint, pro-
ceditur in cauſa ad ulteriora: uidelicet, ad
liberationem accuſati, ut uoluit Afflict. in
84 cõſti. in pecuniarijs, in 13. nota. ¶ Et quã
do teſtes citati non comparēt in termino
ad deponendum, condemnantur ad pœnã
tertiæ partis bonorum mobilium, & ad re
ficiendum parti lęſæ expenſas litis probã
das & ſuo iuramento taxandas. & nihilo-
minus ſi poſſunt cogi, captis pignorib ad
deponendum cogi debent, ſecundum Af-
flict. in conſtit. in pecuniarijs, vbi ſup.





*PRIMA PARS*
*ſecundæ partis.*

## NOTATOS CAPIAT DE perſona. Rubr.

### *SVMMARIVM.*

1 *Captura eſt permiſſa præcedenti aliquali informatione.*
2 *Captura eſt arbitraria ante contumaciam, ſed poſt eſt neceſſaria.*
3 *Captura eſt permiſſa in alieno territorio.*
4 *Iudex poteſt frangere oſtia domus pro capiendo delinquentem.*
5 *Captura an quolibet tempore permittatur.*
6 *Et an in quolibet loco.*
7 *Reſiſtens nunquid occidi poſſit.*
8 *Saluuſconductus an delinquentibus ſeruandus ſit.*
9 *Delinquens nunquid perquiri poſſit in domo aliena.*
10 *Vaſſalli nunquid teneantur adiuuare officialem in capiendis delinquentibus.*
11 *Officialis tenetur de eo, quod ſit per vaſſallos conuocatos ad capturã delinquentium & 12.*
13 *Officialis requiſitus ab alio officiali, ut ei adiutorium ferat in capiendo delinquentem, num teneatur.*
14 *Captura non debet concedi inimicis capiendis.*
15 *Appellari an poſſit à licentia de capiendo.*
16 *Iniurijs, & contumelijs captos affici non decet.*
17 *Reſiſtentia eſt permiſſa, ubi captura eſt iniuſta.*
18 *Mulieres an poſſint capi, & carcerari.*
19 *Mulier an luat in corpus, ſi non poteſt in ære ſoluere pœnam, ad quam fuit condemnata*
20 *Captura eſt permiſſa cum cauſæ cognitione, & eum qua.*
21 *Captus per familiam poteſt conſignari uniuerſitati uel ſyndico, donec maior familia u enerit.*
22 *Litteris officialis alteri ſcribentis aliquem deliquiſſe, an credendum? Et latius nu 25.*
23 *Captus ſi eſt aliquis ad alterius officialis requiſiti nem, an capiens, ad capti inſtantiam, & allegantis iudicem ſuum ſuſpectum, de eo poſſit cognoſcere.*
24 *Iudex aliquem ad alterius iudicis requiſitionem capiens, an expenſas in capiendo factas, repetere poſſit?*
26 *Iudex requiſitus ut aliquam capiat, & non capit, qua pœna plectendus.*
27 *Quib. in caſibus inquiſiti carceran. & quando habilitari poſſint per palatium & numero ſeq.*
28 *Carcerati prætextu infirmitatis an extra carceres habilitentur?*
*Quod contra legem non eſt, ibidem. & num. ſeq.*
30 *Iudex comittere an poſſit aliquem viuum uel mortuum capiendum?*
*Pœna berruariorum male habentium carceratos eſt capitalis, ibidem.*
31 *Cautela optima pro liberatione carcerati ciuiliter, & infirmi fideiuſſores non habentis.*

## F I S C V S.

QVùm optimè, & latiſsimè, & ſubti-
liſsimè diſſerueris nobis de for-
ma, & mõ pcedendi ad capiendã in-
formationem delictorum, celeberrime iu-
dex, rogo te īſuper, ut mihi declares, quid
faciendum ſit per iudicem capta informa-
tione, & in quo eius verſetur officium.
¶ I V D. Dicē vobis libenter, & ſuccincte
1 omne id, quod petijſtis. ¶ Et ideo ſcias, q;
capta informatione, & apparentibus indi-
cijs contra aliquem, debet procedi vel ad
citationē realem, vel verbalē: ſed quia du-
bitatur ſæpius de fuga, ideo ut plurimum
ſolet procedi ad citationem realem, & ſic
ad capturam, & ob id de hac primò diſſe-
ramus. & primò ſcias, quod recolo aliàs ti-
bi dixiſſe in prima parte, quòd non eſt ve-
rum ſimpliciter id, q; communiter á ſcri-
bentibus traditur: quòd poteſt procedi ad
capturam inquiſiti, etiam non præcedēti-
bus aliquib indicijs. intelligitur tamen id
procedere, ut ſupra dixi, præcedente ali-
quali informatione, nõ aliter, & ita ſerues.
¶ Et ita ēt dicit practicari in regno Fran-
ciæ Rebuf. in 3. Tomo cõſti, in tract. de cõ.
& defecti. arti. 12. in gl. 1. nu. 2. ¶ INQVI.
2 Eſt ne arbitrarium iudici procedere ad ca
pturam, uel ad citationem verbalē, uel ar
ctabitur potius procedere ad capturam, q̃
ad citationem? ¶ I V D E X. Bar. in l.con-
ſentaneum. C. quomodo, & quando iu. di-
cit, q; iudices ſemper poſſunt procedere
ad capturam delinquentis, ſi velint, etiam
ante contumaciam contractam: tũ ad id fa
ciendum cogi non poſſunt per quęrulantē,
niſi conſtituto delinquente in contuma-

cia ſolenniter. ſed poſt contumaciam con-
tractam tenentur iudices ipſi,ſi denegaue-
rint ad capturam procedere,ut ibi per cũ.
& ſequitur Par.de Pu.in li. ſyndi.in verbo,
capturam uerſic.quia plerunque.& quãdo
dubitatur de fuga, ſemper põt procedi ad
capturam, ut per Marſi.in pract.crim.§.cõ
3 ſtante.num.5. in fine. ¶ FISCVS. An
captura permittatur ſolũ in proprio terri
torio iudicis,an etiam in alieno? ¶ IVD.
Bar.in l.quid ſit fugitiuus.§ idẽ.ff.de ædi.
edi.& in l.ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſer vend.& l.
requirend. de ſer.fugi.dicit, quòd permit
titur in proprio territorio tãtum, niſi per
ſequutio eſſet cepta in proprio territorio,
& delinquens cõtinuata fuga ſe contulerit
ad alienum territorium,& ibi poteſt capi
ar.l.quid ait lex.ff. de adul. & eſt hodie de-
ciſum in regno, quia licitum eſt officiali-
bus inſequi delinquẽtes intra territorium
alienum per 15.milliaria,& illũ capere,ne
delicta remaneant impunita,ut in c.incip.
4 dictã & pluries. ¶ FISCVS. Nunquid ſi
quis clauſit oſtia domus ſuæ, ut ibi non ca
piatur poſsit iudex pro ipſum capiendo li-
citè frangere oſtia domus? ¶ IVDEX.Gl.
in l.pleriq;.ff.de in ius voca. in indiuiduo
decidit,q̀ ſic, quam ſequitur Par. de Put.
in lib. ſyndic.in uerbo captura. verſic. ca-
5 ptus illicitè. ¶ FISCVS. Nunquid quoli-
bet tẽpore poteſt permitti captura, etiam
tempore feriato? ¶ IVD. Dicas,q̀ quoli-
bet tempore permittitur,etiam feriato,ſe-
cundum Bal.in l.fi.C.de exhib.re.& Alex.
6 in l.1.§.nunciatio.ff.de no.op.nuncia. ¶ FI
SCVS. An in quolibet loco permittatur
captura? ¶ IVD. Dicas, quòd non quia
intra eccleſiam non permittitur, niſi pro
atrocioribus delictis, ut habetur in auth.
de man.princip.§.neque autem & ibi gloſ.
& in l.2.& ibi Cyn.Bar.& Docto.C.de his,
qui ad eccle.confu.Imò etiam, ſi ſumus in
delictis atrociorib.requiritur,q̀ prius re-
quiratur epiſcopus, qui concedat licentiã
capiendi,ſecundum Salyc.in authen.ſiquis
ei.C.de adulter.& Ang. in uerbo,fama pu-
blica.in materia capturæ 2.col. & habet̃ p
Par.in trac. ſyndi. in verbo captura verſic.
an ualeat captura facta in eccleſia. quod
etiam procedit, etſi delinquens ſit in oſtio
domus,uel cæmiterijs eccleſiarum,ſecun-
dum Angel.de Aret.ubi ſupra:& Bart.in l.
præſenti,in prin.C.de hi; qui ad eccl.con-
fu.ſed hodie in regno ſtat̃ cõſti.incip.Item
ſtatuimus,quòd eccleſię,ubi cauetur,quód
non licet reos confugientes ad eccleſiam
capere,niſi in caſibus à iure permiſsis.Sed
iudices ſuperiores, hodie non ſeruant:Sed
indiſtinctè capiunt maleficos, in eccleſia.
Et volentes inferiores iudices,idẽ ſeruare,
vidi ſepe male tractari,& excommunicari.
7 ¶ FISCVS. Quid ſi fiat reſiſtentia per de
linquentem? ¶ IVD. Licitè poteſt offen-
di,& etiam occidi, ſi reſiſtentiam facit. ſe-
cundum Ange.de Aret.in lib.malc.in ver-
bo,familiaris,ſeu familia. & in verbo reſi-
ſtentia.& Iſer.in conſtit. terminum vitę.&
Gram.deciſi 41.quod procedit, ſi familia
capiens trahebat ſigna familiæ curiæ,quæ
in illa regione ferre ſolet ſecundum Ang.
in Addi.Ang intellige tamẽ, ſi captura eſt
8 licita. ¶ INQVI. Nunquid capi poſsint
illi,quibus eſt conceſſus ſaluus conductus,
vel fidantia ipſis non obſtantibus, uel de-
beant ei ſeruari? ¶ IVD. Bald poſt Gu-
lie.in l.2.§.non fuit autem.ff.de dol.dixit,
q̀ aut ſaluus conductus eſt conceſſus cau-
ſa cognita,& cum rationabili cauſa. & eſt
ſeruandus, adeò, q̀ non permittitur captu
ra,aut abſq; cauſæ cognitione, & permit-
titur captura, & ſaluus conductus non eſt
ſeruãdus,& iſtam doctri.Bal. ſequitur An-
gel.ibidem:& Ang.de Aret. in lib. male.in
uerbo,fama publica,in materia capturę in
5.q.uide tamen in quibus conſiſtat hæc co
gnitio,p Ang.in l.vtimur.ff. de ſepu. vio.
ubi pulchrè loquitur.vide tñ Par. de Put.
in lib. ſynd. in uerbo ſaluus conductus. &
Marſil.in praxi.cri.§ aggredior.num.104.
& in §.quoniam.nume 15. & §. conſtante.
num.101.& Afflic.in conſti pœnam eorum
11.not.& in conſt Clementiæ in 6.q. & in
7.not.& Signo. de Home. in conſilio 101.
9 ¶ FISC. Nunquid malefactor poſsit per-
quiri in domo aliena inuito domino do-
mus? ¶ IVD. Dico, quòd ſic.& hoc pro-
pter vtilitatem publicam,& hoc niſi domi
nus pateretur damnum,ut l.uenditor.in fi.
ff.com.pręd & l.fluminum §.fi.ff. de damn.
infect.& l.j.§.denique.ff.de aqua pluuia.ar
cen. ¶ INQVI. Videtur poſſe dici,quòd
non arg.l.quoſdam.de meta.lib. 11.C. & l.
3.ff.de acqui.rer.do.imò ingrediens uidet̃
teneri actione iniuriarum.l.iniuriarum.
§. fin.



10 §.fin. ff. de iniur. ¶ IVD. Dicas ut ſupra
xi. propter vtilitatem publicam. ¶ FIS.
Proſequere materiam capturæ domine iu
dex in his,quæ tibi videntur vtilia, & ne-
ceſſaria: nec expectes noſtram interroga-
tionem,cum tu melius ſcis ea, quæ conue-
niunt, quàm nos quærere. ¶ IVD. Dabo
operam, ut tuo deſiderio ſatisfaciam, &
ideò ſcias,q̀ ſi iudices pro capiendo delin-
quentem habuerint inſufficientem fami-
liam,licitè poſſunt mandare incolis, & ci-
uibus, ut eos adiuuent ad capiendũ dictũ
delinquentem,& illi tenentur obedire.per
not.in l.2.& 1. C. de his, qui latro. & l. 1.
de Nili aggerib.non rumpen. & ita dicit
Andr.de Iſer.in conſtit.regni, pœnam eo-
rum. & in conſtitut. regni, humanitatem,
adeò, quòd iſti, qui conuocantur ad auxi-
lium curiæ,habentur loco familię curię in
tantum, quòd reſiſtens eis, uel eos offen-
dens,habetur ac ſi,familiam curię offendat
& ita punitur, ut late habetur per Par.de
Put.in lib.ſyndi.in verbo, familiaris, ſeu
familia poteſtatis. in princ. vide Luc. de
Pen in l.1 C.ut ruſti.ad milita. offi lib.12.
& Iaco.de Aiello in tractatu de iure doct.
num.32. & non ſuccurrens ad capiendum;
ſi aufugiat ille capiendus puniri põt arbi-
trio iudicis arg. l. liber homo in 2.ff.ad l.
aq.Maſuer in prac.in rub. de Pęn. & habes
plene per Pet.de Rebuf. tom.1.con.in trac.
delict.oblig.art.6.in glo 2.num.15.fol.mi-
hi.135.Iacob.pe.ge.in tra.de iur. adop.ſu-
pra alleg.tenet non teneri vaſſallos ad ca-
piendum maleficos, quia ſtipendijs regijs
ſunt huiuſmodi capiendi: allegat And.in
c.nauigia.de ſtatu.& conſue.& in conſt.pœ
nam eorum.& in cõſti. ſi damna clandeſti-
na.& in cõſti.iuſtitiarij per libellos.& vide
etiam Pet.de Rebuf.1.tom. ſuper conſt. in
tract.de lite.requiſit.gloſ.3.num.9. ubi di-
cit quòd tenetur requiſitis obedire,aliàs ſi
capiendus euaderet, tenetur pœna arbitra
11 ria. ¶ Et aduertant officiales, ut non per-
mittãt quid inhoneſtum, & illicitum fieri
per dictos ciues conuocatos:quia ipſi offi-
ciales tenerentur de eo,ut per Par. de Pu-
teo,in loco de quo ſuprà. verſicu. quia ſu-
prà pluries eſt dictum. & adde, quòd iſti
conuocati ad capiendum malefactorem,te
nẽtur capere malefactorem,ſi poſſunt abſ-
que periculo ſuæ perſonæ, ut habetur per
And. in d. conſtitu. pœnam eorum, ad fi.
12 † INQVIS. Durum mihi videtur id,
quod mihi nunc dixiſti domine iudex,cúm
& hoc ſit angariare ſubditos,quod nõ licet
ut cautũ reponitur per regias nouel. prag-
ma.incipien.Audiuimus etiam,quòd com-
plures, & ad noſtras etiam aures peruenit
pręterea conuocare uaſſallos, & ſubditos
ad capiendum malefactorem, non eſt du-
bium quin ſit ſeruitium perſonale l.1.§.fi.
& l.fin.§ defenſores. ff.de mun.& ho. & ſi-
cut quælibet res præſumitur libera.l.ſi qs
ædes.in prin.ff.de ſer.vrb.præd.multo ma-
gis homines,& ſic huiuſmodi ſeruitiũ pſo
nale neſcio quo iure poſsit ita indiſtinctè
imponi ciuibus: & ſubditis. & aliàs reco-
lo,quòd in ſac. regio conſil.fuit hęſitatum
an vniuerſitas teneatur dare camerarium
ſeu exactorem redituũ baronis, & tamen
poſt multa fuit deciſum, non teneri vt re
fert Capi.in dec.118.inci in cauſa magni.
Franciſci, ergo tantò fortius non poſſunt
adſtringi ciues,& incolę ad capiendos ma-
lefactores.& habetur per Gra. in conſi.98.
in ciuilibus.& in conſ.147. ¶ FIS. Parum
facit id, quod allegaſti in cõtrarium eius,
quod deciſum extitit per dominũ Iudicẽ,
ſi rectè inſpiciantur.l.1.& 2.C.de his, qui
latro.& regia prag. incip. Nos Ferdinan-
dus, &c. aſsiduo penſantes, &c. expreſſe
cauet̃,ut ciues teneãtur capere malefacto
res,& ideo,ſi bene recolo,cauetur in c nu-
per apud Tranum.nimirum ſi iudices poſ-
ſunt conuocare in auxilium ipſos ciues ad
capturam malefactorum,cum & ſine cõuo-
catione tenantur eos capere &ſi nõ poſſunt
capere,tenentur ſaltẽ ipſi acclamare adiu
torium, adiutorium, ut in d.c.nuper apud
Tranum. cauetur,licet loquatur de prodi
toribus regis. ¶ IVD. Placent mihi hæ-
ſitationes ueſtræ. & ſi bene conſiderentur
ambo bene dixiſtis. & ideo ſubdiſtinctio-
ne vtrique veſtrum ſatisfaciam. Nam aut
indifferẽter,& ſemper pro quibuſlibet con
demnatis, & contumacibus officiales vo-
lunt grauare ſubiectos ad capturã ipſorũ,
& ex hoc euitare expenſas, & ſalarium,
quod debent præſtare ſufficienti familiæ,
quam tenentur apud ſe retinere,& tũc eis
defalcabitur ſalarium pro rata. arg.l.Seia.
de annu.lega.quam ad hoc allegat Bal. in
§.profiſci.& firmat Par. de Put. in lib.ſyn-

di. vbi ſuprá in fi. & iſto caſu credo, quòd
benedicat inquiſitus: aut volunt conuoca-
re ciues, quia fortè ad eorum notitã per-
uenit bannitos contumaces, & rebelles cu
riæ latitare in aliquo nemore, uel domo,
& quia ſunt in magno numero, & familia,
quam habent, ſit inſufficiens, & hoc caſu
procedat deciſio, & determinatio mea ſu-
13 prà allegata. † Aduertant etiam iudices,
& officiales, q̃ ſi fuerint requiſiti ab alio
iudice, ut ei concederent familiam eorum
pro perquirendo delinquente, quòd tenen-
tur illam concedere, etiam ad literas alte-
rius iudicis: aliàs tenerentur, per not. in l.
1. de ſer. fugi. & habetur per Par de Put. in
lib. ſyndi. in verbo. familia. verſicu. an ex
eo, quod fecerunt familiares. in 3. colum.
14 † Item caueant, ne vnquam concedant
licentiam, & poteſtatem capiendi delin-
quentes inimicis eorum, & quærulanti-
bus, vt communiter fieri adſolet. quia ſi
contigerit fieri aliquem exceſſum tenen-
tur in ſyndica. ut eſt text. in auth. de colla.
§. 1. & l. 1. ff. fur. aduer. nau. & inſtitu. de
obligatio. ex quaſi delict. §. fin. & Barto. in
l. 2. §. familiæ. ff de publi. & firmat Par. de
Put. in loco ſuprà allegato. verſicu. an ex
15 cod. 3. colum. circa medium † I N Q V I.
Quid ſi appellatur à captura, vel à licẽtia
de capiendo, vtrum debeat ſuperſederi?
¶ I V D. Dices, quòd non, ſecundum Bart.
in l. ab exequutione. C. quo. appel. non re-
cipia. & l. 1. ff. de custo. reo. & ponit Io.
Mill. in ſua pract. cri. in gloſ. priſonerios.
Idem voluit Angel. in lib. maleſi. in glo.
preſente Gayo. verſi. quæro an appellatio-
ne. voluit idem Pet. à Rebuf. in 1. tomo.
conſti. in titu. de ſente. exequu. num. 6. & 7.
16 † Nec permittat iudex ſeruientes, & iudi-
cum exequutores in capiendo reos con-
tumelijs, aut vexationibus afficere, &
eos inceſſere conuitijs, aut corporalibus
iniurijs fatigare. Talia enim perpetrantes
puniuntur ut l. omnes. §. præterea nullus.
27 C. de epiſ. & cle. † Et ſi mandat inquiſitos
capi, aduertat, ut licite, & in caſu permiſ-
ſo mandet. aliàs ipſi inquiſiti poſſent ſe de
fendere, & euadere manus familiæ, nec
dicentur curiæ reſiſtere, ſed ſe defendere.
l. 1. §. ſi ideo. ff. ne vis fiat ei, qui. & l. j §. Of-
fidius. ne quis eum, qui. & poſſent inquiſi.
cõuocare amicos, & vicinos ad reſiſtẽdum.
l. prohibitum. ff. de iur. ſiſ. & l. contra. C. de
exequuto. lib. 12. nec eſt procedendum ad
capturam, niſi prȩhabita aliquali informa.
ut dicit Bru. in tract. de indi. & tor. in vlti.
quȩ. & dixi ſupra. Caueãt hodie delinquẽ-
tes, ut ſiue iuſtè, ſiue iniuſte capiantur, vt
non reſiſtant; quia acriter punientur. & ita
ſeruatur etiam in regno Franciæ ut atte-
ſtatur Rebuf. in prohe. conſt. gl 6. nu. 118.
18 lib. 1. † F I S An mulieres poſsint capi, &
carcerari? ¶ I N Q V I. Videtur dicendum
quòd non per tex. l. 1. C. de offi. diuer. iud.
& in auth. ſed nouo iure. C. de cuſt. reo. &
in corpore, vnde ſumitur in auth. ut nul-
li iudic cum neceſſaria. vbi habetur, quòd
iudices carcerantes mulieres honeſtas,
de crimine inquiſitas, puniuntur pȩna ca-
pitali. ¶ I V D E X. Tu autem concluden-
do dicas, quòd in regno aut mulier inqui-
ritur de tali delicto, pro quo ſecundum ter
minos conſtit regni, etiã offerens, dare fi-
deiuſſores, non eſt liberanda, ſed in vincu-
lis debeat ſe defendere, & hoc caſu etiam
mulier eſt carceranda, ex doctri. Bald. in l.
1 ff. qui ſatiſd cog. vbi dicit, q̃ contrarium
ſeruant ſtatuta locorum, & ſunt ſeruanda
etiam in mulieribus. Cùm ergo conſtitu.
regni, humanitatem, in certis caſib. ut ibi,
non obſtante oblatione fideiuſſorum, de-
beat quis carcerari, & generaliter loqua-
tur, non diſtinguens inter fȩminas, & ma-
ſculos, ſequitur, quòd generaliter intelli-
gatur, cum in maſculino nomine etiam in
pœnalibus comprehendatur fœmininum.
ut l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſdict. om. iud.
& ibi latè per docto. aut ſumus in caſibus,
in quibus quis admittitur ad oblationem
fideiuſſorum extra carceres, & tunc ſeruãt
id, quod dicitur in d. authen. ſed nouo iure
& ita hodie ſeruatur in magna curia vica
19 riæ, ut refert Gram. in deciſio. 33. † F I S.
Sed quid ſi mulier eſt condemnata ad ali-
quam pȩnam pecuniariam, & eam non po-
teſt ſoluere, an luat in corpus? ¶ IVD. Et
dicas, quòd ſic, ut eſt text. in d. l. ſi quis id,
quod. ff. de iuriſ. om. iud. & poteſt detineri,
& carcerari, donec ſoluat, quia quod eſt in
d auth. ſed nouo iure. habet locum in prin
cipio cauſæ ante condemnationem: & illi
qui in principio cauſæ admittuntur ad fa
ciendas defenſiones extra carceres, poſt cõ
demnationem carcerantur, & nõ ſunt am-
plius



plius priuilegiati, cũ nihil aliud remaneat
faciendum, vt decidit Bal. in l. neque. §. qui
in ius vocatus. ff. de in ius voc. nec obſtat,
quòd text. in d. auth. ſed nouo iure, dicat,
quòd ẽt pro pecunia fiſcali quis non carce
ratur, quia non loquitur de pœna deſcen-
denti ex delicto, ſed functionibus fiſcali-
bus: debet tamen haberi conſideratio ad
carcerem, in quo ponantur mulieres ſecun
20 dum Gra. in loco ſuprà alleg. ¶ FISCVS.
Quænam cauſæ cognitio debeat interue-
nire antequam procedatur ad capturam?
¶ I V D. Dicas, quòd debet eſſe cauſa
criminalis, pro qua ſecundum formam
conſtit. regni, parati dare fideiuſſoriã cau-
tionem non liberantur, aliàs non debet
procedi ad capturam, maxi ſi vult cauere
ut caueтur in ca. ſtatuimus, vt nullus. item
non põt procedi ad capturã abſque conſi-
lio iudicum, & aſſeſſorum. ut in c. item ca
ueant iuſtitiarij. item quòd expediatur or
do, & licentia de capiendo, aliàs ſtipendia-
rij non poſſunt ad capturam procedere, &
hodie eſt prouiſum per nouellã prag. idem
vt in prag. de magna curia fol. mihi 42. vt
in c. item ſtipendiarij. item quòd præcedat
aliqua informatio, vt ſupra ſæpe dixi.
item, quòd committatur captura in pro-
prio territorio, non alieno, niſi ut ſuprá
dixi. item, quòd non committatur, quòd
147 Si in partibus coram capitaneis terrarum ad querelam uiduæ, uel alterius perſonæ priuilegiatæ contra aliquos accuſatos fuerit proceſſum prope cauſæ expeditionem, Viduaque cauſam ad regia tribunalia per uiam uariationis euocari obtinuit: An de tali proceſſu ratio habeatur ut ſic uniri debeat cum actis factis poſtea in regijs tribunalibus.
148 Habentibus electionem, competit uariatio, Et quid ea operatur.
159 Aequiparatorum idem eſt iudicium.
150 Multa facienda impediuntur quæ iam facta minime impedirentur.
151 Si exterus deliquit in territorio baronis num de eo cognoſci poſsit.
152 Variandi ius uiduæ competit.
153 Conſuetudo tribuit iuriſdictionem etiam fæminis.
154 Iuriſdictio a partibus prorogari poteſt pariter & à lege.
155 Contractus ſecundum loci conſuetudinem interpretatur.
156 Delinquens efficitur ex tunc de foro, non ſubditus. Et non naturaliter, ſed accidentaliter ſubditus.
157 Clericus, & laicus ſimul delinquentes, an omnes debeant remitti ad iudicem eccleſiaſticum.
158 Iudex originis uel domicilij an poſsit inquirere de delictis alibi commiſsis circunſcriptis priuilegijs.
159 Remiſsio uaſſalli delinquentis in territorio baronis, & ibi contumacis, & banniti. & demum capti per iudicem ſuperiorem, an habeat locum.
160 Baro non tenetur capere vaſſallum ſuum bannitum per ſuperiorem, ſed tenetur ipſum expellere.
161 Barones an licitè poſſint præcipere vaſſallis, ut agant in regijs tribunalibus.
162 Clericus coniugatus, an & quando debeat remitti ad iudicem eccleſiaſticum.
163 Et quibus priuilegijs gaudeat ibi. & 87.
164 Excuſatio abſentiæ uel Infirmitatis, uel captiuitatis, non admittitur poſt latam interloquutoriam.
165 Latrones ſtratarum an debeant remitti ad barones eorum patronos.
166 Latrones ſunt diſſidati a lege in eorum præiudicium, & non in præiudicium tertij.
167 Latro ibi debet furca ſuſpendi, vbi capitur.
168 Baro habens iuriſdictionem ciuilem, an habeat mixtum imperium. 93.
169 Baro in ciuilibus an poſsit cognoſcere de damnis datis, & de minimis furtis.
170 Et an poſsit punire inobedientes.
171 Et an cognoſcat de præſentationibus inſtrumẽtorum, & de obligationibus nonageſimoſeptimo. 98. 99.
Meri & mixti imperij quæ ſint.

## INQVISITVS.

LVbenter admodum, audiui remedia,
quæ contra miſeros inquiſitos adin-
uenta uidentur: ſed nunquid e diuerſo
aliquod remedium reperiatur quo citatus
& non comparens poſsit (adeò, ut fiſco in
omnibus ſatisfactum ſit) excuſari, ut con-
1 tumax non reputetur? ¶ I V D. Optimã,
& laudabilem materiã propoſuiſti, & ideo
ſcias, quòd regulariter in criminalib. nul-
lus admittitur uti ꝓcurator, ut dixi ſupra
in materia citationis, & habetur in c. ue-
niens. de accu. & in l. penu. §. ad crimen. de
publi. iud. & iura ſunt vulgaria. admittitur
tamen in caſibus ſupra in materia citatio-
2 nis notatis ¶ Item admittitur procura-
tor in criminalib. ad proponendũ omne id,
quod proponi poſſet per ſimplicem excuſa
torem, ut habetur in d. c. veniens. & l. ab-
ſens. ff. de procura. ¶ Item admittitur pro-
3 curator in criminalibus, quando petitur,
quòd ſententia declaretur nulla ut eſt gl.
notabi. in capi. hoc quippe. 3. quæſtion. 6.
quam ad hoc magni facit Franc. de Are. in
c. veniens. 25. col. verſi. & adde. extra. de ac-
cuſat. & hanc partem tenet Bald. in l. reos.
4 penul. colum. C. de accuſatio. ¶ Item ad-
mittitur procurator ſufficienter inſtructus
in criminalibus, quando non ſunt probata
iudici ordine iudicario indicia contra reũ
citatum, ſiue ſit locus torturæ, ſiue ſimpli-
ci interrogationi: ſi autem ſunt probata ip-
ſi iudici indicia contra ipſum reum, tunc
non admittitur procurator. ſecundum Bal.
in l. fi. C. de procura. 2. colum. uerſic. tu dic.
& idem Bal. in l. ſeruum quoque. §. publicè
ff. de procurat. 2. colum. uerſi. tu dic & dom.
Alexan. & Iaſon in d. l. fina. C. de procura. &
Mar. in ſua prac. cri. §. ſequitur. nu. 17. quod
quidem dubito in regno non procedere ꝑ
decretum reginale, de quo infra dicam.
5 ¶ Item poteſt procurator comparere, & op
ponere non poſſe procedi contra citatum
quia licitè potuit offendi, & occidi occi-
ſus ſtante ſtatuto. ſecundum Bartol cæpo.
in caute. 68. inci. in cauſa criminali. & Bar-
to. in l. ubi pactum, per gloſ. ibi. C. de tran-
ſact. & ſequitur Mar. in dicta ſua pract. cri.
in d. §. ſequitur. nu. 19. & 28. & in conſi. 300.
6 incip. ipſum ſapientiæ. ¶ Item poteſt cõ-
parere procurator. & opponere, quòd ac-
cuſatio eſt notoriè calumnioſa; ut dixit
notabiliter Cyn. in l. reos. C. de accu. quem
refert, & ſequitur Bald. in l. 2. C. ut ne. pri-
ua. & ſequitur Mar. in d. § ſequitur, nu. 29.
7 ¶ Item admittit ad opponendum de inepti
tudine inquiſitionis, uel accu. ſecundum
Mar. in d. § ſequitur. nume. 30 & dicit hoc
uoluiſſe Bal. in conſil. 106. pri. li. incip. ver-
ba accuſationis. ſed uoluit allegare Bal. in
conſ. 238. in 2. lib. ¶ F I S. In omnibus præ-
dictis exemplis, & caſibus licet ſit ita de
iure communi, tamen obſtat decretum re-
ginale poſitum in uolumine ritum, inci-
pien. die 21 menſis Iulij prin. iudi. &c. quo
cauetur, quód nulla exceptio admittitur
pro parte inquiſi. ſeu accuſati, citati, niſi ab
ſentiæ, infirmitatis, & captiuitatis, præter-
quam in duobus primis caſibus ſupra nota-
tis, cum in eis fateor, quòd non obſtat di-
ctum decretum ¶ I V D. Concurro in opi-
nionem ueſtram; itaque eſſe practicandum
& practicari in regno, proculdubio affir-
mo. Eſt tamẽ bene uerum, quód poteſt op-
poni

poni de nullitate citationis, ex defectu p
emptorij,uel relationis infra ferias indu-
ctas in honorem Dei, ſeu relationis factæ
die dominico, aut aliquo alio feſto ſollen-
ni,quod cuſtoditur à populo & clero: uel
relationem eſſe ſine teſtibus,uel deeſſe no-
men nuntij citantis & relatoris: uel quód
contumacia non eſt accuſata ſuo die ſeù
die feſtiuo,aut die vigiliȩ,aut quatuor tē-
porum, ſeù citationem eſſe circunductam
à die accuſatæ contumaciæ; & tunc ſimili-
bus oppoſitionibus factis, inſpicitur & le-
gitur citatio,& apparente aliqua ex præ-
dictis nullitatibus non proceditur in cauſa
virtute illius.Et ſi allegat̃ falſitas relatio-
nis, vel quòd non fuit citatus in loco ſuæ
habitationis ſeù alibi,vel nunquam fuiſſe
citatum,tunc condemnabitur citatus ſim-
pliciter: verùm tempore ſuæ comparitio-
nis habebitur ea ratio quæ de iure haberi
debet conſideratis conſiderandis. Durat
tamen citatio in ciuitate Neap & eius di-
ſtrictu,á die accuſatæ contumaciæ per mē
ſem,extrà vero territorium per duos men
ſes Et ſi allegatur relatio falſa, & delin-
quentē nunquā habitaſſe in domo in qua p̃
tenditur citatus, uidelicet affinis,patro-
ni,aut amici, & maxime per tranſitum,
quia aduena,& tunc ſtandum eſt relationi
nuntij,maxime referentis ſe illum citaſſe
in domo ſuæ ſolitæ habitationis & debet
condemnari, non obſtante quòd allegetur
in promptu probatio.Tutius tamen eſt,ad
maiorem cautelam talem aduenam delin-
quentem citari in loco ſuæ originis,& cō-
tinuæ habitationis.Attamen(ut dixi) tem
pore ſuæ comparationis & capturæ,habe-
bitur ratio quæ de iure habenda eſſet.Eſt-
que aduertendum quód quatenus ſuperio-
ri loco tenuerim in duobus caſibus proxi-
mè relatis admitti procuratorē videlicet,
de ineptitudine inquiſitionis,aut de calū-
nioſa accuſatione, quod de ſtilo magnæ
curiæ ac aliarum de regno etiam in dictis
duobus caſibus non admittitur,nec etiam
in aliquo alio.Et licet Moder.in c.poſt cō-
miſſum,multos caſus & præſertim illos ad
mittant,ut admittat̃ excuſatio tamē dic,ut
ſupra. ¶ I N Q. Duriſsimè ac rigidiſsi-
me in regno proceditur cōtra citatos.Trā-
8 ſeamus igitur ad alia. ¶ I V D. Faciā,&
ideo ulteriùs ſcias,quòd indiſtinctè procu
rator in criminalibus admittitur, quando
inquiſitus eſt carceratus. ſecundum An.p
illum tex.in l.eos.§.ſuper his.circa fin.C.
appel.& dicit hoc etiam tenere Odofred.
in l.minime.ff.eod.titu.& Cy. in l. reos.C.
de accu.& Bar.in l.pe.§ ad crimē ff. de pu.
iud.in antepe.colum.uerſi.dic ergo ſic. a-
lios uerò caſus, in quibus procurator po-
9 teſt comparere,relinquo pro nunc. ¶ Di-
cam ſolum, in quibus caſibus admittatur
ſimplex excuſator abſque mandato: & di-
ſtinguendi ſunt quatuor caſus, aliquando
enim vult allegare cauſas cauſæ ſimplici-
ter, aliquando vult allegare cauſas cauſæ
reſultantes ex actis in eadem cauſa factis
aliquando cauſas innocentiæ in cauſa, in
qua ad definitiuam ſententiā deueniri po-
teſt,aliquando cauſas abſeniiæ tantum.
pri.caſu excuſator non admittitur ad al-
legandum cauſas cauſæ ſimpliciter in cri-
minalib.inferentibus pœnam à relegatio-
ne ſupra ſecundum Specu in titu.de excu.
in ſi.alijs tribus caſibus admittitur: & dif-
fert allegare cauſas reſultantes ex actis,&
allegare cauſas innocentiæ quia,pri. caſu
admittitur excuſator in omni caſu,ſecun-
dò admittitur ſolum in eo caſu,in quo po-
teſt ad definitiuam ſententiā deueniri cō-
tra abſentem,ut latiſsimè firmat dom.An
to.de cana.in ſuo pul.tracta.de excuſatio.
& ſequitur Bartol.de Cap. in conſtitutio.
pœnam eorum.num.11. ¶ F I S C V S.
Sed videntur prædicta procedere de iur.
cōi,ſed in regno habemus reginale decre-
tum,de quo ſuprà.ex quo uidetur dicen-
dum,non poſſe per procuratorem allega-
ri cauſas cauſæ reſultantes ex eiuſdē actis
¶ I N Q V I S I T V S.Ego dico.minimè
obſtare dictum reginale decretum his, q̃
ſupra dicta ſunt. ſed ipſo non obſtante di-
cendum eſt,quòd poteſt comparere excu-
ſator pro abſente citato in criminalibus,
& allegare cauſas cauſæ reſultātes ex ei-
ſdem actis exiſtentibus in eadem curia,ſal
tē per implorationē officij iudicis,ut do-
cet An.in l.plane.ff.de peti.hære.in tantū,
quòd ſi ex forma ſtatuti in criminalibus
nemo debeat admitti ad aliquas exceptio
nes ꝓponēdas,niſi perſonaliter compare-
ret,tamē implorari pōt officiū iudicis, &
opponi notorietas actorum,uel quód occi-
ſus potuit impune offendi vigore ſtatuti,ſe
cundum



cundum eundē An.in l.filius famil.§.vete
rani.ibi, aliud eſt. ff. de pro. & Bal in l.3.
col.7.verſi.ſed quæro tunc C. de accuſa.&
ita uoluit Iaſo in l.ubi.pactum. prima co-
lum.C de tranſa. & latiſsimè proſequitur
Gram.in conſi. 1. poſt regias deciſ. nu.24.
imò plus dicit ibi, qđ admittitur excuſa
tor ad opponendum exceptionem declina
toriam,& incompetentiam iudicis,de qua
ex actis apparet. ſecundum Bal in l.reos.
C.de accu.& ſequitur Fran.de Arc.in cap.
ueniens 10.col.extra,de accuſa.& ibi Ma-
ria.Soc in 45.colum.ver.3.no. de cauſis.&
hoc habet locum non obſtāte ſtatu. quòd
nulla exceptio poſsit opponi,quia non in
telligitur de exceptione notoria. ¶ F I S.
Sed in contrarium concludit An.de Iſe.in
conſt.edictorum, quem ibi ſequitur Affli.
in 13.no.in 3 quæſt.ex autoritate Inno.
in c.veniens extra de acc ubi dicit, qđ cau
ſas cauſæ ex actis appatentes non poteſt
excuſator allegare, ut ſunt exceptiones
dilatoriæ,perēptoriæ, & declinatoriæ,ſed
debent allegari per procuratorē. ¶ I V D.
Laudo pro nunc ſententiam Fiſci, & eam
ſequitur do.Bar.de Capua in d.conſt. edi-
ctorum.num.14. nullus tamen doctorum
facit mentionem de dicto decr. reginali.&
ſic concludas, quòd cauſæ cauſȩ ex actis
deſultantes debent opponi per procurato
rem,& non per ſimplicem excuſatorem.
10 † I N. Nunquid per quemcunque allege
tur abſentia? ¶ I V. Hæc excuſatio abſen-
tiæ,per quēcunque allegetur, admittenda
eſt ut eſt tex in l.ſcire oportet. §. ſufficit.
ff.de excu.& in l.contumacia ff.de re iu.&
voluit Bar.in l.2.§. ſi quis in iudicio.in ſi.
ff.ſi quis cautio. & uoluit An. & Afflict.in
conſti.edictorum. in 13. nota. & extat de-
cretum reginale,de quo ſupra dixi,& in tā
tum hoc procedit, quòd etiam mulier,&
infamis admittuntur,ſecundū Inn.in c.ve
niens extra de accuſa.quem ſequitur. Af-
11 flict.in d. conſt. edictorum. † Et allegata
abſentia officium iudicis erit non procede
re durante dicta abſentia, ſi erit ex cauſa
reipublicæ,ſecundum An de Iſer.quem ſe
quit̃ Affli.in d conſti. edictorum. in d.13.
no.in v.ſi verò allegatur abſentia ex cauſa
voluntaria,ut iuit ad ſanctū Iacobum, vel
ad ſtudendum in ſtudio generali:& officiū
iudicis erit,quòd ſtatuet huic excuſatori
terminum ad denuntiandum, & compa-
12 rendum. ¶ Sed inoleuit communis practi
ca, & forma prouidendi in allegatione di-
ctæ abſentiæ,ut dicatur,quòd per curiam
fuit d. T. condemnatus, & contumax re-
putatus ( ut & aliàs in materia contuma-
ciæ dixi)verum ſi comparuerit infra men
ſem,deleatur à contumacia, & interim in
libro non ſcribatur.Decernitur tamē uni
co decreto, quòd ſi fuerit conuictus non
gaudeat,& ſit & remaneat ex nunc condē-
natus.Et ſi forte opponeretur & conſtet eū
dem delinquentem fuiſſe bannitum & con
demnatum pro alio crimine & perſeuerat
in contumacia, tunc licet fuerit citatus
domi & allegata pro eo abſentia non de-
bet ſibi dari terminus ad denūtiandū & cō
parendum,quia pro bannito nemo loqua-
tur. Eſt tamen aduertendum quòd ſi cita-
ta eſt mulier honeſta & Neapolitana ad
recipiēdum copiam capitulorum,admitti
tur ꝓ ea procurator cum ſpeciali manda
to:verum ſi eſt citata ad informandum,de
bet perſonaliter cōparere in eccleſia pro-
pinquiori. Si tamen eſt extera & non Nea
politana debet perſonaliter comparere in
palatio & ita ſeruat magna cur. Et eſt ad-
uertendum, quòd facilè non eſt conce-
denda dilatio ad denunciandum & compa
rendum ſecundum diſtantiam loci quādo
citantur delinquens & fideiuſſo.ad præſen
tandum;ſed legenda eſt ſatisdatio præſti-
ta; quia multoties iuxta qualitatē & gra-
uitatem delicti ſolet apponi terminus in
fideiuſſone, quòd non poſsit allegari ab-
ſentia in loco in quo reqratur maior dila
tio tot dierum:& ſic talis terminus impar
tiendus eſt,& non alius & in alia fideiuſ-
ſione ſolet apponi quòd ciuitas detur loco
carceris,& tunc non eſt dandus terminus,
uel breuiſsimus ad perquirendum p ciui
tatem & præſentandum, aliàs pronuntia-
tur pȩna fideiuſſoris. ¶ I N Q V I. Sed
13 pone,quòd excuſator pro abſente ex cau-
ſa voluntaria citato in domo,allegat ipsū
abſentem,ſed dicit ignorare locum abſen
tiæ, & producit teſtes, qui dicant,quòd
audiuerunt antequam citaretur ipſum di
centem,ſe iturum peregre, quod tempus
dabit illi iudex ad notificandū, & compa-
rendum. ¶ I V D E X. And.de Iſer.quem
ſequitur Afflic. in conſtit.edictorum.in no
na q.

na q.dicit,quod arbitrio ſuo ſtatuet tem-
pus,& ſi minus ſtatuet reſpectu loci, ubi
eſt abſens,lex ſupplebit.argu.l.4.§.ſi quis
ff.de re iud.licet Afflic.ibi ponat aliã pra-
cticam. Sed procedit id, quod ipſe dicit,
quando ex fama poteſt ſciri, ubi ſit. & ſic,
ſimus extra dubium. queſtio verò Iſer.,p
cedit,ubi nullatenus ſciri poteſt,ubi ſit,&
ita firmat etiam Anto. de Cana.in tracta.
14 de excu.in 22.q.† Et ſi elapſo termi.ſtatu
to per iudicẽ compareat idem excuſator
& dicat ſe diligenter perquiſiuiſſe, & non
potuiſſe inuenire, ubi foret citatus,& pe-
tat prorogari, ſeu de nouo concedi alium
terminum,tunc iudex procedat contra ci
tatum tanquàm contra contumacem:nam
poſt illam dilationem ſiue veniat,ſiue mit
tat,audietur,aliàs ſecus, per tex.in auth.
qua in prouincia.C.ubi de crimi.agi.opor.
ſecundum Bart. in extraua. in uerbo, per
edictum. & per do. Anto. de Canar. in d.
15 tra.de excu.in 23.quæſtio. † FISCVS.
Sed nũquid excuſatio abſentię ita ſimpli-
citer erit admittenda, uel ſit neceſſe pro
bari? ¶ IVDEX. In hoc paſſu dicit Spe.
in ti.de accu ver. ſed quid ſi ille, quòd de
bet probari, & probabitur per famam,ſo-
la enim fama, & vulgi opinio ſufficit tali
,pbationi,ut dicit Bar.in extraua.ad repri
mendum.in uerbo, per edictum, per tex.
in auth.de exhi.& intro.re. §. ſi verò. col-
la.5.item iudex ſe debet de fama informa
re,& id examinare,in quam terram abijſſe
dicitur, ſummatim, & parte non citata;
ſecundum Bar.in d.uerbo,per edictum.po
teſt & probari per diſcuſsionem fiendã p
nuntium, ſeu nuntios,nam ſicut ſit de bo-
nis,ita ſit de perſonis, ſecundum Barto.in
l.3 § prætor ait.ff.de dam. infect. & habe-
tur per do.Ant.de Canar.in d.tra.de excu.
quæſt.20. ſed in regno ſufficit probari per
iuramentum excuſatoris,ut in conſti.edi-
ctorum. & ibi. per Nicol. Ruff.& do. Gri-
16 ſon.in addi.& ita quotidie ſeruatur. † Et
à ſententia appellari non poteſt contra uo
luntatẽ inquiſiti,quia per allegationẽ ab
ſentiæ excluditur contumacia, quæ non
poteſt excludi reo nolẽte, ut late habetur
per do. Anto. de Canar. in d.tra.de excu.
17 in 32.quæſt.† Et allegans cauſam abſen-
tiæ nõ tenetur cauere de præſentando reũ
per c. veniens, extra, de actu. & no.in l.
in eo. ff.de reg. iur. & habetur per Nicol.
Ruff.& Gri. in addi. in conſtit.pœnam eo-
18 rum.& edictorum. † Et dicitur abſens il-
le,qui abeſt à ciuitate merum imperiũ ha
bente, ſicut olim à prouincia.l.abſentem.
ff.de pen.& l.abſentem C de accu.& ple-
ne habetur per do.Ant. de Canar.in ſuprà
19 allegato tra.in 19.quæſt.† Et allegatio ab
ſentiæ operatur, ut ſi admitti debebat,&
fuit repulſa,id quod ſit,nulliter ſit,ut no.
l.quæſitum.ff.de re iudi.ſecundum Bar.in
l pe.§.ad crimen.ff de pub.iu,& in.l.2.§.ſi
quis in iudicio.ff.ſi quis cautio & habetur
per Afflict. in conſt. pœnam eorum in no-
no requiſito,quem uideat.Caue tamen ne
teneas dicta Mod.in d.c. poſt commiſſum,
in quantum dicunt,quòd ſi non admittere
tur abſentia, poſſet procurator allegare
cauſſas cauſſę, & defendere reum quia eſt
ridiculum in regno, doctrinæ enim alle-
gatæ per eum loquuntur quando ſumus
in caſu,in quo poſſet ferri ſẽtẽtia cõtra ab
20 ſentem.† FIS. Quid ſi fuit uiſus tẽpore
delicti commiſsi,uel poſt, an tunc admit-
tatur excuſatio propter abſentiam? ¶ IV
DEX.Dicendum eſt, quòd ſi fuit uiſus tẽ
pore delicti cõmiſsi, repellitur excuſator,
& contumax reputatur non comparens,ut
eſt tex.in c.regni, incip. poſt commiſſum
à delinquente flagitium.de quo ad propo-
ſitum mentionem facit do. Pe.de Mo.for.
in conſtit. pęnam eorum: conſtabit enim
ad propoſitũ fuiſſe uiſum per informatio-
nem de delicto captã, ſi ibi ſint de uiſo te-
ſtes, uel aliter deponentes, quód cùm ui-
derunt tempore delicti commiſsi,uel uno
die, aut duobus ante; ſecundum Pet.de
Mo.for. ibi. & d. c. eſt in uiridi obſeruan-
tia in regno.¶ INQVI. Sed pone, quòd
delictum,de quo quæritur, eſt antiquum,
ſaltem per duos menſes, an tunc etiam,
quòd fuerit uiſus tempore delicti commiſ
ſi, admittatur excuſator? ¶ IVDEX. Ego
ſemper practicaui in diuerſis partibus,&
practicari uidi,quòd quando delictum eſt
antiquum,nõ procedit diſpoſitio. d c poſt
commiſſum à delinquẽte flagitium,ſed ad
21 mittitur excuſator.¶ INQVISITVS.
Plura dixiſti in materia excuſationis pro
pter abſentiam, tranſeamus ergo nunc ad
aliquam aliam excuſationem. ¶ IV-
DEX. Probè dixiſti, & ideo ſcias, quòd




alia poteſt proponi excuſatio uidelicet ho
ſtica exceptio,quæ quidẽ exceptio eſt ma-
ximi momenti nã ſi citatus fuit ante,vel
poſt ſubmonitionem,quòd uadat ad exèr-
citum, allegata tali exceptione coram iu-
dice citante,habet 15. dies de termino ad
iter arripiendum ad dictum exercitum,&
donec eſt in exercitu, & poſt reditum per
15.alios dies non poteſt in cauſa procedi
contra eum,ſed debet in dicta cauſa ſuper
ſederi, vt cauetur per regni conſti. incip.
hoſtici exceptio. de excep. hoſtici.propo.
22 † FIS.Sed vtrum,ut competat dicta ho-
ſtica exceptio,requiratur ſubmonitio,uel
habeat locum in eo, qui abſque ſubmoni-
tione, ſed proprijs expenſis vult accedere
ad exercitum? ¶ IVD. Diſtinguendum
eſt ſecundum And.de l.ſer. in d.conſti.ho
ſtici exceptionem.quem ſequitur ibi Affl.
quòd aut quærimus, vtrum gaudeat dila-
tione quindecim dierũ, quæ datur ad iter
arripiendum, & tunc eſt citatus,& nõ gau
det non præcedente ſubmonitione,aut nõ
præceſsit ſubmonitio, ſed poſtquam fuit
citatus cum effectu acceſsit ad exercitum
ſuis expenſis proprijs, & tunc ſiue citatus
fuerit domi,ſiue perſonaliter,non gaudet
exceptione hoſtica,quia illud fuit uolun-
tarium, impedimentum ut euaderet pœ-
nam ei inferrẽdam, ſi vero ante citationẽ
quis reperitur in exercitu, ſeu per viã,&
demum citatur in domo,& non præceden-
te ſubmonitione acceſsit ſuis expẽſis.ſi lo
quimur de iure communi, ille, qui eſt in
exercitu ſponte,& non vocatus, non dici-
tur absẽs cauſa reipublicæ,ut in toto titu
lo,ff.de lega ſed ſi loquimur ſecundũ ter
minos conſt. prædictæ hoſtici exceptionẽ.
ſiue inuoluntariè reperiatẽ in exercitu, ſiue
ſubmonitus,competit ei exceptio hoſtica
ſi tempore citationis ibi reperiebatur,vel
erat in uia cauſa eundi.& ſic habes verita
23 tem.¶ FISCVS. Vtrum ſi quis commi-
ſit delictum poſt ſubmonitionẽ, gauderat
hoſtica exceptione? ¶ IVD, Dicas, quòd
non, ut eſt in c. regni inci. ſi comites.vel
barones.de quo mentionem faciunt And.
de Iſer. & Afflic. in d. conſti. hoſtici exce
24 ptionem. ¶ Et poteſt hæc exceptio oppo-
ni per procuratorem, & excuſatorem. ſe-
cundum Afflic. & Iſer. in ea. conſti.in 14.
25 quæſt.¶ FISCVS. Audiui, quæ dixiſti
in materia hoſticæ exceptionis: ſed dico
quòd ſi quis tempore delicti commiſsi fue-
rit uiſus, uel ſaltem,per duos dies, ante
unum, uel duos,aut unum poſt, & deinde
uadit ad exercitum, non gaudebit hoſtica
exceptione. per tex.in ſuprà allega.c.poſt
commiſſum. & hoc uidetur uoluiſſe dom.
Pet.de Mo.for.in d.conſti.hoſtici exceptio-
nem. dum dicit hæc formalia uerba.ea &
de excuſatione abſentiæ etiam iſto caſu.
uide c.regni,poſt commiſſum. & uide c.re-
gni comes.quaſi dicat, quòd ille tex. limi-
tetur per illud c. regni poſt commiſſum. ſi
cut etiam limitatur per c. regni comes.
¶ IVD. Certè doctrina Pet. de Mo.for.
quam allegaſti, innuit, & apertè dicit id,
16 quod dixiſti, & ita pro nunc teneo. ¶ Ad
unum tamen aduertas in hoc, quòd iſta ex
ceptio debet probari, ut habetur per do.
Mari. de Cara.in conſtitu. pœnam eorum
ſuper teſti.ibi, & probantem; & habetur
per Afflic.& Iſer.in d.conſtitu.hoſtici exce-
27 ptionem. ¶ INQVI.Quid ſi allegetur
excuſatio infirmitatis, an admittatur, &
quod ſit officium iudicis in ea? ¶ IV.Hæc
excuſatio eſt ſatis iuſta, & admittenda eſt
per quęcunque opponatur. ſecundum Inn.
&poſt eum Abb.in cap. ueniens, extra, de
accu.per l.ſi prætor. §.ſi.ff de iudi. & idem
dicit Sali.in l.reos.9.col.uerſi.ex prædictis
contrarijs.C de accuſ.& Bald.in l. ſeruum,
quoque § publicè.ff.de procur.in 11.colu.
ner reuoco in dubium.& eſt deciſum in re
gno per reginale decretum, de quo ſupra
mentionem feci.& habetur per Afflic.in d.
28 conſti.edictorum.in 13.no in prin.¶ FIS.
Sed quomodo probabitur hęc infirmitas,
& excuſatio? ¶ IVDEX.Afflic. in d.con-
ſti in 13.not.in 6 quæſtio.mouet difficulta
tem, & dicit, quòd Abb.in c.quærelam de
procura.dicit probari per teſtificationem
medicorum.idem dicit Barto.in l.cõtuma
cia.§.fin. ff.de re iudi.allegat.l.ſemel.C.de
re.militar.lib.12.demum dicit, quòd Ioã.
de Imo in leg.quæſitum.ff.de re ind.refert
tres opiniones, qualiter probetur impedi-
mentum.& unaliter tenet,quòd totum hoc
remittetur iudicis arbitrio; & quòd in
magna curia ſeruatur,quód debet præſen-
tari inſtrumentum publicum quòd talis
eſt in tali loco infirmus, & ibi medicus de
bet atteſtari curiæ uerbis, quòd ille, qui

citatur, eſt infirmus, & quòd ibi non po-
teſt comparere abſque ſuo periculo & ita
reſidet. ſed Par. de Put. in lib. ſyndi. in ver-
bo, negligentia, in 5. col. dicit, quòd ritus
magnæ curię vicariæ requirit teſtificatio-
nem in inſtrumento duorum medicorum
quem ritum ſecũdum eum intelligit, ſi in
illa ciuitate poterant haberi illi duo medi
ci, aliàs ſufficiat vnus vel ſufficiat ille, qui
deputatus eſt à cõmuni. vt ritus intelliga
tur, & interpretetur ſecũdum ius commu-
ne, & pro hoc dicit facere glo. in conſti. in
cauſa depoſiti, ubi dixit glo. quòd illa con-
ſti. requirens in depoſito fore adhibẽdos
tres teſtes, intelligitur, ſi ſint in loco, in
quo haberi poſſent, & dictus ritus magnæ
curiæ vicarię, item ſi aliquis, vel aliqua. di
cit idem, quòd Par. vbi ſupra: vide Par. de
Puteo in lib. ſyndica. in verbo, tortura, ver
ſic. officialis poſuit ad chordam, 2. col. Vi-
de etiam quæ in num. 33 inferius dicam,
29 ¶ Et hæc excuſatio põt proponi per excu-
ſatorem ſimplicem, abſque mandato, ſe-
cũdum Luc. de Pen. in l. ſemel C. de re mi-
litar. lib. 12. Et ſi eſt infirmitas non latens
ſed manifeſta, & patens, poteſt pròbari per
alios, quàm per medicos ſecundum Luc.
30 de Pe. vbi ſuprà. ¶ I N Q V I S I T V S.
Quid ſi citatur aliqua mulier prægnans,
an poſſit excuſari ut nõ teneatur compare
re? ¶ I V D E X. Dicas, quòd ſic, ut probat
ritus ſupra allegatus. Fallit tamen ſi mu-
lier prægnans eſſet ruſtica, & valens, ita
ut eo tempore portet onera, ac ſi non eſſet
grauida, ea tunc ad iudicium ire poſſet, &
non excuſatur, niſi eſſet valde partu proxi
ma teſtibus Fulgo. & Iaſ. in l. 2. ff. de in ius
vocan. Rebuf. in 3. tomo conſtit. de excuſa.
31 nu. 42. ¶ Vnum tamen non omitto, quòd
quando ille, qui allegatur infirmus, eſt in
eadem ciuitate, vbi eſt tribunal, admitti-
tur excuſatio, etiam quòd non præſente-
tur inſtrumẽtum infirmitatis, ſed ſufficit,
ꝙ dicat excuſator: accedat actuarius cum
medico in domum, & iudex ſi dubitat tene
tur mittere, ſecundum Goffre. Hoſtien. &
Ioan. And. & docto. in cap. tenor. de re iudi.
& Barto. in l. quæſitum. ff. de re iudi. & ego
teſtor vidiſſe pract. cri. millies in magna
32 curia vicariæ. ¶ I N Q V I S I. Quod erit
officium iudicis, quando allegatur infirmi
tas, & in promptu docetur de ea? ¶ I V-
D E X. Dicas, quòd eius officium erit non
procedere, ſed ſuperſedere durante dicto
impedimento, per not. in l. quæſitum. ff. de
re iudica. ſecundum Afflict. in conſti. edi-
ctorum, in 15. not. in 5. queſt. & ideo ſolent
iudices decernere, quòd quam primum cõ
ualuerit, ſe præſentet in curia, alias, quòd
remaneat contumax, & hoc, ne cogantur
iterum eos citare. aliqui etiam ſolent de-
cernere ſub hac forma, & per curiam fuit
condemnatus, & contumax reputatus, ve-
rum ſi quàm primum conualuerit, ſe præ-
ſentauerit, deleatur à contumacia, & inte
rim in libro non ſcribatur. & hæc practica
datur per Barto. in l. quæſitum. de re iud.
colum. 1. & Doctor Moder. de Campa. in c.
poſt commiſſum. & ita vidi centies practi-
cari in magna curia vicaria & ego ipſe pra
33 cticaui. ¶ F I S C V S. Ego puto, quòd ex-
ceptio infirmitatis, & abſentiæ, & alia quę-
cunque, quæ præſumitur malitiosè pro-
poni non debeat admitti per iudicem, ut
eſt ritus magnæ curiæ uicariæ, incip. Item
ſi aliquis ciuiliter, vel criminaliter. ¶ I V-
D E X. Optimè dixiſti, ſed non ſufficit ſo
la præſumptio, vt non admittatur excuſa
tio, ſed aliud requiritur, ideo inoleuit pra
ctica in magna curia uicaria, quòd propo-
ſita excuſatione iudex eam admittit, ſi eſt
admiſsibilis, ſubiungendo, quod ſi fuerit
conuictus dictus excuſatus, non gaudeat. &
tũc incipiunt iudices ſe informare vtrum
excuſatio ſit uera, an nõ, examinãdo teſtes
& vidi practicari millies, & ego ipſe pra-
cticaui. Aduertatur quòd quando allega-
tur infirmitas, ſi eſt Neapolitanus, vel in
diſtrictu, bannitur & condemnatur, ſub
condictione, quòd præſenti vel ſequẽti die
accedat actuarius, & eo reperto infirmo
deleatur. Etſi pars, uel fiſcus non vult ſta-
re uiſioni actuarij, & petit, ꝙ accedat medi
cus, debet ordinari, quòd accedat medicus,
ſumptibus petentis, vna cum actuario,
qui videant & referant, & ipſo reperto
infirmo deleatur. Et ſi eſt delictum gra-
ue, ordinari ſolet quòd ſi eſt infirmus ido-
nee caueat ut cùm primum conualuerit ſi-
ne requiſitione ſe præſentet in curia. Vel
fieri poteſt præceptum penale modo quo
ſupra ut melius uidebitur. conſideratis cõ-
ſiderandis. Sin autem allegatur infirmitas
extra territorium Neapolis, tunc allegãs
debet



debet præſentare inſtrumentum infirmita
tis, in forma probante, cum literis medi-
ci, continentes qualitatem & ſpeciem ſuæ
infirmitatis, uel debet præſentare dictum
inſtrumentũ cum ſubſcriptione medici lo
co litterarum. Et ſi ſolum pſentatur inſtru
mentum abſque literis medici vel abſque
ſubſcriptione medici, uel litera abſque in-
ſtrumento, nihil valent & releuant: & il-
lis non obſtantibus ſit condemnatio. Eſt
tamen benè verum quòd aliquando conſi-
derato delicto & alijs de æquitate ſit con-
demnatio ſub condõne ꝙ ſi infra certum
terminum iuxta loci diſtantiam, conſtite-
rit legitimè de infirmitate, aut talis delin
quens cõparuerit deleatur. Et ſi fiſcus aut
pars petunt & volunt probare contrarium
& prætenſum infirmum conualuiſſe & con
ualeſcere, aut nunquam ſtetiſſe infirmum,
tunc admittuntur, & prouidetur ꝙ capia-
tur informatio de prædictis, & ita in om-
nibus prædictis paſsim ſeruatur in magna
curia uicariæ. Et de excuſatione rõne in-
firmitatis, ac ritu magnæ curię vicarię ha
bes per Rebuf. in 3. tomo conſtit. in tracta.
de excuſa. nu. 26. Hodie verò, propter du-
bium quod poſſet inſurgere ex decreto,
quod prius ſiebat, quòd quamprimum cõ-
ualuerit compareat, an adhuc reperiatur
infirmus vel conualuerit, ſolet decerni ꝙ
reputetur cõtumax, verum ſi infra mẽſem
vel aliũ terminum comparuerit deleatur,
& licet elapſo termino non conualuerit p̃-
ſentatur alia fides, & datur alter terminus
vſque quò uerè ſit ſanus, & hæc eſt uera
practica, & non illa Moder. in cap. poſt
34 cõmiſſum. ¶ I N Q V I S I T V S An in-
firmitas vxoris, & filiorum citati excuſet,
ut non teneatur comparere durante dicto
impedimento. ¶ I V D. Ioan. de Firmo,
in ſuo aureo ſpeculo, & repertorio, in ver-
bo infirmitas dicit, quod excuſat, & alle-
gat ad propoſitum, 23. diſtinct. c. commu-
nis filius. cum glo. & ſequitur Afflict. in de-
ciſio. 189. in 11. colum. & facit ſecundum
eum, quia neceſsitas adiuuãdi carnẽ ſuam
facit licitum, quod erat aliàs illicitum. c.
quanto, extrà de conſue. & plura alia alle-
gat ad confirmationem prędictorum. Ego
tamen, nunquam talem excuſationem in
bonis tribunalib. & curijs, vidi, nec audi-
ui admitti, & merito, quia reginale decre-
tum loquitur de abſentia, & infirmitate
atq; captiuitate proprijs, & non alienis.
Imò vix admittunt, propria impedimẽta.
Et Rebuf in 3. tomo conſti. tracta de excu.
31. & 32 dicit quòd hodie vix excuſaretur
etiam ob durant valetudinẽ patris uel ma
tris, aut vxoris, ſeù alterius eorum obitũ.
ego tamen, dico ut ſupra, eſt tamen bene
verum quòd in ciuilibus de facili hæc im-
pedimenta admittuntur, ſed non in crimi-
nalib. Sed in ciuilibus non prodeſſet, quia
tenetur mittere procuratorem. Dicit ta-
men idem Rebuf. ibi nu. 39. quod de æqui-
tate iudex debet admittere cõtumaciam,
verum ſi infra certum terminum compar-
uerit, deleatur. Aduertendum tñ eſt, quòd
allegans exceptionem carceris delinquen-
tis extra territorium Neap. debet in prom
ptu docere, ſi infra dictam per autenticam
fidem, ſi vltra dictam, per inſtrumentum
publicum & autenticum; aliàs condemna-
tur verùm ſi dicet fiſcus ꝙ talis carcera-
tio eſt procurata & affectata, & conſtaret
per inſpectionem citationis, ſeù actorum,
videlicet quòd carceratio eſſet poſt citatio
nem & intimationem ſibi factam, tunc non
admittitur, ſed cõdemnatur. Et ſi eſt ante
citationem, & intimationẽ, admittitur, &
non condẽnatur, vel decernitur fore inti-
mandum fiſco, & prouidebitur extra ban-
cam. Verum ſi delictum eſſet atrox, ſub ta
citurnitate extra bancam poteſt & debet
magna curia, ſeu alia curia ſuperior per
eius litteras & mãdatum penale ordinare
curiæ ſeu officiali detinenti illum carcera
tum, ꝙ ipſum non liberet, ſed cautè deti-
neat, donec aliter fuerit prouiſum, & ita
practicatur. ¶ I N Q V. An vltra has ex-
cuſationes, aliæ poſsint allegari? ¶ FISC.
Certe pluries allegatum eſt reginale de-
cretum, quo cauetur ꝙ præter abſentiæ,
infirmitatis, & capturæ excuſationes, aliæ
opponi nequeunt. vt quid igitur, iterum
quæris tędio afficere dom. Iudicem. ¶ IN-
Q V I. omnia tu credis habere in ſcrinio
pectoris; utere tuo arbitrio, ego aũt meo
vtar. ¶ I V D. Nobiſcum enim in princi-
pio (ut ſcitis) conuentum fuit, ut vnuſ-
quiſq; liberè in quo dubitaret, interroga-
ret; vnde ceſſent inter vos iurgia. Scias er-
go amantiſsime Fiſce, ꝙ licet tres tantum
exceptiones, & impedimenta admittat ri-

.tus, nihilominus non cenſentur ſimilia im
pedimenta ſublata, quia ſimilium eſt eadẽ
natura l.ſi.ff.mand.Bal.in l.humanitatis 2.
col.verſic.4.oppono. ¶ Et ideò poteſt alle-
gari q; locus non ſit tutus propter inimi-
cos & partialitates: nemo enim ſe ſuis ini-
micis exponere debet.c.accedens.in ſecun-
do.vt lit.non cont. Sed tunc excuſator de-
bet habere mandatum,& iudex tenetur ei
offerre ſaluum conductum,& tunc non ex-
cuſabitur, quominus compareat ſecũdum
Imo & Ana.in d.c.veniens.& Afflic.in con-
ſtit.citationis literæ,num.24 ¶ Rurſus non
tenetur comparere in loco peſtis.c.ad ſup.
plicationem de renunc.c. ex parte el 1. de
appella.Anto.in c.1.de iud. Alexand. in l.
cùm res.in princ.delega. 1. quia ſalutis &
dignitatis prius habẽda eſt ratio l.ſed ſciẽ
dum.ff. ad treb. quod eſt uerum, quando
ius non redderetur in illo loco. Alexan.ibi
dem latè do.Ripa in tract.de peſte 3.parte
in glo.in verbo peſtis,rubrica de autho ge.
conſi.in prag. & tunc non eſt mittendus ex
cuſator.Et ideò aprutim ( hac ratione ) nõ
tenetur comparere in magna curia vica-
riæ citati à 15. Iulij vſque ad menſem Se-
ptẽbris,pp maximum periculum perſona
rum propter aeris mutationem. ¶ Poſtre-
mo ſi quis eſſet citatus ad maius tribunal,
et perſonaliter cõpareret, eſſetq; citatus
ad minus, vt ſimiliter perſonaliter cõpere
ret,quia ad maiorem iudicẽ debet accede-
re, poterit ad minorem excuſatorem mit-
tere vt per Bart.Alexan.& alios in l.quæ-
ſitum.ff.de re iud. Soc.in tract. de cita.art.
31.in 5.eſſe.& Hippo.in l.de vno num.118.
ff.de re iud.& ſic ſeruatur. ¶ Item poteſt al
legari impedimentum inundationis aqua-
rum,ſiue uis fluminis.l.j.ff.de ſi.q cau.vim
fluminis ĩtelligere debemus & ſi magnitu
do eius impedimento ſit ſiue pons ſolutus
ſit,uel nauigium non ſtetit d.l.2.§.uim flu
minis hoc tamen intelligitur, ſi per alium
locum etiam longiorem tranſire non pote
rat, aliqui contra.ut ibi, & iſto caſu non
tenetur mittere excuſatorem,quia ſi excu
ſator tranſire poſſet,pariter & ipſe. ¶ Ea-
dem quoq; rõne põt allegari impedimen-
tum ob niues. ſecundum Albe.in d.l.2.§.ſi
quis in iuditio & ibi no.per l.ſcire oportet.
§.ſufficit.ff.de excuſa. ut latè Rebuf.in d.
tracta.de excuſa.num.46. & etiam iſto ca-
ſu,non tenetur mittere excuſatorem.& pa
riter propter tempeſtatem, ſiue ſit mariti
ma, ſiue terreſtris, dummodo ſit impedi-
mento itineri vel nauigationi. Nõ tamen
ſufficeret probari tẽpeſtatem fuiſſe in ma-
ri,vel vim fluminis,niſi probetur quód de
domo ſua receſſerit,Bar.in d.l 2.& eſt com
munis opinio ſecundum Iaſon. in d. l.2. §.
quod duximus.licet Fulgo. & Paul.ibi te-
nuerint contrariam, ſed reducit ad concor
diam Rebuf. in loco citato num. 48.
35 ¶ F I S C V S. Millies vidi allegari impe-
dimentum infirmitatis per nonnullos, &
demum ſequuta conualeſcentia non cõpa
rent, ſed fugam arripiunt, quód erit reme
dium? ¶ I V D E X. Cautela eſt,quód ac
cedat iudex, quando factum eſt arduum,&
eſt timor,quòd non comparebit, & procu-
ret ab eo capere fideiuſſores de ſe præſen-
tando ſequuta conualeſcentia.& ſi non po
terit præſtare, apponat cuſtodes in domo,
& ipſum conſignet in domo ſua alicui ſub
mandato: & poſſunt aſtringi excuſatores
ad indicandam domum,in qua reſidet infir
mus. & etiam poſſunt examinari teſtes, q
teſtificãtur etiam cum alijs, qui ſuper hoc
haberi poſſunt.ſolent enim infirmi per di-
uerſas domos occultari, ut euadant illam
cautelam, ut mihi multoties factum fuit.
36 ¶ F I S C VS. Pone, quòd in ciuitate fuit
facta magna briga inter plures, & aliqui
fuerũt occiſi,aliqui verò vulnerati, qui nõ
exierunt de ciuitate, ſed occulti in aliqua
domo curant,& medicantur per medicos,
& chirurgos de ciuitate;an iudices poſſint
emanare bannum, q; nemo chirurgorum
aut phyſicorum audeat medicare aliquem
abſque expreſſa licentia iudicis,& ante no
titiam datam de infirmo,& de qualitate in
firmitatis, & etiam de alijs qualitatibus?
¶ I V D. Ego pluries practicaui, quòd ſic,
& ab alijs vidi practicarum,& poteſt robo
rari per id,quod dicit Bar.in l.3.ff.de con-
di.ob tur.cauſam.ubi quęrit,& an quis te-
neat,& cogatur indicare malefactorem: &
dicit,quòd parti non tenetur,nec etiam iu
dex coget ad petitionem partis, ſed iudex
ex ſuo officio poteſt cogere quem, ut ſibi
indicet malefactorem,& ſic hac ratione po
37 teſt ſuſtineri hæc vtilis practica. ¶ FISC.
Sed pone, quòd nec excuſator, nec medi-
cus volũt indicare, vbinã ſit infirmus, ap-
paret



paret tamen inſtrumentum infirmitatis:
vel indicãt, in qua domo eum viderunt,&
ibi facta perquiſitione non fuit inuentus,
an poſsit licitè non obſtante inſtrumento
infirmitatis producto reſpuere dictã excu-
ſationem, eamque non admittere? ¶ IVD.
Videtur, quòd ſic,quoniam nec poſſet cre
di teſtificationi iſtius medici dicentis ali-
quem fuiſſe infirmum, niſi præcedat dili-
gens iudicis inquiſitio,tex.eſt multum no
tabilis in l.ſemel C.de re mili. li.12.& ibi
Bar.multum notat illum tex pro ſingulari.
& ſubdit,quòd ideo debet eſſe cautus aſſeſ
ſor,quòd in actis faciat ſcribi,& regiſtrari,
quòd iudex diligenter inquiſiuit,& exami
nauit, vtrum ſit infirmus. & ipſo diligen-
ter examinante,& inquirente medicus hęc
retulit.quod dictum ſequitur,& commen-
dat Alex.poſt Bart.in proœ. fforum.3 col.
in fin.& Anto.Corſ.in ſuis no.in ver.medi-
cus. incip. denuntiatio facta per medicum
vnde ſi facta perquiſitione non inuenit eũ
infirmum, non modica ſuboritur ſuſpicio:
quòd excuſatio prædicta infirmitatis pro-
ponatur malicioſè: & ſic poteſt eam non
admittere,ut eſt ritus magnæ curiæ vica-
riæ,incipiens, Item ſi aliquis ciuiliter,vel
criminaliter.de quo ſuprà dixi, quæ notes
38 in actu practico. ¶ I N Q V I. Proſequere
vltra domine iudex, & ſi aliqua alia excu-
ſatio poteſt competere citatis, ut non te-
neantur comparere coram iudice citante,
nobis eodem ordine retento declares.
¶ I V D. Alia ſuper pro parte eiuſdem
quęrulati allegatur excuſatio,& exceptio
videlicet,clericatus quæ quidem exceptio
& excuſatio eſt maximæ importãtiæ, cum
clerici,& eorum bona ſint exempti à legi-
bus imperialibus, & à laicali iuriſdictione
vt dicit Bal.in auth.item nulla communi-
tas.C.de epiſ.& cle.& not. in c quanquam.
de cenſ.in 6.Panor. in c. 2.extrá,de immu.
eccl.& in tantum hoc procedit,quòd ſi cle
ricus citatus per iudicem laicum nõ decli
naret eius forum, puniri deberet pęna ex-
traordinaria, quaſi ſit trãſgreſſor canonis.
ſecundum Bal.in l.1.in ſi. C. de iud.& ſub-
dit procedere etiam ſi ſtatutũ prohiberet
declinare forum ſub pœna, quòd tale ſta-
tutũ non valeret.refert,& ſequitur Berta.
in ſuo tracta. de epiſ. 5. parte quarti libri.
verſi.40.in ſi.dicti uerſ.iuxta pręmiſſa ſciẽ
dum eſt nec etiam tenetur clericus cõpa-
rere coram ſeculari iudice, & ſi non com-
paret contumax reputari non poteſt,ſecũ-
dum Io.And.Ant.de Put.& Abb.in c.ſi di-
ligenti de fo.compe.in pe. colu. nec poteſt
iudex ſecularis pęnam contumaciæ in cle-
ricum inferre c.1.extra,de cler.coniu.in 6.
Bal.in l.generaliter.2.C.de epiſco. & cler.
& in l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.& cõſuluit
Bart.in conſ.225.clericus ſub nomine lai-
ci & plenè.Dec.in conſ.141.in 2.lib ſcripſi
aliàs Iacob.de San.Geor.in l. non videtur.
ff.de iud 2.prout refert & ſequitur Gram.
in ſuo primo conſil. poſt regias deciſiones.
nume.36.quód Aegid.de Man. in ſua diſp.
quæſtio talis eſt, quæ eſt inter diſputatio-
nes Paul.de Leaza. dicebat, quòd clericis
coram iudice ſeculari nõ eſt licita compa-
ritio,nec poſsibilis prorogatio per c.ſi dili
genti. extrà, de fo. competen. & ideo cum
conſtet citatum nõ eſſe de iuriſdictione ci
tantis,non tenetur comparere,ut not.in c.
ſi.extrà,de appel.& conſuluit Alex.in cõſi.
37.in 3.libro. & faciunt optimè not. per
Andr.de Iſer.in c. 1.§.præterea.4.col.quæ
ſit prima ca.bene.amitt.& Guid.Pap in de
ci.450.an multæ declaratæ, & in particu-
lari tenet Ioan. And. in regula ſcienti, in
mercuria.tenet, quòd non ualet proceſſus
iudicis ſecularis contra clericum citatum
per ſeipſum & non comparentem ad alle-
gandum priuilegiũ clericatus,& latè pro-
39 ſequitur Gramma.ubi ſuprà. ¶ F I SCVS.
Sed licet pdicta ſint vera in ſe de iure cõ-
muni, tamen in regno non procedunt, eò,
quia habemus ritũ magnæ curiæ vicariæ,
incip.Item ſeruat ipſa curia,quòd nullus.
quo cauetur, q; ſi clericus citetur ſub no-
mine laici,per ſecularem,non poteſt ſuum
priuilegium allegare per procuratorẽ,aut
ſimplicem excuſatorẽ,ſed debet ipſe cleri
cus cõparere perſonaliter cum inſtrumen-
to clericatus,& allegare ſuũ priuilegium,
aliàs poteſt reputari contumax, & contra
eum proceditur,tanquam contra cõtuma-
cem. ¶ I N Q V. Ego dico quòd clericus
non tenetur comparere ad allegãdum ſuũ
priuilegium.ſecundum Arch.in c. 2.in 15.
q.4.ſuper gl.& facit gl.& ibi Domi. in cap.
ſi epiſcopus.34.diſtinct.& Specu.in titu.de
cita.§.contra citantem.in fin. & plenè per
Fel.in c.cum ordinem.6.colum.de re.& ita

etiam concludit Affli.in conſti.priuilegia
in 4.nota.hinc eſt ſecundum eum,quòd ex
ceptio incõpetentiæ iudicis in cauſa capi-
tali opponi poteſt per procuratorem,ſecũ
dum Innoc.in c.veniens.extra, de teſtib.&
ſequitur Bal.in l ſeruum quoq;.§.publicè
ff.de procur.& idẽ conſuluit Caſſa.in cõſi.
1.verſic.ſed nec in totum.Nec obſtat ritus
ſupra allegatus. quia ritus licet formam
comparitionis clerici corã iudice laico ci-
tante,& aliquo modo proponat declinato-
riam:non tamen vltra procedit, ꝗ ſi cleri-
cus non comparet ſecundum prædictam
formam,poſsit reputari cõtumax. ¶ F I S.
Non bene inſpexiſti ritum,quia ſi bene in-
ſpiciatur, dicit ritus,ꝗ aliàs non auditur,
ergo neceſſario ſequitur, ꝗ remanet con-
tumax. ¶ I N Q V. Cum hæc reſpõſio tibi
non ſatisfaciat,dabo aliam,videlicet,quòd
rex nõ potuit; nec poteſt imponere legem
perſonis eccleſiaſticis,cum nõ ſint , nec eſ-
ſe poſsint de iuriſdictione ipſius nec aliqd
poteſt imponi eis quod ſit contra liberta-
tem eccleſiæ:ſecũdum Panor.in c graue.de
ſenten.excomm.& per alia,ut ibi per eum
& ſequitur Gramma.in d.conſil.1.poſt re-
gias deciſiones , & dicit ita fuiſſe deciſum
per iudices mag.cur vica. ¶ I V D E X.Et
ita nouit idem Gramma in voto 27.vbi
ſubdit,ꝗ etiam ſi clericus diſtulit oppone
re exceptionem clericatus, quouſque ſue-
rit carceratus, quòd poſtea opponendo an
nullat bannum,& contumaciam.& non te-
netur ſoluere ẽt pęnam pecuniariam pro
pęna contumaciæ. & idem dicit fuiſſe deci
ſum per Gui.Pap in deci.450. & per Cap-
pe.Toloſa.in deci.165.incip.item fuit quę
ſitum bannũ. & ita refert fuiſſe deciſum ꝑ
mag.cur.vica. non obſtante ritu prædicto,
pro quib. etiam vide Fel.in c.ſi duobus:ex
tra,de appel.3.col.& ita mihi videtur con-
cludendum ꝑꝑ iſtam vltimam rationem
Gramm.quam etiam approbat Capi.in de
ciſ.161.incip.in cauſa Eruſioni,licet conti
nuò reputentur contumaces clerici non cõ
parentes corã iudice laico citante,ſeruata
forma dicti ritus, ſed ſemper poſtea cleri-
co capto annullantur. Aduertas tamen ꝗ
quãdo allegatur clericatus,ſeù minoritas,
aut remiſsio per baronẽ petitur,aut ꝑ par
tem,non debent admitti , niſi comparente
principali delinquẽte. & ita ſeruat magna
curia vicariæ . Eſt tamen benè uerum ꝗ
licet contumax reputetur , ſi perſonaliter
non compareat , tñ ſi poſteà comparuerit
annullatur contumacia . Et in remiſsione
quæ petitur per Baronem exſtat regia pro
uiſio qđ nullo modo admittatur.niſi com-
parente principali.& ſi fuerit effectus con
tumax purgata contumacia petetur remiſ
40 ſio ſi fuerit laicus. ¶ F I S C V S.Sæpe vidi
hanc exceptionẽ clericatus , & excuſatio-
nem repelli per iudices factis replicationi
bus ex aduerſo , quòd clericus ſit incorri-
gibilis , non incedens cum habitu , & ton-
ſura , perpetrator grauium , & plurium
facinorum,excommunicatus, illegitimus,
& vilium artium exercitor.idcirco, ſi pla-
cet , de quolibet iſtorum diſpiciamus.
¶ I V D. Perquàm grauiter partes fiſci
tueris , & vigilanter ſtudes , ne decipia-
ris. & ideo ſcias, quòd incorrigibilis dici-
tur ille , qui aliàs fuit depoſitus,& reuer-
titur ad priora delicta, uel in illis perſeue
rat,ſecundum.Abb.in c. cum non ab homi
ne.de iudi.col.pen. verſic. quæro qualiter.
poſt Anto. qui voluit aliter, quòd dicitur
incorrigibilis,ſi committit alia delicta, ẽt
ſi nõ ſunt ſimilia,uel etiam minora,quem
ſequitur Dec ibi col fin. dicitur etiam in-
corrigibilis, qui detruſus in monaſterium
ad pœnitentiam peragendam , ea nondum
peracta capit fugam, & occultat ſe uel ali-
ter de facto impedit, ut non poſsit eum iu
dex arctare : licet non reperiatur in nouo
delicto, quia tunc poſt excõicationem , &
anathema comprimendus eſt per iudicem
ſecularem,ut in text. ſecundum Abb. ubi
ſupra in fin.& ſequitur eum Dec. & habe-
tur per Moder. Hiſpa. Ioan. Ber.Diaz.in
practica cri.canonica in uerbo data incor-
41 rigibilitate . ¶ Et incorrigibilis clericus
depoſitus per iudicem eccleſiaſticum , ſi
adhuc incorrigibilis fuerit excommunica
ri debet,deinde contumacia creſcente,ana
thematis mucrone feriri, & ſi in profundũ
malorum ueniens contempſerit , cum ec-
cleſia non habeat vltra quod faciat , & per
ſecularẽ iudicem comprimatur.ita , quòd
ei deputetur exilium,uel alia legitima pę
na inferatur,& ſic notandum eſt,quòd nul-
lus caſus datur à doctoribus, qui ſuccedat
poſt depoſitionem, quòd is ſolus ſufficiat,
ut clericus tradatur curiæ ſeculari,niſi ꝓ-





cedente contemptu excommunicationis,
vel anathematis:& nunquàm clericus etiã
depoſitus puniri poteſt per iudicem ſecula
rem, niſi declaretur per eccleſiaſticũ qua-
litas incorrigibilitatis,quia clericus depo
ſitus adhuc eſt de foro eccleſię,vt per Abb.
in c.Ioan.& in c.ex parte.de cleri. coniug.
iudex enim eccleſiaſticus debet ipſum de-
clarare incorrigibilem,etiam ipſo non ci-
tato, ne fugiat,ut per Abb. poſt Cardi. in
d.c.cùm non ab homine.& Inno. in ca.1.de
ho.lib.6.quos refert Aret.in d. c.cum non
ab homine. col. 5. & clariùs ibi per Fel.in
4. col. & tunc ipſo declarato incorrigibili
punitur per iudicem ſecularem,non prout
iudici eccleſiaſtico videbitur,ſed prout iu
dici ſeculari,ſecundum Abb.in d.c.cũ non
ab homine, ultimo no.& plenè habetur ꝑ
d.Moder. Hiſp. ubi ſupra:hoc autem intel-
ligitur ſecundum Bonicon.in tra. de priui
leg.cleri.num.6. ad requiſitionem iudicis
42 eccleſiaſtici,non ex ſe,& ex officio. ¶ Quo
verò ad aliud : non incedere cum habitu,
& tonſura,ſciendum eſt , quòd tam clerici
in ſacris conſtituti,quàm in minoribus de
bent deferre habitum honeſtum, ut habe-
tur in cle fin §.dignitatem.de vit.& hone.
cleri cle.2.eod.titul.& in c.omnis 21.q. 4.
& ibi Archi.& ratio eſt,de qua per doct.in
dictis locis. & habitus clericalis debet eſſe
condecẽs clericis à capite vſque ad pedes,
nec debẽt portare in capite pileum lineũ,
nec de ſerico,ut in d cle.fin.§.dignitatem.
& ibi glo.& Card. qui intelligit de birre-
to : quia clerici non debent portare birre-
tum lineum vel ſericum,non autem intel-
ligitur de pileo ſerici,qui portatur ꝓpter
pluuias. item clerici non debent vti veſte
uirgata , uel partita diuerſorum colorũ,
ut d.cle fin.& Matth.de Affli. in conſti.re-
gni,apoſtatãtes.col.4.itẽ talis veſtis,& ha-
bitus debet eſſe clauſus, nec nimis breuis
nec nimis longus,ſed moderatus. c.clerici
officium.extra, de ui & honeſt.cleri.conſi-
ſtit etiam habitus clericalis in caligis , &
calciamentis: item in cingulis , ſeu corri-
gijs & fibulis , item in manibus circa por-
tationem annulorum, in cappis,& mantel-
lo & talis veſtis debet eſſe talaris , id eſt,
longa vſque ad talos pedis.23.diſt.c.nõ li-
ceat.verſatur etiam honeſtas habitus in
coloribus veſtium, quia pannis rubeis vti
non debent.d.cap. clerici. & eſt aduerten-
dum quòd non eſt ſtatutus certus,& deter
minatus habitus pro clericis, ſecũdum gl.
no.in cle.j.in fin.extra, de electio.& glo.&
docto.in cap.pen.de ui. & ho. cleri.& tenet
Alexan.in conſi.8.videtur.ſuper. 1. in 1.li.
& in conſi.149 in cauſa inquiſitionis, col.
2.in fi.in 6 lib.& Abb.in cap. 1.col 1.in 2.
no.extra,de apo. ubi dicit quòd clerici ſe-
culares non habent certum, & determina-
tum habitum , ſed ſolum quidam habitus
ſunt eis interdicti: & quod non habent cer
tam formam, ſed ueſtes debent eſſe hone-
ſtę,unde ſufficit, ſi clerici portãt habitum
honeſtum,& conuenientem clericis ſecun-
dum conſuetudinem, ut tenet Alexã.in d.
conſ.ubi dicit, qđ omnis habitus honeſtus
& conueniens , dicitur habitus clericalis ,
dummodo non ſit à iure, uel conſuetudine
reprobatus, & concluſiuè dicendum eſt,ꝗ
ſpectanda eſt conſuetudo regionis ſecun-
dum Bene.Cap.in cap.pe.in gloſ.in verbo,
deauratis extra , de uita & honeſt.cleric.
vbi dicit , quòd in tantum eſt attendenda
conſuetudo regionis , quòd ſi conſuetudo
non haberet diuerſitatem aliquã inter ha-
bitum clericorum, & laicorum , ipſa con-
43 ſuetudo eſſet attendenda. ¶ Et ex hoc in-
fero , quòd malè faciunt iudices hodierni,
qui ſtatim ac capiunt clericum; redigi fa-
ciunt in actis, quòd eum ceperunt non in-
cedentem cum habitu & tonſura , debent
enim particulariter deſcribi habitus,& ue
ſtes,quas deferebat,ut uideri poſſet ſi ſunt
honeſti , & condecentes, & ſic probandum
eſt per fundantem ſe in eis, ut iuribus vul
garibus,nec enim ſtatur dicto ſimplici ip-
ſorum , quòd incedebat abſque habitu , &
tonſura,ad quod facit id, quod dicit Inno.
in c.ſuper literis extra , de reſcript.& Ar-
chid & Ioan.And.in c.Romana. §. contra-
hentes,extra, de reſcript.in 6. & per Bart.
in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ier.& ibi per
44 Alexan col.4 & Iaſ. ¶ Incedere ergo cum
tonſura,eſt incedere cum capillis tonſis in
capite ex parte inferiori ad releuationem
ſenſuum. ſcilicet uiſus,& auditus, ſup.au-
res, & oculos, & poteſt eſſe minor , quam
tonſura clericorum monachorum , ſecun-
dum glo.in cle.2.de ui.& hone. cleri.cleri-
cus enim debet habere clericam , vel ton-
ſuram in ſignum futuræ coronæ , & regni

quod expetat in altero ſeculo, quæ clerica
debet eſſe raſa in ſignum depoſitionis tem-
poralium,ut in c.duo ſunt geneta 12. q.1.
& uide Fely.in c.contingit.extra de ſentē.
excom.& plenè habetur per Cæpol.in cō-
ſi.11.inc.caſus talis eſt.Aloiſius.col.12.uer
ſi.de tonſura.& quid ſit pri.tonſura, uide
Imo.in c.clerici officia, extra, de ui.& ho-
45 ne.cleri.col.8.in fin. ¶ Opponitur etiam,
quòd eſt perpetrator plurium, & grauium
facinorum, & in hoc ſciendum eſt,quę ſiut
delicta grauia, & quæ leuia. de quo per
Bartol.& Alex.in l.leuia.ff. de accu.in l.aut
facta.de pœnis.& habetur per gloſſ.in l.au-
xi.ff.de minor. & dicit gloſſ.in ca.cum illo-
rum.in uerbo,membra.de ſen. excommuni.
quod relinquitur arbitrio iudicis. de quo
per Auguſt.in addi.Ange. de Are. in libro
male.in uerb.hæc eſt quædam inquiſitio.
in addi.5.in fi.& delicta atrocia, & grauia
in clericis ſunt adulterium, homicidium
ſacrilegium, falſum teſtimonium,& ſimi-
lia, ut 50,diſt.c.ſi epiſcopus & c.apoſtolis.
lib.6.c.14. nedum neceſſarium (inquit)eſt
ut puniantur nocentes , ſed etiam iuſtiſ-
ſimum. Quod multis autoritatibus probat
Gratia.in c.reos cum ſeq.23.q. 5. Alexan.
Aleſ.3.par.quæſt.51.Luc à Penn. in l.1.C.
de deler & occulta.lib.12. Actus enim pu-
nitionis ē nobilior omnibus alijs actibus
iuſtitiæ in communi, excepto præmio. vt
Scot.inquit lib.4 ſenten diſtinct.14.quęſt.
2.qui diſtin.19.inquit,iuſtitia punitiua eſt
commutatiua pœnæ pro culpa , & non re-
ſpicit punctum indiuiſibilem,ſed medium
habet,latitudinem , intra mætas rectæ ra-
tionis. Quare obmuteſce,& de cætero Fi
ſci officium,ne vituperes . Vnde digreſſus
ſum redeundo , Gloſſ. opinio , alio medio
corroboratur, Iudex à quo eſt appellatum
per appellationem deſinit eſſe iudex,& ta-
men dat terminum appellāti ad ſe pręſen-
tandum conſpectui iudicis, ad quem,ut in
cap.perſonas, &c. ex ratione.de appella.&
not.Barto.in l.præſes.C.de appella. Item
iudex laicus, coram quo opponitur exce-
ptio , reſpiciens ſpiritualitatem,ſi remit-
tit cauſam ad eccleſiaſticum, præfigit ter-
minum, infra quem compareat coram illo
ut habetur in l.quotiens.C.de iudi. ſecun-
dū Ang.& Caſt.in d.l.2.§. ſi dubitetur.er-
go idem in caſu propoſito. Et hāc opinio-
nem tenuit Afflict.in eadem conſt.ſi quem
noſtrorum,in finalibus uerbis.Et quòd iu-
dex qui remittit in caſu propoſito, non ſit
omnino incompetens , ultra alios , probo
93 inconuicibili fundamento. ¶ Viduę ha-
bent duplex priuilegium,unum ſecundum
ius commune,ſeu quod reddit ad ius com-

mune

mune, q̃ non cogantur extra proprium do
micilium, & prouinciam reſpondere, ſed
coram ſuo iudice ordinario conueniantur
alterum, quòd ſi uoluerint agere, & con-
ueniri coram rege, poſsit iudicium, ordi-
narium declinare, & aduerſarij cogantur
examini regis ſui copiam facere. ut d. l.
unica, quando ergo intendunt uti ſecundo
priuilegio, recedunt à iure communi, &
utuntur priuilegio, & iure ſpeciali, ergo il
le eſt iudex ordinarius, & competens, tum
ſecundum ius commune, tum etiam ſecun
dum ius ſpeciale, & priuilegium uiduarũ
& ſi deſinit eſſe iudex facta electione, non
deſinit omnino, imò remanet, quia poſſet
vidua uariàre, & iterum adire iudicem ip-
ſum declinatum, ut infra dicam. Præte-
rea, quando iudex ordinarius declinatur,
non declinatur eo quia, non iudex, ſed eo
quia habet electionem, unum de duobus
94 eligere, quem voluerit, † iudex enim com-
petens, dicitur, etiam ille cuius iuridictio
poterit per exceptionem elidi. gloſ. & Car
di in Cle 2. in 3. quæſtio. vt lit. penden. Er-
go non eſt dicendum, quòd ſit in compe-
tens, facta electione per viduam. Sed pro
Deo, domine iudex, ne differas vlterius,
quid ſentis in hac quæſtioae, nobis dicere:
vidiſti enim in quantis, hic mihi conuicia
tur. ¶ I V D. Semper ridiculum, & homi-
num de villis, reputaui, ad inuicem patro
nos cauſarum in diſcuſsionibus, conuicia-
ri: ea enim attendenda ſunt, quæ ad rem
facere uidentur, & vnuſquiſque ſuam af-
ferre debet opinionem. uterque enim ue-
ſtrum (ut meum interponam iudicium)
bonis & peritiſsimis doctorib. tuetur. Ve-
rùm aduertendum puto, quòd diuerſimo-
de formant caſum quæſtionis, Affli. & Iſer.
& Gloſ. Nam Gloſſa & Iſer. formant ca-
ſum in ea vidua, quæ citatur coram ſuo or
dinario iudice, & declinat eius forum, &
tribunal; At Afflict. format caſum in ea vi
dua quæ citatur cor. ã magna curia vicariæ
uel iuſtitiario regionis, & eius forum decli
nat: caſus. n. hæc diuerſitas, magni momen
ti videtur, nam in primo caſu formato,
per gloſ. & Iſer. non ea difficultas concur-
rit, quæ in ſecundo, quippe, cùm in pri-
mo, omni reſpectu iudex ille eſt compe-
tens, ſiue attento iure communi, ſiue iu-
re ſpeciali, ipſius uiduæ, aut alterius miſe
rabilis perſonæ, ut bene ad propoſitum cõ
ſiderauit fiſcus. Et ideo tanto magis miror
de Iſer. qui tam liberè tenuerit contra gl.
At in ſecundo caſu magna curia vicariæ,
ſeu iuſtitiarius prouinciæ, eſt penitus iu-
dex incompetens, & à nullo, per ſpeciale
reſcriptum, poterit impetrari, contra vi-
duam, uel aliam miſerabilem perſonam,
vt in d. l. vnica optimè probatur; Tunc tã-
tum efficitur iudex competens, cùm ab eis
adeatur, & non aliter. ut ibi in ſecundo re-
ſponſo. Quare in primo caſu, teneo cum
glo. in ſecundo verò contra Afflict. in pun-
cto iuris. Eſt tamen bene verum, quòd in
practica, pluries uidi ſeruari contrarium.
¶ I N Q. Multum enim intereſt, attende
95 re circa factorum formationem, ¶ nã cùm
ex facto ius oriatur, modicum quid variãs
facit uariare, & ius, quare de cætero ero
inſtructus. Retentis ergo terminis benefi-
96 cij. d. l. vnicæ ¶ quæro de alia quæſtione.
Pone quòd vidua elegit forum magnæ cu-
riæ vicariæ, pro morte uiri, ſuperueniunt
pupilli filij occiſi, & eligunt forum iudi-
cis ordinarij, in prouincia, petuntque
remitti cauſam ad illum iudicem, an
debeat remitti? Et mihi videtur duplici
ex cauſa, remitti debere, prima, quia ubi
concurrunt plures accuſantes, & concur-
runt fœmina, & maſculus, præfertur fe-
minæ maſculus. l. 3. ff. de lib. cau. in ca-
ſu in quo eſſent in pari gradu, maxime
ratione pudicitię ſexus. Itẽ quia maſculus
venit de iure communi; & mulier de iure
ſpeciali: ergò maſculus eſt præferendus ar.
l. in cauſæ. ff. de min. Item quia ſpecialiter
conceſſum, non debet redundare in alte-
rius præiudicium l. nec auus. C. de eman.
lib. & hanc opinionem tenuerunt Bald. &
Salyc. in l. vxor. C. qui accu. non poſ. Cùm
ergo pupilli maſculi ſuperueniant, & accu
ſent, atq; declinent forum regij officialis,
petuntq́, remiſsionem cauſæ, remittenda
eſt; quia ipſi in proſequenda iniuria præfe
runtur. Secunda cauſa eſt, ut remiſsio fie-
ri debeat, quia quando pupilli petunt cau
ſam remitti ad iudicem loci, ideſt, ex iu-
re communi; ergò fauorabiliores ſunt. Se
cundum Do. Anto. de Bu. in cap. olim tibi
extra. de uerb. ſign. per illum text. in fin. &
firmat Iaſ. in l. beneficium nume. 39. ff. de
conſti princ. Id. n. intuenti rectè, uidetur





tenere Angel. in l. vbi cœptum. ff. de iud.
nam ibi colligitur regula, quòd ubi cę-
ptum eſt iudicium, ibi finem habere debet
fallit (ſecundum eum) quando declinat
iudicium ille, qui plures iudices habet. Sic
ergò, cùm pupilli ſuperueniant, habeantq́;
plures iudices, etiam quòd iudiciũ ſit ali-
97 bi cœptum poteſt peti remiſſio ¶ Item p̃-
fertur priuilegium cauſę naturalis, priuile
gio cauſæ accidentalis, ſecundum Bal. in
l. qui habet. ff. de tutel. Sed priuilegium
cauſæ naturalis, eſt ætatis, quod concur-
rit in perſonam pupillorum, & priuilegiũ
cauſæ accidentalis, eſt in vidua, quod eſt
miſerabilitatis, ergò pupilli præferuntur.
F I S. Contrariã opinionem puto probabi-
liorem. Nam priuilegiata eſt vidua, & pri-
uilegiati ſunt pupilli, eodem priuilegio:
Sed concluſio eſt, quòd priuilegiatus non
utitur priuilegio contra pariter priuilegia
tum, vt videtur tenere Afflict. in conſti. ſta
tuimus vt magnæ, ergo non habetur in cõ
ſideratione priuilegium ipſorum pupillo-
rum. Item pro hac opinione bene videtur
facere conſilium Aret. 82. ſecunda col. ver.
Sed dubium remanet. ¶ I V D. Remiſsio
nem cauſæ, ad inſtantiam pupillorum, (ra
tionibus, per inquiſitum conſideratis) fieri
debere, proculdubio arbitror. Eſt tamen
benè verum, quòd vbicunq; apparere, ſeu
conſtare poſſet, quòd remiſsio peteretur,
per colluſionem, vel per fraudem, & vt res
facilius reducatur ad concordiam, denegã
da eſſet, eo enim in caſu, licet in accuſan-
do, pupilli præferantur, rationibus ſuprà al
legatis reijciuntur, & vidua ut idonei or p̃
fertur. vt latè dixit Boer. deciſio. 228. & di
cam infrà in verbo, audiantur exceptio-
nes proponendæ per eos, ad vnũ tamen ad
uertendum eſt; quod facit difficultatem in
principali negotio. Nam poſſet dici quòd
pendente accuſatione facta per viduã, non
admittantur pupilli, etiam q̃ maius ius
prætendant, ad nouam accuſationem; niſi
vt pro eorum intereſſe aſsiſtãt, ut offenſor
puniatur ſufficienti pœna. Vt dicam in d.
verbo, audiantur exceptiones. Et ſic nõ po
terunt iudicium nouare, ſed in eodem iudi
tio tenentur aſsiſtere. In quo vltimo cogi-
tandum relinquo, quia eſt pulchrum ver-
bum? tantò magis quia hodie videmus, de
facili fieri tranſactiones in curijs Baronũ,
& in curijs regijs minimè, & ſic ſemper
quando petitur auocatio cauſæ à curia re-
gia ad baronem, uidetur fieri in fraudem.
¶ I N Q. Maximum certè eſt miſerabi-
98 lium priuilegium ¶ Sed vtrum poſsint va
riare hæ perſonæ, poſito quòd egiſſent co
ram vno, & velint mutare propoſitum, &
alium iudicem adire? Et in hoc mihi vide-
tur concludendũ, quòd facta electione de
vno, per miſerabiles perſonas, non ſit lici-
ta variatio; quia ex electione facta, eſt ac-
quiſitum ius parti aduerſæ, & iudici ele-
ctio ſecundum Spec. in titu. de comp. iud.
elect. num. 15. & in titu. de reo. nume. 8. ubi
loquitur de ſcholari, qui habet tres iudi-
ces, & vnum eligit. & ita etiã tenet Berna.
Scodo. in auth. habita. ne fil. pro pat. in ver
bo, huius rei optione data. Hæc quidem
de facili, tum maxime, videtur procedere,
vbi hæ miſerabiles perſonæ, non ſimplici-
ter egiſſent corã vno iudice, ſed vltra de-
claraſſent, quòd illum eligũt in ſuum iudi-
cem, cum perhorreſcentia aduerſarij, co-
ram altero, iuxta terminos conſti. ſtatui-
mus. quia tunc per electionem factam, re
non integra, non poteſt variari. l. apud au-
fidium. ff. de optio. lega. & l. ſtatu. liberum.
§. fi. ff. de lega. 1. Nam licet electio ſit varia-
bilis, non tamen eſt variabilis declaratio
ſecundum Glo. quam ſequitur ibi Iaſ. in l.
quicquid aſtrigendæ. ff. de verbo. obliga.
num. 8. F I S. Nouam opinionem in hac
quæſtione affers; An fortè ignoras quòd
priuilegio. d. l. vnicę, nõ poſsit renunciari?
ſecundum gloſ. in dict. l. in verſ. excedere,
quam ibi Bolog. vltra alios reputat ſingu-
larem, & in l. pen. C. de pact. Roma. conſil.
269 incip. non eſt dubium, Felyn. in c. ſi di-
ligente de for. compe. 4 fallen. 3. correla-
rio. Berta. in tract. de gabell. 7. par. quæſtio.
27. Bal. in c. de cauſis. col. antepe. de offi. de-
leg. Et ideó hac de cauſa, Tho. Parpa. in
d. l. pen. dicebat ſe vidiſſe in cauſa cuiuſ-
dam viduæ, quæ corã ordinario, iam erat
cauſa apunctata, ad ius, petijt ſe remitti,
coram principe, & fuit remiſſa, quia per
conſenſum primum in litigando, coram
ordinario, non potuit renunciare priui-
legio. d. l. vnicæ. Idemque tenet Afflict. in
conſti, ſtatuimus col. 10. q. 13. Quod eſſet
limitandum, niſi cum perſona miſerabili
eſſet admiſſa nõ miſerabilis, q̃a tũc varia-

tio non daretur, ſed remaneret cauſa co-
ram primo ſcd̃m Aret conſ.83.col.4.verſ.
vltimo dicebant & ſequitur Neuiz. in ſua
ſil.nup.in lib.6.nume. 38. ubi diſputat ve-
ritatem huius limitationis, licet in contra
ria opinionẽ, contra Afflict. fuiſſet Dida.
Couarru.in lib.practi.queſt.c.7.verſus fi-
nem, in uerſ.nono. ¶ I V D. Profecto hæc
queſtio eſt ſatis pulchra,&valde practicaƭ
& in ea, non eſt dubitandum, quòd licet
miſerabiles perſonæ couſentijſſent coram
iudice ordinario, quòd poſſent poſteà va-
riare,& petere ſe remitti ad regium tribu
99 nal. † Sed remanet dubium qñ ipſę perſo-
næ miſerabiles, adijſſent tribunal regium,
illud eligendo in iudicem ordinarium, an
poſsint variare,&petere ſe remitti ad indi
cem ordinarium, & in hoc concurrunt ra-
tiones conſideratæ, per inquiſitum, quòd
remitti non debeant, ſemel tamen facta
eſt declaratio & electio,ſemelq́; prę ſtitum
eſt iuramentum, de perhorreſcentia, ni-
mirum ſi uidetur non poſſe uariare, & pro
hac opinione uidetur facere doctri. Bal.in
l.1.C.de fur. uerſic.quartus caſus : Docto.
.n.loquentes quòd poſsint uariare, ponunt
exẽplum quando prius egiſſent coram or-
dinario,& deinde volunt adire regem, ac
caſus noſter, in eo uerſatur, ubi aditus eſ-
ſet Rex, eiusq́; iudicium orauerint miſe-
rabiles perſonæ,& deinde ab eo vellent de
clinare.ubi enim declinarunt iudicium or
dinariũ oportuit eas iurare ſe p̃horreſce
re potentiam aduerſariorum in partibus,
per d.l.vnicam.& conſt.ſtatuimus, ubi au-
tem vellent modo uariare, & redire ad or-
dinarium, eſſet neceſſe, iterum iurare,
quod ibi perhorreſcant potentiam partis.
quòd quidem non eſt præſumendum cùm
in curia regis,non cadat potentia, nec me
100 tus, † quæ idem ſunt ſecundum Cardi.
in Cle.2.§.notorium de re.iudi. & nota.in
l.1.& ibi Barto.C.de his qui per met.iud.
non appella.& Barto.in l. fin.ff. quod met.
cau. Et hac ratione,quando tex.in d. l.uni-
ca.dat priuilegium miſerabilib. perſonis,
ne extra prouinciam extrahantur,non dat
ratione perhorreſcentiæ,ſed ratione maio
ris comoditatis inſtrumentorũ & teſtium.
Errant igitur multi, qui indiſcriminatim
iurant de perhorreſcẽtia.Sed ſi quis dicet,
ex dictis meis met, me conuinci,non eſſe
idoneam eam rationem, quam paulo ante
conſiderabam, ꝙ ideo non eſt dicendum,
miſerabiles perſonas nõ poſſe tribunal re-
gium declinare, quia eſſet neceſſe iurare,
de perhorreſcẽtia,quia poſſent declinare
alia ratione,uidelicet maioris commodita
tis inſtrumẽtorum & teſtium. reſpondeo
quòd hoc priuilegium,ne extrahantur ex-
tra prouinciam habet locum,quando con-
ueniũtur, at ut poſsint adire regẽ, habet
locum quãdo ipſæ agunt, vnde cum ſemel
elegiſſent tribunal regium,prę ſumendum
eſt, quòd inſtructæ uenerint, & confiden-
tes ibi habere commoditatem:& ſic eis de
beret imputari. Aliàs eluderetƭ curia prin
cipis & eluderentur aduerſarij,qui contra
ius commune, traherentur ibi, & demum
cùm haberent cauſam in bonis terminis
oporteret alibi ſe transferre:eluſio autem
eſt euitãda ſecundum Feli.in c. rodulphus
2. col. verſi. & ob eluſionem.de præſcript.
Electio enim habet vim repudiationis, &
cætera conſumit.Bal.in l.15.col.C. de fur.
101 per l.is qui ſtichum de procu. ¶Item pri
uilegia declinandi forum, ſunt ſtricte in-
terpretãda, cùm ſint cauſſa multorum ma
lorum.l.penul.C. de pri. ſcholarium.& ibi
not.Luc.à Penn.lib.12. Et ita tenerem de
iure tanto magis, quia ſemel cauſa auoca-
ta ad regem, inferior non debet, nec po-
teſt in ea manus apponere, & indecorum
eſſet. licet pluries vidiſſem contrarium
practicari,& neſcio qua ratione. Cùm er-
go caſus euenerit, defendas cauſam tuam
tu fiſce. ¶ I N Q. Obiter enim Fiſcus ſu-
perius dixit, quòd miſerabilis contra mi-
ſerabilem,nõ poſsit vti priuilegio.d. l. uni
102 cæ, † nunquid enim id ſit indiſtincte ue-
rum,& uereor ne ſit omnino verum. Nam
ubi pupillus conueniat pupillum, qui erit
reus conuentus, poterit vti priuilegio cõ
tra actorem pupillum, & eſt ratio, quia
pupillus reus conuentus habet æquale pri
uilegium cum actore, habetq́ue aliud pri
uilegium,quia eſt reus, qui nititur cõmu-
ni priuilegio, quòd actor ſequatur forum
rei. & hanc opinionẽ approbat Luc. à Pen.
l.2.in fi.C.de ſilen.lib.12.referens longam
diſtinctio.Iac.de Are.in l fin.ff.ex qui.cau.
ma.que m refert Alber à Roſa. in d.l.fin.&
ibi hoc idem firmat.ſed licet.Afflict.in cõ-
ſti.ſtatuimus alleget Luc.à Pen. in l.2.uo-





luit allegare in l.pen.eo tit.& in quantum
ipſe dicit, ꝙ refert longam diſtinctionem
Iac.de Aret.voluit allegare Iac.de beluiſ.
ſi uerò pupillus,uel miſerabilis ſit auctor,
eligatq́; ordinarium iudicẽ cõuenti pupil
li,vel miſerabilis perſonæ & cõuentus eli
gat magnam curiam vicariæ,ſtaretur ele-
ctioni actoris, & non conuenti,quia cõuen
tus cùm nollet ſtare iuri,coram ſuo iudice
ordinario,videtur eſſe in malitia, quia in
eius terra cõmodius poſſet habere teſtes.
ſicq́ue vt vides, non eſt indiſtinctè uerum
id quod proximo loco dictum eſt. ¶ IVD.
Hæc omnia refert Afflict.in allegata con-
ſti.ſtatuimus in ſecunda q.in 7.nota.& tan
dem ipſe concludit,quòd priuilegiatus a
iure communi, non vtitur priuilegio ſuo,
contra alium æque priuilegiatum de iure
communi,& ſic iſta priuilegia confundun
tur, & obſeruatur illud, quod generali-
ter ſtatuit, ius commune, in quantũ vult
quòd actor ſequatur forum rei.Sed eſt ad
uertendum quòd ipſe idem Afflict.ibidem
in 12.q.tenuit quòd quando pupillus agit
contra miſerabilem perſonam,non proce-
dũt ea quæ ſuperius dixit;ſed ipſi pupillo
datur priuilegium eligẽdi,quia prę fertur
priuilegium quod habet pupillus priuile-
gio qđ habet altera perſona miſerabilis,
cùm illud ſit ætatis,& ſic cauſæ naturalis,
& cauſa naturalis eſt potẽtior quàm cau-
ſa accidentalis,& ſic miſerabilitatis perſo
næ per doct.Bal.in l qui habet.ff.de tutel.
& ſic dicit ipſe, patet quòd pupillus,& vi-
dua, poteſt eligere iuſtitiarum prouinciæ.
Pro certo,ſi Hier.in 8.epiſ. (prout legitur
in c.ego.9 diſtinctio.) non inſtruiſſet nos,
quód legentes aliorum ſcripta, & inuenia
tur aliquid quod nos offendat,credere de-
beamus, vel mendoſum eſſe codicem, vel
non aſſecutum interpretem quod dictum
eſt, uel nos minime intellexiſſe,dixiſſem,
vehementer erraſſe Afflict. nam in ſecun-
da quæſtione, poſuit etiam exemplũ prin-
cipaliter in pupillo, & eandem cõcluſit vt
ſupra demonſtratum fuit, & in 2. q uices
quam longè deuicit,item id quod in pupil
lo dixit in 12. q. in fine, in illis verbis &
ſic patet,extendit etiam ad viduam, æqui
parandos pupillos viduis.Item in ſecunda
q.expreſſe reprobauit allatam opinionem,
quæ ſe habebat,quòd conſiderari deberet
maior ratio priuilegiati, & magis miſera-
bilis, & minus miſerabilis. Alijs quoque
rationibus reperio Couarr in lib. pract.q.
cap.7.qui conatur hanc Afflict.opinionem
refellere, dicit enim non recte opinionem
Bal.ad eam rem citari,cum Bal.in vna ea-
demq́; perſona loquatur, nõ autem,quan-
do tractatur de præiuditio tertij,& ſic al-
terius miſerabilis perſonæ, ſed certe,licet
Bal.loquatur exemplificãdo caſum in vna
eademque perſona,nihilominus regula eſt
generalis, quód magis inſpicitur & atten-
ditur id quod naturale eſt,quam acciden-
tale.vt not.gl.inſtitu.de re. diuiſio.§ pauo
num,& in l.1.§.beſtias.ff.de poſtul. Dyn.&
Bart.in l.ſi quis poſthu. ff.de lib.& poſthu.
& Bar.in l.fin.ff.de offi.procon.arg.l.3 ff.de
tutel.Item in ſpecie Bar.no.in l.verum.§.
fin.ff. de minor. quòd priuilegium ratione
ætatis,eſt potentius quám aliud:& ſequun
tur omnes, & ſic contra id quod Couarru.
ſic hilari fronte firmauit.Nec videtur con
cludere primum eius motiuum in ordine,
quatenus dicat,opinio.Bal.& aliorum pro
cedere,quãdo priuilegium eſt diuerſę ſpe-
ciei, caſus enim noſter procedit in duobus
priuilegijs quæ eiuſdem ſpeciei ſunt,quia
& ſi priuilegia ſint eiuſdem ſpeciei, ratio
priuilegiorum,ſeu cauſa,eſt diuerſa,& cau
ſa priuilegij pupillorum, eſt potentior, ut
ſupra;nimirum ſi operari debeat,ut priui
legium præualeat,Bal. enim & Docto.non
conſiderant diuerſitatem priuilegiorum,
ſed cauſas conceſsionis ipſorum. Secundũ
eius motiuum minime ſatisfacit, in eo qđ
dicit, quòd ideò pupilli non ſunt magis
priuilegiati quàm alij,eò quia vterq; tra-
ctat de damno vitando,reus ne cogatur ex
tra proprium domicilium litigare, actor
ne cogatur ſequi forum rei,quia docto.qui
in ea re loquuntur, non loquuntur de eo
damno,ſed de damno burſali;aliàs ſemper
vterque tractaret de dãno vitando: & hoc
bene probat tex.in l. verum §.fi.ff.de min.
& ibi Bar. Alber.& cæteri : Tertium (rur-
ſus) motiuum,pariter euitari poterit, Nã
licet enim pupilli, habeant tutorem,quo
regantur,& alia miſerabilis perſona, nul-
lum habeat defenſorem, & ideó minor ra-
tio priuilegij, videtƭ eſſe in pupillo, quàm
in alio miſerabili;item forſan pupillus di-
ues eſt, & alia perſona miſerabilis pauper

nihilominus lex concedens priuilegia pu
pillis,non habuit conſiderationem, quód
pupilli habeãt tutores,ſed tantum ad ęta
tem quæ non poteſt per ſe regi, ſed per
alios,& in hoc ē miſerabilitas,& licet ſint
diuites, cauſa ætatis, q̃ eſt cauſa priuile-
gij,adhuc uiget,& illa cauſa ętatis,fortior
103 eſt alijs,† ætas enim illa,multis inſidijs
expoſita eſt;multisve captionib. nimirum
ſi fortior.l.1. ff.de minor. & inſidijs & ca-
ptionibus tunc expoſita eſt,cum tutoribus
regantur d.l. prima. Nec obſtat quod in
quarto dixi.uidelicet,quòd cúm caſus eue
nerit, res deducetur ad contentionem, cũ
uterque tractabit ſuo uti priuilegio,quia
nihil refert quód ad contentionem dedu
catur,ſufficit enim ſuo iure pupillos niti,&
ratione naturali & ſufficienti moueri.Iu-
dex enim aditus dirimet controuerſiam.
Nec inutile,priuilegium datum alijs mi-
ſerabilib.perſonis,quòd præferatur priui-
legium.quælibet enim regula patitur ex-
ceptionem & tamen nõ fit propterea inu-
tilis,imó per illam firmatur.l.quęſitum.§.
denique.& ibi Bart. ff. de fun.inſtru.l.nam
quod liquide.§.fi. ff.de pen.lega. Ad ſextũ
uidelicet quòd magis attendatur priuile-
gium conuenti, tanquam habens confor-
mitatem cum iure communi, quam acto-
ris, tamquam deuians; poteſt reſponderi,
quòd illud eſt uerum, quando eſſet par
priuilegium, & cauſſa priuilegij, in
perſona utriuſque. at ſecus ſi diſpar.
ſecundum Iac. But. & poſt eum Alber.
in l.fi.ff.ex qui cau. ma.cumq́ue diſpar ſit
cauſſa priuilegij, quia illud ratione æta-
tis iſtud ratione ſimplicis miſerabilitatis,
ſequitur quód eius argumentum,non pro
cedit. Omiſsis ergo alijs quæ Couarru.in
ducit pro hac parte.contra Afflict. mihi ui
detur fortiter facere, contra Afflict.quia
tunc uera eſſet. eius opinio indubitanter
quòd magis attenderetur priuilegium pu
pillorum, quàm aliarum perſonarum mi-
ſerabilium,ubi pupilli eſſent priuilegiati
in ſpecie,& perſonæ miſerabiles in genere
per l. fi. C. ex qui.cau maio. & concludit
Corn.con.235.in 3.lib.nume.5. & in con.
140.primo lib.nume.9.& ſequen.in cauſſa
autem noſtra,uiduæ,pupilli, & miſerabi-
les perſonæ, ſub eadem conſideratione,
eodem contextu uerborum & eadem lege
in ſpecie reperiuntur priuilegiati,ut con
ſtat in d.l.unica.C.qñ Impe. inter pu.uid.
& miſ.per.ergo ad inuicem eorum priuile
gia confunduntur:Nec unus cenſeri debet
magis priuilegiatus quã alij Imo adeo pri
uilegium pupillorum eſt generale, & non
magis ſpeciale quàm aliorum, quód dicit
Gloſſ.in l.2 C. de cura.furto, quam tenet
Bal.in l.iubemus nulli.in prin. C.de ſac.
ſan.eccle.& ſequitur Socyn. con. 66.nu.7.
104 ¶.quòd priuilegia conceſſa pupillis cẽſẽ
tur conceſſa omnibus alijs qui per admini
ſtratores & alios reguntur. & dicit Bald.
in conſ.365. in 6.lib. quòd quando plures
uno priuilegio ſimul ſũt priuilegiati,unus
non poteſt priuilegio contra alterum uti;
ſicque nullam ſpecialitatem eis tribuẽdẽ
hoc in caſu, arbitror; ſed omnia ad eam
diſtinctionem, quam inferius deſcribam,
reducenda puto. Sequendo igitur ordinẽ
Couarru.in præcitato loco. poterit ſecun
dus caſus contingere, quód uidua agat,cõ
tra pupillum pauperem, vel aliam uiduã
& vult vti priuilegio.d.l.unicæ, quo in ca
ſu,non poſſe, proculdubio firmat. Ter
tius erit caſus, ubi pauper agit contra ui
duam, pupillum, vel eccleſiam pauperem
uelitq́; eos ad curiã regis uocare, pręter
miſſo ordinario iudice, domicilij, & pari-
ter eiſdem rationibus non poſſe, inquit.
Vbi autẽ pupillus ageret contra pupillũ.
non potuerit actor reum trahere extra ꝓ
prium domicilium. Quoties verò miſera
bilis perſona, uocauerit in iudicium aliã
miſerabilem perſonam, quæ declinet fo-
rum illius iudicis,petatq́ue cauſſam defer
ri ad curiam Regis, non erit admittenda,
quia reus eſt in malitia, declinando pro-
prium tribunal Et quia enumeratio horũ
caſuum uidetur impertinẽs,poſtquam ſub
regula generali claudantur, (ut & ipſe fa
tetur)omitto alios.ſolum enim reſtat,ali-
qua dicere, in nono caſu, inquantum uo-
luerit, quód per litis conteſtationem mi-
ſerabilis perſona amittat priuilegium,
quod quidem,quâm ſit a ueritate deuium
ex dictis in ſuperioribus iam patet:ut er-
go omnia breui methodo comprehendan-
105 tur,ſic dicendum arbitror,¶ quod regu-
lariter priuilegiatus, non utatur ſuo pri-
uilegio, contra pariter priuilegiatũ,ſed
conquallantur, confunduntur q́ue priuile-
gia,



gia, & res reducitur ad terminos iuris
communis, ſecundum opinionẽ.Afflict.
Fallit hæc regula, primo, quando quis
eſt priuilegiatus priuilegio habente or-
tum, & dependentiam à priuilegio aduer
ſarij.quia tunc ipſe aduerſarius, poterit
uti ſuo priuilegio per textum in authent.
niſi rogati.C ad trebelli & ſic ſi pupillus
uidua,uel miſerabilis perſona,agat cõtra
ceſsionarium miſerabilẽ, uel conuenia-
tur,poterit uti ſuo priuilegio. Pariter ſi
contendant regia curia & Baro, ſuper re-
miſsionem carcerati pœnes Baronem; &
dicat Baro non debere remitti,quia ex
quærela uiduæ eſt aditus, & curia regis
prætendat habere remitti id expoſcente
alia miſerabili perſona. certè quia curia
Baronis nititur priuilegio miſerabilitatis
ſuccumbet.Itẽ fallit ubi in cauſſa de qua
agitur,& allegantur priuilegia, unus alte
ro potiorem haberet rationem, & potiora
iura,exemplum,ſi uidua accuſauit in cu-
ria Baronis,occiſores de morte mariti, &
pupilli in curia Regis, tunc quia potiora
iura habent pupilli,ipſi reuocãt causã ad
tribunal regium.per not.per Bar. & alios
in auth.quas actiones.C.de ſacroſan. eccl.
In eo quòd notant de potentiore iure, &
priuilegio licet contrarium poſsit allega-
ri.id quod idem Bart.& alij ibidem nota.
inquantum concludunt,quòd priuilegia-
ti cum egerint contra extraneum,& ad in
ſimul concurrant;ſe impediũt propter cõ-
curſum.l.duo ſunt titij.ff de teſta. tute.&
l.ſi fuerit.ff de re.dub & ambo æqualiter
mittuntur.l.priuilegia ff.de priuile.cre.
& qa in caſu propoſito, & exemplificato
non poterunt ęqualiter admitti,cũ uterq;
diuerſis in tribunalibus prætendat cauſã
auocare,uideretꝫ q̃ deberet ſeruari ius ge
nerale,& commune,nihilominus, ut dixi,
ſeruatur,quod eſſent intelligenda, ſecun-
dum ea,quæ in ſuperioribus annotaui.
Itẽ fallit cúm vnus tractat de lucro,alter
de dãno.per dicta per Docto. in aut. quas
actiones.C.de ſac.ſanct.eccle.& in l. uerũ.
§ fi.ff de mino.& ideò ſi Baro cognoſcit d
cauſa contra exterum ratione delicti cõ-
miſs in territorio.& quia habet quærelã
viduæ,& aliter Baro petat remiſsionẽ ra-
tione ſuorum priuilegiorũ, ut poſsit co
gnoſcere etiam de delictis alibi cõmiſsis
& cum ille ſit ſuus vaſſallus, præfertur
dominus vaſſalli, quia tractat de damno
vitando, & ille de lucro. alios verò ca-
ſus & fallentias, colligere poteris ex
his, quæ late habentur, per Docto. in d.
authen. quas actiones, & lege verum.§.
fina.de minor. & l.fi.ff. qui.ex cau.maio.&
per Couarr,ubi ſupra.F I S de priuilegio
uiduarum, & miſerabilium perſonarum
plura uidimus, videamus modo de alijs
priuilegijs nõ clauſis in corpore iuris qua
liter unum præferatur alteri. ¶ I V D.in
hoc videnda eſt diſtinctio poſita per docto.
in d.auth.quas actiones. & in l.fi.ff ex qui.
cau.ma. & ea quæ infra ponentur per diſ-
curſum. ¶ F I S. Sed quid de caſu in par
106 ticulari dicemus, ¶ pone quod conceſ-
ſum eſt caſtrum baroni cum territorio,
& cum iuriſdictione in eo caſtro & territo
rio,& contingat aliquem uaſſallum alte-
rius caſtri, vel ciuitatis ibi delinquere,cu
ius baro habet priuilegiũ ne eius ſubditi
alibi poſsint cõueniri. & corã alio iudice,
ẽt ratione delicti,vel loci,nunquid ad eum
ille delinquens captus per iudicẽ loci.de-
beat remitti?& videtur dicẽdum quòd nõ.
Nã dominus loci delicti habet iuriſdictio-
nem in territorio, & ex conſequenti uide-
tur cõceſſa iuriſdictio in omnes delinquẽ
tes in eo.ergo,non debet remitti,ſi priuile
gium loci delicti eſt antiquius illo domi-
ni loci & originis per doctri. Alber.& alio
rem in d.l fi ff. ex qui. cau.maio. ¶ I V D.
Hæc quæſtio pendet in facto, in regia au-
dientia principatus citra,inter vniuerſita
tem lacus liberi habentem priuilegia po-
ſteriora, quód nullus de dicta terra poſsit
alibi conueniri,etiam ratione loci & deli-
cti,& Ducem mõtis leonis habentem pri
uilegia,priora, & dixi.ac conſului debere
remitti, quia Ill. Dux, non habet pri-
uilegium in ſpecie, cognoſcendi in quoſ-
cunque exteros delinquentes in eius terri
torio:ſed tantum id in genere habet.& vni
uerſitas lacus liberi, habet priuilegium in
ſpecie, cognoſcendi de ſuis uaſſallis alibi
delinquentibus:ergo præfertur, ut per Al
ber. & alios in d.l.fi ff ex qui cau maio &
per Bar.& alios maxime Saly. in d.authẽ.
quas actiones. Priuilegium enim Ill.Du-
cis ampliatur à iure communi, ad id &
priuilegium lacus liberi in ſpecie illi de-
rogat.Et

107 gat. Et regula eſt q; quando duo ſunt
priuilegia,& primum in tpe continet idẽ
quod ius commune tollitur per ſecundũ
etiam non facta de primo mentione:licet
ſecus ſit, ſi partem contineat contra, &
partem ſecundum ius commune. ita Bu.
in c.1.de reſcrip.& ibi alij Docto.& Fely.
ibidem nume.5.verſi.limita;ſecundo,& ui
detur tenere Areti.conſi.76.Et cùm priui
legium Ill.Ducis cõtineat;idem quod ius
commune,cenſetur ſublatum, per illud la
cus liberi.Id maximè procedit, quia pri-
mum priuilegium Ducis non in totũ tol-
litur, ſed in certo tantum genere, perſo
narũ reſtringitur;quo in caſu,generale ab
ſorbetur ex ſecundo ſpeciali,in illo gene-
re perſonarum.Ita Hoſtien.in d.c.1.de re
ſcrip.quem ſequitur Fely.ibi.num.5.in fi.
uerſi.limita.quinto. Nec obſtaret,ſi dice-
retur quòd priuilegium Ducis continens
ius commune,eſt ſuper tali materia iuris
communis ſuper qua requiritur expreſſa
mentio,uel derogatio,ut habetur in aut.
qua in prouincia.ergo ſic dicendum ſit de
priuilegio lacus liberi,quòd debuiſſet ha-
bere expreſſam mentionem, uel deroga-
tionem, quia dico quód quando priuile-
gium eſt conceſſum de conſ.procerum,nõ
requiritur derogatio,ita Ang.in authen.
qua in prouincia nume.2.hæc enim tanto
magis proceduntquia,priuilegium Ducis
non continet damnum burſale.ut per D.
in c.dudum de præben.in 6.Felyn.ubi ſu-
pra nume.5.in ſecunda reſtrictione. Item
licet in genere ſit quęſita iuriſdictio ĩ ter
ritorio,& ſic quò ad iuriſdictionem in ter
ritorio ſit quæſitum ius in re, non tamen
certitudinaliter,& in ſpecie,eſt ius quæ-
ſitũ quo ad homines lacus liberi,ultra ius
cõmmune; ſed quó ad illos, uidetur tan-
tum quæſitum ius ad rẽ,non ius in re,cer,
titudinaliter,& in ſpecie,ergo non debuit
fieri mentio. Ita Fely.ibi,in pri ma limi.
& numer.11.& in ſecuda fallent. et adde
Philipp.Franciſ.in cap.dudum.de præb.in
6 not.ubi in ſpecie refert, quòd ſi uni eſt
cõceſſa iuriſdictio generalis in certo loco
et alteri in ſpecie cõcedatur cognitio ali
cuius caſus ab illa generalitate, valet cõ
ceſsio,etiam non facta mencione de prima
latum fuit decretum in fauorẽ uniuerſita
tis lacus liberi,ſub die 23.Iulij 1560. me
patrocinante.Pendet appellatio in magna
curia, p parte Ducis ſub die 15.Octobris
1560.magna curia vicariæ non decidit fa
ctum principale, ſed quia Ill. Dux dice-
bat ſe habere ſecundas cauſſas iõ petita
miſsio debebat peti corã iudice ſuo ſecũ-
darũ cauſſarum:ideò magna curia decre-
uit quòd carceratus cum omnibus actis re
mittatur ad dictum iudicem ſecundarum
cauſſarum,qui prouideret circa dictam re
miſsionem petitam,& certè non ſine ratio
ne hoc fecit. ſed remiſsio non poteſt,dene
gari,& iam magna curia declarauit quòd
ſuper remiſsione carcerati ad terrã lacus
liberi,nõ eſt dubitandum,finaliter magna
curia declarauit male iudicatum p Re-
giã Audientiã;& dum fuiſſet appellatũ ad
ſacrum Regium concilium.fuit confirma
tum decretum Regiæ Audientiæ, & reuo
catum illud magnæ curiæ, & ſic cauſſa &
carceratus remiſsi ad capitaneum lacus li
beri per prędicta. F I S. Aliam propono
108 quæſtionem, ¶ pone quòd aliquis Baro
habet iuriſdictionem in caſtro, in homi-
nes & vaſſallos, & contingat aliquem ſuũ
vaſſallum delinquere extra territoriũ ca-
ſtri,& ab eo pro eo delicto capiatur,& cõ-
tra eum procedatur ad quærelam, nunqd
curia regis rectè prætendat quòd p illo
delicto Baro non cognoſcat, ſed ad eam
captus remittatur; & certe uidetur dicen
dum quód ſic,quoniam Baro nullã habet
iuriſdictionem extra ſuũ territoriũ; eius
enim iuriſdictio fundat̃ ex priuilegio, un-
de eatenus habet Baro,quatenus in eo ex-
primatur.& non ultra. ſecundum Cardi.
in cle.1.3.quæſt.de offi ordi & refert & ſe
109 quitur Alber.Bru conſi 35.num 6.& ubi
priuilegium poterit exẽplificari in certo
caſu,non debet vniuerſaliter operari; ſe-
cundum Gemi.in c 1.de priui.in 6.uer.1.
& 2.uidetur enim cõceſſa iuriſdictio in ip
ſo caſtro & illi homines de caſtro cenſen-
tur exempti á iuriſdictione regia, quò ad
delicta in caſtro commiſſa, non autẽ quò
ad alia extra caſtrum commiſſa,imò in il
lis remanet ſubiectum.c.ſi papa circa fi.de
110 priuilegio.in 6. ¶ ipſeque Baro non dẽt
excedere metas ſui priuilegij ut p Gemi.
in d.c.1.in prin in 2.no.I V D. Contrariã
opinionem teneo; Nam nulli dubium eſt
quòd ex priuilegio,Baro eſficit iudex or
ginis



ginis & domicilij,& ideo omnia quæ ius
concedit iudici originis & domicilij,com-
petunt Baroni:ſed iudex originis ( ſecun-
dum communem opinionem ) poteſt pro-
cedere contra eius ſubditũ de delicto cõ-
miſſo extra territorium,per uiam accuſa-
tionis, quando habet delinquentẽ in ma-
nibus ſecundum Iacob. de Ra.& Alber.in
l. hæres abſens. §. ſi quis tutelam nu.8.de
iud.& Iac.de Bell.uiſ.in rep. §.contrahen-
tes de for. compe. in 6. nume. 121.& An-
cha. in c. poſtulaſti nume.14. cod.titul.&
late per Couarru.in l.pra. quæſt. in c.11.
per totum.& Io. And.in addi. ſpecu.in ti-
tu.de competent.iu.adi. §.1. Bald.in conſ.
393. primo lib. Boer. deciſio.370. ergo &
ipſe baro. Et licet priuilegiam non ex-
preſſe dicat, tamen ius extendit & de-
clarat,imo regia pragma. incip. licet, ut
uniuerſis. expreſſe mãdat fieri remiſsionẽ
delinquentium ad locũ originis & domi-
cilij.Nec mirum uideatur,quòd dixi priui
legium eſſe in hoc extendendũ, & declarã
dum a iure,quia cum priuilegium ſit ſecũ
dum ius commune eſt ampliandum; &
quòd ſit ſecundum ius commune, probat
111 tex.in l.hæres.abſens.§.ſi.ff.de iu.† Imò,
cum hic caſus, ſit omiſſus a priuilegio,re-
manet in diſpoſitione iuris communis,l.ſi
cùm dotem.in princ.ff.ſolu. mat.l.ſi extra
neus cũ ſimilibus.ff.de cõdi. ob cauſ. Al
ber.Bru.conſi.95.nu.10.& de iure cõmu-
ni.clarum eſt, quòd quis ſortitur forum,&
quis cõuenitur,ratione originis & domici
lij.ſecundum Dyn.Iac.de Are. & Barto.in
l.aſſũptio.ff.ad muni.& Ang. in d.l hæres.
112 abſens.§.ſi is qui tutelã ff de iudi.¶ Itẽ
forus originis eſt ſatis priuilegiatus,& nõ
amictitur, neq; aliquo modo. mutatur,gl.
ſingu.ſecundum Bald.ibidem in l.pen.ff.de
ſena.Doctor.allegant.text.in.§.ſed natura
lia.inſti.de iure nat.gen. & ciuil. & uoluit
Soc.conſi.33.lib. primo ergò ille forus ſẽ
per uidetur præſeruatus,& exceptus.& po
ſito,quòd priuilegiũ loci delicti.ſeu regis
eſſet paris potentiæ,cum eo loci originis,
tamen quia carceratus reperitur in poſſe
dñi originis & domicilij, potior eſſe de-
bet per doctri.Bar.& aliorum in d.authen.
113 quas actiones,dum dicũt, ¶ quòd potior
eſt conditio poſsidentis per tex. in l.ſi ſer
uus.§.illo.ff.de uer. obliga. Poſtremó cùm
ex priuilegio, Baro ſit effectus dominus
uaſſallorũ, & in eos ſit ſibi facta cõceſsio
oĩa uidentur conceſſa, & omnia tranſeũt,
niſi prohibita.l.ab ea parte. ff de probati.
ſi quis pro eo. §.ſi nummos.ff.de fideiu.§.
datus.inſti.de tuto.l.qui haber §.ſi.ff.detu
te.l.2.C.de excuſa.tuto. & ita determinat
And Iſer.in tit de prohi feud alie.per Fre
der.prima col.uer & tenemus hodie,& in
tit.quid ſit inueſti.& Guliel. a Per.in cõſ.
5.ſed in priuilegio & de iure cõmuni non
reperitur prohibitũ quòd iudex originis
poſsit cognoſcere de delicto commiſſo ex
tra territorium, ergo cenſetur permiſſum
& conceſſum. Item pro hoc facit doctrina
Io.And. in c. cum contigat de for.compe.
in quantum uoluit quòd iuriſdictio cõceſ
ſa in uaſſallos,& habitantes in aliquo ca-
ſtro,dicitur inhęrere perſonis, adeò quòd
ſi etiam non fuerit conceſſum territoriũ,
tamẽ propter perſonas dicitur habere ter
ritorium,pro quo faciunt quæ dicit Bart.
in l j.in ſi.ff.de iuriſdi.omn.iud. & per Fel.
in cap.Rodulphus 13.col.uerſi. territorio
& in uerſi.prædicta.de reſcrip. & in cap.li
cet de proba.& Socyn. conſ.74.2.col.Caſ-
ſa.in cõſue.Burgn.in tit.des iudices & dro
cetz d'icelles.§.1.fol.mihi 23. FIS.Sed in
hoc aduertendum puto, quòd cum auth.
qua in puincia. C. ubi de crimine agi
opor.præciſe caſſet & annullet oĩa priuile
gia quæ quoquomodo in contrariũ fierẽt,
quòd iudex loci delicti non cognoſcat cõ
tra alterius ſubditum,eſt dicendum quòd
ratione delicti cõmiſsi in territorio nihil
poteſt uideri conceſſum in priuilegio,cũ
per illam auth. ſit cõceſſum domino loci,
& ſic ab eo auferri nõ poſſet. Imò requiri
tur,quòd ſpecificè in priuilegio deroge-
tur illi auth.aliàs ſi in ſpecie non deroge-
tur,etiã ſi concedatur iuriſdictio alicui in
uaſſallos,ita quòd nec ratione loci, nec ra
tione delicti poſsint alibi cõueniri,nihilo
minus ex illa auth. poſſunt alibi conueni-
ri,prout omnis ſchola ſcribentium tenuit
in d.auth.I V D.Hęc obiectio non obſtat
quæſtioni proximę propoſitæ, poſtquam
conſtat delinquentem reperiri ad manus
iudicis originis:ſi enim reperiretur ad ma
nus iudicis delicti,& iudex originis uellet
eum niſi ipſe haberet iuriſdictionẽ in ſuos
uaſſallos,priuatiuè ad alios, cũ derogatio
ne

ne auth.qua in prouincia,puto nō debere
fieri remiſsionem,ubi autem non eſſet de
rogatio,d.auth.qua in prouincia,eſſet ta
men priuilegium, ut nullo caſu uaſallus
eius teneretur,& poſſet alibi conueniri, ſi
dictum priuilegium eſſet factum de cōſi
lio procerum,etiam quòd nō eſſet ſpecifi
ca derogatio,idem eſſet.ut notabiliter te
nuit Ange.in d.authen. qua in prouincia
nu.ſecundo. Sed quando eſſet conceſſum
priuilegium a ſolo principe, & non eſſet
derogatio d.auth.qua in prouincia. nō ob
ſtaret iudici delicti.Itaque reducendo ſē
ad caſum propoſitum,cùm iudex originis
præuenit iudicem delicti, habeatque pri
uilegium a principe,non eſt dubitandum
eum cognoſcere poſſe. Ita etiam notabi
liter inquit Ang.in d.authe.num.5.uer.&
ex eo habes,adhuc non eſt caſus deciſus.
¶ FI S.ſcio enim domine iudex,te patroci
nante pro Illuſtriſsimo domino Cęſare,
de Cōſaga,utili domino terræ ſancti Seue
rini,fuiſſe agitatā cauſam in Regia Audiē
tia principatus citra,dū exiſteret carcera
tus penes curiam dictæ terræ ſancti Seue
rini,quidam Bartolomeus Manſus, de ci
uitate Amalphiæ,qui tenebat apothecā ī
dicta terra,& ibi deliquerat, & regia au
dientia prętendebat quòd debebat et po
terat ad eam auocari,& è contrario prętē
debat D.Illuſtriſ.Dominus Cæſar,hincq;
inde plura fuiſſe dicta & allegata,& ſignā
ter,ego dicebā fiſci partes tuens, quòd po
terat auocari;quoniam Illuſtriſ.dō Cęſar
habet priuilegiū in habitātes & incolas
114 ttantm,¶ Sed ille non poterat dici habi
atoru nec incola † quoniam ille dr habi
tare,qui cum eius familia & bonis degit
ſecundum Alexan.in l.lex Cornelia. ff.de
iniu.& late Gramma.deciſione. 87.Quid
ergo in effectu inducebas pro hac opinio
ne quam tu pro Illuſtriſ.D. Cæſar deſen
debas,quid ve ſentiendū putas?IVD. Præ
ſupponebatur enim prout ſic erat, quòd
hic Bartolomeus in terra Sancti Seuerini
tenebat apothecā,& ibique artem ſutoriā
exercens,ergò ibi ſortiebatur forum,& ibi
poterat conueniri.Nam qui tenet apothe
cam uel tabernam, in loco,non præſumi
tur habere animum recedendi : & ibi dici
tur habitare,ad effectum ut ibi conuenia
tur.Ita Bar.in l.hæres abſens. §. proinde

ff.de iudi & uidetur tex. pro hac parte in
l.incola.ff.ad municipa.& de incol.& eſt
aduertendum quòd Neapo.in ultima con
ſuetudi.facit differentiam inter habitātes
& habitatores,& uoluit quòd habitans di
citur etiam ille qui aliquibus diebus ha
bitauit in loco,& idē uoluit Are.in c.refel
lantur.de accuſa.& cum priuilegium Il
luſtriſ. Don.Cæſaris loquebatur de habi
tantib ſumus in claris,& refert ac ſequit
Prof.Cara.in ritu ſuo. 301.in commenta
rijs ſuis tempore huius ſecundæ æditionis
impreſsis.Et ita fuit decretum & latum ar
reſtum,in fauorem Illuſtriſ.D.Dō. Cæſa
ris,ſub die 20.Iulij 1560.¶ INQ.Pluries
in Regia audientia uidi dubitari,de priui
legio prædicto Illuſtriſ. Do.Don.Cæſaris
quod habet in terra Sancti Seuerini. Nam
ibi exprimuntur nonnulla, & demum dici
tur,& prout melius ac plenius tenebat &
poſsidebat olim Princeps Salerni,qui ha
bebat priuilegia ſatis ampla,etiā cum de
rogatione priuilegio uiduarum,ſi per hęc
uerba ſuperius relata,intelligeretur ī pri
uilegio dicti Illuſt Don.Cæſaris extenſa.
et compræhenſa derogatio miſerabilium
priuilegio,quid ergo tu ſentis?IVD. Arbi
tror te non ignorare, quòd dum eſſem ad
uocatus illius, ibidem pluries dixi, quòd
ſtantibus dictis uerbis,in priuilegio dero
gatum cenſetur dicto priuilegio miſerabi
lium;exhibito & præſentato priuilegio d.
olim Ill.Principis,& probato, quòd eſſet
in poſſeſsione cognoſcendi inter uiduas,
ac miſerabiles perſonas.per caſum.l.ſi ſic.
§.1.& ibi.per Dy.& Bar.ff.de lega.1 & uo
luit in particulari Are.conſi.76.uerſi.cir
ca tertiū.Id tanto magis ꝓcedere dicebā,
quia ut dicto priuilegio Illuſtriſ.D. Cæſa
is ultra dicta uerba ſuperius relata,dicit,
& etiā prout nos tenemus & poſsidemus
& hoc maximè procedit,cùm ita intelli
gendo dictum priuilegium,tantummodo
tractatur de iure & præiuditio concedētis
quo caſu latiſsime interpretatur.l.fin. de
conſti.& pri.ubi Bar.& alij,& habetur per
Guiel.à per.in cōſ.14.nume.26. Nec ob
ſtat ſi diceretur ad hoc ultimum, quòd ſa
tis conceſsio nihil operatur, niſi oſtenda
tur qualiter ipſe tenebat,ſecundum Bar.
Dy.& alios in l.ſi ſic §.1.& Alex.conſ.331.
aliàs.187.in hac cauſa num.10.in 2.lib.
nulli



nulli dubium eſt, principem tenuiſſe cum
dicta derogatione. Sed in collaterali conſ.
fuit determinatum contrarium, & fue
runt illa uerba interpretata,& prout me
lius,& plenius, vt extendant expreſſa tan
tum in priuilegio noviter conceſſo,vt illa
videantur cōceſſa ꝓ ut melius & plenius
tenebat olim princeps Salerni,non autem
ut ex illis uerbis fieret extenſio ad alia nō
expreſſa,& ita etiam determinauit Regia
115 Audientia.¶ INQVI Nunquid remiſ
ſioni locus ſit ubi quis inquirat de iniurijs
uel exceſsibus factis, non obſtāte ſaluo cō
ducto & ſalua guardia cōceſsis per regē?
¶ IVD. Dicas quòd non. ſecundum Ma
ſue.in ſua praxi. in titu.ne remiſsio.num.
9. offendens enim habentem ſaluum cōdu
ctum à principe, ſi mors ſequuta fuerit, in
cidit in crimen læſę maieſtatis,& capitali
pœna plectitur.ſecundum Barto. in l.3.§.
traſfugas ff ad l. Cor.de ſicar.& ſi non eſt
ſequuta mors arbitrio iudicis pro delicti
qualitate ut per Bar. & Alber. in l.illici
tas.§ ne potentiores.ff. de offi.præſi.ſi ta
men occidens, vel offendens, ſic affidatum
ignorans eſſe affidatum, non punitur ut
uiolator ſecuritatis.ſecundū Pau.de Caſt.
in conſ.33.li. 1.lib.& Dec.cōſ.227.in 2.li.
& latè Giga.in tra.de crimi.lęſę ma.quæ.
33. ¶ INQVIS. Quid heſterna die,di
cebas,domine iudex in cauſa remiſsionis
illorū de Aliano,dum pro parte Illuſtriſs.
D.Principis Hoſtiliani petebas remiſsionē
non obſtante quòd regia curia eſſet adita
per quærelam miſerabilium perſonarum.
¶ IVD.Dicebam omnino debere remitti
eo quia in comitatu Alieni. D.Illuſtriſs.
Princeps habet priuilegia cū derogatione
priuilegij miſerabiliū perſonarum,& licet
obijciebatur quòd in ſpecie id non erat ex
preſſum in inueſtitura facta Ill. D Princi
pi ſed in priuilegio quōdā Illuſtris Eligij
de Marra in cuius locū ſucceſsit ipſe prin
ceps,per mediam perſonam quōdam Illu
ſtriſs Antonij Carrafæ nihilominus noua
inueſtitura etiam ſi haberet aliam formā
quàm antiqua, non immutat uigorem an
tiquę per tex.in c.1.de uaſſa.decrepi æta
tis,& per no.in c.1. in fin.in titul.an agna.
uel ſil quod maxime procedit,quando no
ua inueſtitura faceret mētionem de anti
quis inueſtituris, quia per hoc nō uidetur

uelle tollere vigorem prouenietem ex il
115 lis.c.1.§.1.de ſucce. feu.† quia ſubroga
tum aſſumit priſtinā qualitatem,ita ele
ganter Aluaro.in d.c.1.in titu.de vaſſa.de
cre.æta. facit, quod pulchre dicit Pau.de
Caſt.in conſ.154. circa preſentē caſum dū
dicit quòd in dubio poſtquàm cōſtat de
antiqua inueſtitura,præſumitur ſequēs fa
cta in perſonis diſcendentibus ſecundum
condiciones & pacta cōtenta in prima in
ueſtitura.per text in c.1. in fi.in titu.de eo
qui ſi.fecit agna. quia ſequēs diſpoſitio cē
ſetur facta ſecundum tenorem & naturam
præcedentis factæ, ſuper eadem re. & ita
voluit Cardi.conſ.92.incip.nobiles uiri.&
Io.Campe.conſ.11. inter conſ.Alber.Bru.
in prin & hæc de plano procedunt in caſu
de quo agitur,cum in ſpecie dicatur,& ſit
inueſtitura,cum clauſula,iuxta tenorē pri
uilegiorū quōdā Illuſtriſ. Eligio de Mar
ra conceſſorum. quo caſu omnia videntur
conceſſa quæ ibi concedebantur. argu.no
tatorum per Docto. in l.1. ff. de lega. 1.&
ita cōcludit Pari.cōſ.22.in 4.lib.¶ INQV.
ſi male nō recolo,audiui quòd tibi obijcie
batur per fiſcū, quòd remiſsioni non erat
locus,quia Illuſt.Princeps iā illos compo
ſuerat, non obſtante remiſsione partium
non habita,& ideo cùm male & perperam
cōpoſuiſſet,licitè potuit adiri curia regis,
pro iuſtitia, & ſic de remiſsione nulla de
bet fieri ius.¶ IVD.Eſt bene verum,quòd
in hoc, magnum faciebat fundamentum
Procurator regij fiſci:ſed ad hoc ego reſpō
debam, quòd eſt diſtinguendum, nam ut
iſti ſecundo loco accuſantes in Regia au
dientia accuſaſſent coram officialibus Illu
ſtriſs D. Principis, & fuiſſent repulſi, vel
nō obſtante contradictione ipſorum,pro
ceſſum fuiſſet ad compoſitionem, & ob id
adijſſent Regiam audientiam, & tunc eſt
ſubdiſtinguendum,quòd aut princeps ap
probauit dictam compoſitionem, quia ex
preſſe eo mādante fuiſſet facta, & facta re
latione in præſentia ſua, concurrente tota
audientia ſua, faciendā eſſe compoſitionē
fuerit appuntatum, aut ſimpliciter officia
lis feciſſet, & ea facta, approbaſſet prin
ceps recipiendo pecuniam, & ratificante
eo. Aut verò, iſti accuſantes, numquam
coram officialibus principis comparuiſſēt
ſed nunc in dicta Regia audientia compa
reant

117 re :nt,primo caſu,† quia iudex nõ poteſt
remittere pœnam corporalem delinquen
ti,abſque uoluntate partis , etiam quòd
poſsit aliàs commutare pœnas.ſecundum
And.de Iſer.in tit. quæ ſint regalia.in uer
bo committentiũ, & de capit.qui cur.vẽd.
.§.ſimiliter, & ubi fieret compoſitio parte
non concordata, non ualeret,& pars offen
ſa poſſet agere,per gloſ.in l.uenia.ff.de in
ius uoca.& habetur per do Luc. in l.1.de
deſer. adſi. eo caſu poſſet per partem of-
fenſam ſuperior,& ubi,tota audientia prin
pis feciſſet compoſitionem. ut in caſu ſub
diſtincto.poſſet adiri regia curia.ut tenuit
Par.de put.in li ſyndic. in uerbo compoſi-
tio el primo 2.col.in ſi.quem ita intelligo
ubi tamen, tantũmodo compoſitionem fe-
ciſſet officialis primarũ cauſarum;debet
adiri ſuperior eius officialis immediatus,
&ſic audiẽtia ipſius principis.Ita Bal.poſt
Cyn.in l.2.C.de ſportu.facit, c.at ſi cleri-
ci,de iudi. & uoluit Par. a Puteo. in eo,ꝙ
uolũt quòd debet adiri ſuperior eius offi
cialis qui primo loco compoſuit,& hoc uo
luit expreſſe. Idem Par. in d uerbo com-
poſitio.uer. an ſi delinquens. in finalibus
118 verbis . ¶ Regia enim curia , non poteſt
adiri pro iuſtitia denegata, niſi aditis pri
mis iudicibus ,& denegantibus facere iu-
ſtitiã ut probatur in auth. de manda.prin.
.§.ſit tibi tertium ſtudium, , uerſi.ſi uero
cum te nõ adierit.& uoluit tex.in cõſt.re-
gni,ſtatuimus ut magnæ.& ibi Affl.nu.3.ſi
ergò fuit aditus iudex primarum cauſſarũ
nõ poteſt adiri curia regia, niſi adito iudi
ce, ſecundarum cauſarũ, & ea adita,debet
poſtea remitti ad ipſum iudicem ſecundũ:
Et quãdo ſecundus nõ prouideret,ſeu de
negaret iuſtitiam facere, ex tũc ipſa regia
curia poſſet procedere.Et ſic ex his habes
quid etiam dicẽdum in 2.caſu diſtincto ut
ſupra.Cum igitur iſti ,ſecũdo loco accuſã
tes in regia audientia. nunquam compa-
ruiſſent coram officialibus dicti Ill.Princi
pis,& petijſſent iuſtitiam , non habent de
quo conquerantur , & ſic non potuerũt ſic
de facto recurrere ad ipſam regiã audien
tiam,& quatenus adiuerunt,remittẽdi sũt
ad tribunal.d Ill.P.pro iuſtitia conſequen
da. Et pro hoc ego allego Aud. de Iſer.in
l.imperialẽ.§.præterea inter duos de pro
hi. feu.alie. per Frede. inquantum uoluit
quòd ſi iudex eſt negligens,aut recuſat fa
cere iuſtitiã,deuoluitur iuriſdictio ad pro
ximum , & immediatum ſuperiorẽ,ꝓ quo
facit c.paſtoralis. de offi.ordi. & uoluit Af
flic.in conſt. iuſt itiarijs nomen & normã.
nu.20. Et ſi dicatur quòd compoſitioni iã
factæ,conſentijt.Ill.D. P,reſpõdetur,quòd
cum plenẽ cognouiſſet de cauſſa,eius con
ſenſus,ſemper intelligitur,ut intelligatur
abſq; præiudicio tertij,& dummodo ſit in
caſu ualido.ſecundum Barto.in l.dotalem
ff de teſta mi.Bal.in l.1. ff.de conſt.prin.&
uoluit Brun.cõſ.13. præterea poſito quòd
ex certa ſcientia,& ſcienter compoſitioni
conſentijſſet, nihilominus ex ſuperueni ẽ-
tia nouorum accuſatorũ,quatenus prętẽn
datur iterum poſſe de cauſſa cognoſci &
inquiri,ipſe idẽ poterit & deberet de cauſ
ſa ipſa cognoſcere per doctr. Bar in l.ſena
tus.ff. de accuſa.& per doctri. Par. de put.
in uerſ.an ſi delinquẽs.in finalibus uerbis.
F I S.ultra hæc , obijcebatꝰ ꝙ remmiſsio-
ni non eſſet locus , eò quia illi de alieno
erãt inquiſiti quód occidi feciſſent officia
lem habentem merum & mixtum impe-
rium,& ſic uidentur commiſiſſe crimen læ
ſæ maieſtatis,quo caſu de remiſsione non
119 eſt tractandum . I V D. ¶ Crimen læſæ
maieſtatis non poteſt dici commiſſum,
quãdo occiditur officialis Baronis, ſed be-
ne quando occiditur officialis Regius,&
ut illa ciuitas ſeu ꝓuincia quam regebat,
carere tali officiali, vel ꝓpter odiũ quod
occidens habebat ad Regem, vel alia cauſ
ſa reſpectu tamen eius officij. Ita tex in l.
1.ff.ad l.iul.ma. & uoluit Math.de Afflict.
in c.1.§.& bona committentium col.v.uer
ſi.7.nu.63.in tit.quæ ſint regalia, in uſib.
feudorum. & uoluit Gigans in tracta.cri.
læſæ ma in 26.q.Et Afflict.in conſt.ſiquis
aliquem nu. 13 cum ſequentibus , tenuit
quòd nec etiã habet locum duplicatio pę-
næ in offendente officialem Baronis,quæ
habet locum in oſtendente officialem re-
gis commorantem in curia Regis,per con
ſtitu.ut participatio,non obſtãte quòd ex
aduerſo diceretur quòd officialis Baronis
dependebat a Barone . qui habebat merũ,
& mixtum Imperium a Rege , & ſic quaſi
uideretur offenſus officialis Regis.FIS.Vl
tra hæc dicebatur alia ratione,non debere
120 remitti, ¶ quia erant inquiſiti de aſſaſsi
nio,



nio, in quo crimine omnia priuilegia ſilẽt
& ceſſant;IVD.ſi enim inquiſiti ipſi petijſ
sẽt remiſſionem utiq; credo remiſsioni lo
cum non eſſe,per c.pro humani. de homi.
in 6.ſunt enim omni priuilegio deſtituti;
ſed quia petita fuit remiſsio pro parte Il
luſtriſ.Dom.P.& ſic Baronis non eſt dene
ganda.Tanto magis quia priuilegia ſunt
ampla & lata,& apprehendunt etiam cri-
men aſſaſsignatus:caſus adhuc pendet &
ſub iudice lis eſt,dicebatur per magnifi-
cum Cæſarem de Luciano regium audi
torem , quód ſicut Epiſcopus non poteſt
petere remiſsionem clerici inquiſiti de
aſſaſsino,ita nec per baronem, ſed reſpon-
debã quód inter eos eſt diuerſa ratio,nam
inter epiſcopum & laicum,ſuper crimine
aſſaſsinatus uterque poteſt cognoſcere, &
habet locum præuentio , At ſecus in baro
ri,& mixti imperij, & ſimplicis iuſiſdictio
nis, & de gradibus meri imperij dicuntur
eſſe iſta,videlicet, ademptio vitæ natura-
lis in totum,vel in partem per abſciſsionē
membri,itē ademptio vitæ ciuilis,ut quā-
do per deportationem perditur ciuitas &
libertas,item relegatio,& tortura,quæ fit
ad pœnam delicti, item ad leuia crimina
modica coerctio corporalis,&lenis mulcta
prout eſt cōmunis conclu.Docto. in d.l.im
perium. mixti veró imperij,& iuriſdictio-
nis dicuntur eſſe iſtæ,videlicet,modica co
erctio verbalis,quę fit coercendo contuma
ces per denegationem audientiæ, condem
natio in expenſis dicitur eſſe mixti imperij
vt dicunt Doct. in l.imperium.tortura in
cauſis ciuilib. ad veritatem eruendā,puta,
vt teſtes viles torqueātur,dicitur eſſe ſim
plicis iuriſdictionis,ut dixit Albe.& Bald.
in d l. imperium. item carceratio, ſi non
fiat ad punitionem delicti, eſt mixti impe
rij,uel ſimplicis iuriſdictionis,vt dixit An
ge.in d. l. imperium & in l. magiſtratibus.
eod.tit. item excommunicatio contra con
tumaces ad inſtantiam partis dr̄ eſſe ſim-
plicis iuriſdictionis, vt dicit Abb.in cap.
cùm contingat colum. 6. de for.compet.
179 Vtrum vniuerſitas | habeat electionē fo
ri,vt ſic ex priuilegio.l.vnicæ.quan.Impe.
inter pu.& conſti.ſtatuimus.poſſet,quæru-
late in tribunali regio,& baroni remiſsio-
nem petenti debeat denegari? & videtur
quód ſic. quoniam æquiperatur minorib.
& pupillis.l.rempublicā.C. de iure reipu.
l.11 & habetur latè per Spec.in tit.de reſt.
in integ.§.j.ver.porrò.ſed ibi dicit id pro-
cedere in republica Romanorum licet de-
mū referat Albe.Papi tenere quód in qua-
libet ciuitate & caſtro procedat,per l.rem
publicam.C.ex quib ca.ma.& eam opinio-
nem dixit eſſe communem. Rom.cōſ 423.
& huius rei cauſam aſsignāt, quia ibi ſunt
minores, viduæ & aliæ miſerabiles perſo-
næ quibus læſis competit beneficium reſti
tutionis in integrum. ergo idem dicēdum
eſt in beneficio electionis fori,ex beneficio
d.l.vnicæ.ego puto contrarium poſſe attē-
tari,tum quia l. vnica, & conſti.ſtatuimus
nihil de vniuerſitate,& vix illud beneficiū
fuit extēſum ad eccleſiam. ut habetur per
Afflict.in deciſio.257. Et opus fuit declara
tione regia,Itum etiam,quia in ea non ca-
dit perhorreſcentia aduerſariorum poten
tiæ,quia vniuerſitas eſt nomen iuris, non
perſonarum.Inn in c.grauem in gl.in verſ.
conſiliarios de ſent. excom. & ſi diceretur,
quòd illi qui perhorreſcūt ſunt ſyndici &
actores uniuerſitatis,poteſt dici quòd non
eſt in conſideratione illa perhorreſcentia,
ar.tex.in l.ſed ſi ex dolo §.ſed an in muni-
cipes.ff.de dol. Et licet ciuitates æquipe-
rentur pupillis,quia æquiperatur reſpubli
ca.l.rempublicam.C.de iu. reipu.nihilomi
nus illud eſt in reſtitutione in integrū &
tamen non in omnibus æquiperatur.ut la-
te per Luc á Pen.in d.l.rēpublicam,ubi in
multis differt ciuitas a pupillis. Item mi-
nus eſt priuilegiata ciuitas quám minor.
ut eſt tex.& ibi gl.in l.nihil.ff. de macedo.
Item pro hac parte poteſt allegari doctri.
Bald. in auth.habi.c. ne ſi. pro pat.in quan
tum in antep.col.uoluerit quód ſi uniuer-
ſitas ſcolarium eſt mixta clericis & laicis,
ſi clerici nō ſunt maiores ſed bene laici,in
ſpicitur maior pars, & ideo conuenitur co
ram laico.ſic ergo dicamus quòd licet uni
uerſitate ſint minores, non tamen habetur
ad eos reſpectus & ſic non faciunt immuta
re forū ex eorum perſonis, pendet in facto
uide Saly qui magis latè diſcutit illā quæ
ſtionem.Bald.in d.authen. habita,in fin.&
quòd uniuerſitas non habeat beneficium.
d.l.unicæ.in particulari firmat Dida. Co-
uar.in tract.pract.c.7. uerſus finem. Fuit
tandē determinatum me patrocinante in
regia audienlia, non cōpetere electionem
180 fori & ſic fuit remiſſa. ¶ I N Q. Vtrum
quis



quis per procuratorem poſſit allegare ha-
buiſſe gratiam de delicto. I V D. Dicas
quòd non ita Rebuf. in 3. tomo conſtit. in
tra.de con.& defe.in gl.unica.nu.8. & aliàs
tenui contrarium.

## ¶ ANNOTENTVR BONA contumacis. Rubr.

*S V M M A R I V M.*

1 *Annotatio bonorum contumacis fieri debet uel poſt contumaciam contractam, uel ante: & 3.& in quibus caſibus fiat.*
2 *Baro ſi eſt contumax, eius caſtrum confiſcatur quo ad adminiſtrationem iuſtitiæ.*
4 *Bonorum mobilium appellatione an contineantur uuæ maturæ.*
5 *Contumax an intra annum poſſit alienare de bonis annotatis.*
6 *Annotatio bonorum qualiter fieri debeat, & quæ bona debeant inuentariari, & annotari.& 7.*
8 *Debitorum nomina an contineantur ſub appellatione bonorum mobilium.*
9 *Molendina,quæ ſuper aquis meant, atque ambulant, an ſint mobilia, & quid de molis. num. 10.*
11 *Bonorum mobilium appellatione an ueniat pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum: et quid de pecunia redacta ex uenditione rei ſtabilis. nu. 12.& quid de pecunia depoſita in bancis nu.13. & quid de columnis affixis in domo,an ſint inter mobilia cenſenda.numero 14.*
15 *Bonorum mobilium appellatione an ueniant aſſcriptitij aſini,& boues.*
16 *Rei uendicatio pōt intentari per filios contumacis ad recuperandum partem bonorum.*
17 *Debitoribus contumacis poteſt mandari per iudicem,ne ſoluant contumaci.*
18 *Bona contumacis, quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt,an poſſunt alienari.*
19 *Peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe an confiſcetur.*
20 *Fiſcus in totum ſuccedit contumaci mortuo patre contumaci non habentis filios.*
21 *Exhæredari poteſt filius ex ſola cauſa forindicationis.*
22 *Fiſcus an ſuccedat forindicato ſolum in ea parte, in qua inſtitutus eſt forindicatus à patre.*
23 *Vxores forindicatorum an recuperant iura dotalia & 25.*
24 *Mater forindicati quid habeat in bonis ipſius & 25.*

## F I S C V S.

SAT prata biberunt in materia excuſa
tionis á contumacia,adeó,vt nihil,aut
parum remaneat dicendum:ſequitur, vt
videamus quid aliud debeat facere iudex
poſt contumaciam reorum contractam,
proſequere igitur domine iudex,licet agno
ſcam calores æſtiuos ſatis te tædio affice-
re. ¶ IVDEX. Timor claſsis Turcarum,
quæ nunc aduenit in his partibus, & calo-
res æſtiui, cùm ſit dies vndecimus men-
ſis Iulij,& quædam alia maioris importan
tiæ, quæ nunc taceo, adeò me conturbāt,
vt meliùs eſſet tacere, quám aloqui; ſed
ne videar otio deditus, aliqua fragmen-
ta in medium afferam; rogo autem, ut ſi
in aliquo deficiam, mihi id non impute-
tur;& ideo ſcias,quòd reputato aliquo cō
tumace,debeat iudex procedere ad annota-
tionem bonorum, & confectionem inuen-
tarij;licet multoties,& ut plurimum iudi
ces timentes de non comparitione citati,
ante contumaciam contractam ſolēt pro-
cedere ad dictam cōfectionem inuentarij:
quod quidem permittitur, ne res fiſco de
fraudentur & occultentur ſecundum Bar.
in l poſt contractum.circa fin. ff. de dona.
& firmat Afflict.in conſti. grādis.in 7.not.
in fi.maxime,quia in regno contracta con-
tumacia, ſtatim irremiſsibiliter eſt acqui
ſita fiſco tertia pars bonorum mobilium,
vt habetur in conſtitu.grandis. de quo ple
ne per Afflict.in conſti.pœnam nouem vn-
ciarum.in 4.not. & hæc annotatio bonorū,
etiam de iure communi debet fieri ut l.1.
& ſequen.ff.de requi.re & l.1.C. eod. titu.
& hodie regno eſt confirmatum per con-
ſti. grādis vtilitas qua etiam ſtatutum eſt,
q non requiritur, quód annotatio bono-
rum perueniat in notitiam citati, ſufficit
enim quód fuerit legitimè citatus. & vl-
terius per d.conſtit. grandis.eſt ſtatutum,
quòd omnia bona mobilia, & immobilia
contumacis debeant annotari, & deſcribi,
& q bonorum mobilium tertiam partem
in ſui commodum fiſcus conuertat,ei irre

miſsibiliter acquiſitam propter contuma-
ciam accuſati, alia uerò bona ſic annotata,
& deſcripta conſeruabuntur. & ſi cõtumax
intra annum comparuerit, & ſuam contu-
maciam purgauerit, recuperet dicta bona:
quód ſi minimè intra annũ comparuerit,
bona ipſa fiſco vẽdicanẽ, niſi habuerit con
tumax filios; quia tunc, ſi contumax unicũ
filium habuerit, bona ipſa æqualiter diui-
dentur inter fiſcum, & illũ filium: & ſi duos
filios habuerit cõtumax, fiſcus habebit ter
tiam partem bonorum contumacis: & ſic
ſi plures habebit uel ſi habuerit partẽ, q̃a
ſuccedet preter quám in bonis feudalibus,
ut habetur in conſti. foriudicatorũ bona.
alia uero bona mobilia contumacis elapſo
anno irremiſsibiliter ſunt fiſco acquiſita,
taliter, quòd non fit diſtinctio, habeat ne li
beros, an nõ, ut habetur in d. conſtit. foriu-
dicatorum. & ibi per glo: & Afflict. Diſtin-
ctio autem an habeat filios, an non, fit ſo-
lũ in bonis ſtabilibus, ut ibi habetur: ſi au-
tem contumax habebat bona feudalia, &
tunc ſi ſint quaternata, quæ poſsidentur in
capite a rege, & tunc ſi habet filios impu-
beres, regia curia prouidet eis de balio, ac
ſi mortuus eſſet eorũ pater, & uiriliter di-
uidentur fructus feudorum inter fiſcum, &
dictos pupillos durante uita ipſius contu-
macis: eo uerò mortuo omnes fructus per
cipientur per balium cõſtitutum, & finito
baliatico, & mortuo dicto contumace, na-
turaliter omnes fructus redintegrantur di
ctis filijs. ſi tamen contumax habet feuda
non quaternata, ſed ea. quæ tenentur a ba
rone, ſi quidem non habet filios, neque pa-
rentes, illa feuda reuertũtur baroni, a quo
tenentur, & non regiæ curiæ, ſi uerò habet
filios, fiſcus regius habebit ratam fructuũ
feudorum prędictorum, tanquam unus fi-
lius uiuente tantũ ipſo foroiudicato quos
quidem fructus habebit fiſcus, quemadmo
dum habet omnia bona mobilia, contuma
cis, ut plenè habetur in conſti. regni. inci. ſi
2 quando. ¶ Et notandum eſt, quòd aliquis
baro efficeretur contumax, ultra pœnam
tertiæ partis bonorum immobiliũ infiſcan
tur caſtra, & caſalia quoad iuſtitiæ admini
ſtrationẽ, ut refert fuiſſe deciſum in ſacro
regio conſi. Capi. in deciſi. 151. incipien. in
3 cauſa nonnullorum baronũ. ¶ I N Q. Sed
quæro in quibus caſibus fieri debeat anno

tatio bonorum? ¶ I V D. Dicas, quòd de-
bet fieri in delicto, pro quo venit imponẽ
da pęna mortis naturalis, uel ciuilis, ut ha
betur in d. conſti. grandis. & ibi no. p Doc.
ſed per capitulum regni. incipie. ſiue quis
ſit forbãditus. additur etiam, ubi venit im
ponenda pœna abſciſsionis membri, quia
pro eo caſu dicit poſſe procedi ad ſenten-
tiam foriudicationis. ergo habet locũ an-
notatio. ¶ F I S. Prædicta dicerem proce-
dere de annotatione ſolenni omniũ bono
rũ ad foriudicationis, ſed nõ procedũt quo
ad effectum, ut poſsit perueniri ad ſentẽ-
tiam inuentariũ ſimplex bonorũ mobiliũ
quia poteſt fieri in quolibet delicto, cum
propter contumaciam fiſcus lucretur ter
tiã partẽ bonorum mobilium, imò plus di
co q tale inuentarium nedũ in quolibet
delicto poteſt fieri de bonis mobilibus ad
effectum confiſcandi tertiam partem, ſed
etiam põt fieri de omnibus bonis etiam
ſtabilibus quia elapſo anno, in quo quis
perſiſtit in contumacia, licet in multis de
lictis non poſsit foriudicari, tamen omnia
bona talis contumacis propter ſuã contu
maciam applicantur fiſco, ut habetur in
d. ca. ſiue quis ſit forbanditus. de quo ſupra
mentionem feciſti. ¶ I V D. Vtique iuri
4 cõſonam cenſeo opinionem tuam, & ideo
tranſeo cum ea. ¶ F I S. Verum in tertia
parte bonorum mobilium contineantur
unę maturæ? I V D. Dico, quòd nõ, quia ſũt
pars ſoli. l. fructus pendentes. ff de re. uẽ. l.
fi. ff. quæ in frau. cre. fa. ſunt & plenè per
5 Tira. in tra. de vtro retra. fol. 83. num. 37.
FIS. An contumax poſsit intra annũ alie-
nare de bonis annotatis? ¶ I N Q. videtur
dicendum, q ſic, quia eſt dominus bono-
rum uſque ad finem anni, & ſub conditio-
ne ſunt fiſci, uidelicet, ſi non comparet, &
purgat contumaciam intra annũ, & quãdo
aliquid debetur ſub conditione põt alie-
nari arg. & l. poſt. § res ff. famil. hercis. vbi
habetur, quòd id, quod debetur ſub condi
tione, poteſt diuidi: ergo permittiẽ aliena-
tio, quia alienatio, & diuiſio idem videtur
l. 1. C. communia utri. iud. item, quia poſt
contractum capitale crimen non prohibe
tur alienatio. l. poſt contractum. ff. de do
na. ¶ FIS. Mihi uidetur totum contrariũ
poſſe dici; quia nec ei poteſt ſoluia debito
re ſuo, ne fuga eius fiat iſtructior. l. fi. in fi.
ff. de



ff de requi. re. item, quia & poſt contuma
ciam contractam, & poſt annotatiorem,
eſt ei interdicta adminiſtratio bonorum.
ergo alienare non poteſt, ut dicit Bar. in l.
poſt contractum. ff. de dona. item, quia
diſtribuuntur, & annotantur bona poſt bã
num, & infiſcantur lapſo anno, & ſic fiſcus
alienata ante annum recuperabit. l. fin. C.
communia de leg. ¶ I V D. Hanc vltimã
opinionem approbant And. de Iſer. & Af-
flict. in conſti. grandis vtilitas, in antep. co
6 lum. in 3. q. & eam ſequor. ¶ F I S. Quali-
ter dẽt fieri huiuſmodi inuentariũ? I V D.
Dicas, quòd hoc deſcribit particulariter
tex l. ſi quis intra. C. de bo. proſcripto. vbi
dicitur ſi quis intra prouinciam pro quali
tate delicti ſententiam proſcriptionis ſci
licet confiſcationis incurrerit, per ordina
rij officij ſolicitudinem bonorum eius in-
dago diligẽtiſsime celebretur, ne quid pri
uatæ rei commodis per gratiam, atq; col
ludium furto ſubducatur, & plena deſcri-
ptio cõprehendat quod ſpatiũ, & quod ſit
iuris ingerum: quid aut incultum ſit, aut
colatur, quid in vinees, oliuetis, oratorijs
paſcuis. ſyluis fuerit inuentum, & quę gra
tia, & quæ amœnitas ſit locorum, quis in
ædificijs, aut poſſeſsionibus ſit ornatus, q̃
ve mancipia. in prædijs occupatis, uel ur-
bana vel ruſtica, uel quarum artium ge-
neribus imbuta teneantur, quot ſint cen-
ſuarij, uel coloni, quot bonum exercitijs
terrarũ, atq; uomerib. inſtruẽtium, quot
pecorũ atq; armentorum greges, & in qua
diuerſitate ſint dinumerati, quantum auri
& argẽti, ueſtiũ, ac moniliũ, uel in ſpecie
uel põdere, & in quibus ſpeciebus, quid ve
in apothecis ſit repertum. & hæc ſunt uer
ba formalia tex. d. l. ſi quis intra. & ſic ha-
bes formã conficiendi inuentariũ. ¶ F I S.
7 Quæ bona debent deſcribi, & inuentaria-
ri? ¶ I V D. Dicas, quód debeat deſcribi in
ſtr. debitorum, & creditorum, ut habetur
in l. fi. C. de bo. uacanti lib. 10. ¶ Itẽ debẽt
deſcribi omnia ea, quæ malefactor poſ-
ſidebat tẽpore maleficij commiſsi, etiã ſi
non conſtet eſſe ſua. & ſi alius prætendat
ius in eis, ſibi incumbit probatio, ut C. ne
vxor pro ma. l. ob maritorum culpã. & ibi
glo. & ponit Alber. de Roſa in d. le. ſi quis
8 intra. ¶ F I S. An nomina debitorum con-
tineãtur ſub appellatione mobiliũ, ut ſic

de eis debeatur tertia pars fiſco? & uideẽ
dicendum, quód ſic, ut eſt glo. in l mouen-
tium. ff. de uerbo. ſigni. arg. l. 11. § mobiles
C. quando, & qui. quar. pars. & pro hoc ui-
detur tex. in l. unica. § exactio. C. de rei
vxo. actio. iuncta glo. in uerbo in corpora-
libus, & ibi ẽt Bal. & tex. in l. poteſt. ff. de
author. tuto. et ibi glo. ¶ I N Q. Sed in con
trarium tenet glo. in l. ulti. C. in qui. cau.
in inte. teſtit. non eſt ne. argu. l. ait prætor
§ 1. ff. de iure delib. et gl. in cap. 31. in uer
bo, iura. de re. eccle. non alie. li. 6. dum no.
ex eo tex. iura atque omnia incorporalia
poni inter immobilia. et facit. l. C. de lon.
temp. præſcrip. ubi incorporalia pręſcribũ
tur, ut immobilia. ¶ I V D. Hanc vltimam
opinionem, quòd non ſint computanda no
mina debitorum inter immobilia, tenent
Spec. in tit. de fructi. et inte. § ſcias igitur.
verſi. ſed pene prælatus. ibi. 11. queritur et
Bar. et Raphael. Fulgo. in l. quam Tubero
nis. § ultimo. ff de pecul. et Bar. in l. ſi con
uenerit. la 11. in prin. ff. de pigno. actio. et
Gand. in ſuo opere male. in ti. omnium po
ſtremo. col. antepe uerſi. item pone in ſta-
tuto. et Alber. de Roſa. in l. mouentium. ff.
de uerbo. ſignifi. et ultra omnes pleniſsi-
mè per d. And. Tir in tra. de utro. retra. fo.
73. num. 8. § 1. gloſ. 7. ubi finaliter conclu-
dit neque mobilia, neque immobilia cẽſe
ri nomina debitorum: et hanc opinionem
video eſſe communem, et ubique ſeruari:
9 ¶ F I S. An molendina, quæ ad inſtar na-
uium ſuper flumina meant, ac ueluti am-
bulant, ſicut ſunt in Tiberi, et Capuę, ut
tradit Pau. de Ca. in l. fluminũ. in prĩ. ff. de
dam. infec. ſint mobilia, an immobilia.
I V D. Frã. de Ripa. in l. quominus. n. 126.
ff de flumi dicit, quòd ſunt mobilia, ſed
molendina, quę tanquàm domus in terra,
aut in ripis fluminũ ſiunt, illiſq; adhærẽt
ſunt immobilia, ut plenẽ habetur p And.
Tiraquell. in tra. de utroque retra fo. 101.
10 num. 92. in gloſ. 7. § 1. ¶ Et etiam molæ
ipſius molendini, quãdiu illi ſunt applici
tę, non dicuntur mobilia ſecundum Bal. in
c. cõtingit. co. pe uer. quæro nunquid molę
extra, de do. et contu. et eſt ratio, quia eſt
una contignatio. l. eum, qui ædes. ff. de uſu
capio. et habetur per Tiraque. ubi ſupra.
11 ¶ F I S. Nunquid pecunia deſtinata ad em
ptionem prædiorum, dicatur res mobilis,
uel

V. Rebuff. in l. mouentium col. 2. ff de verbor. significa. fol. 402

vel immobilis: & uidetur dicendum, q̧
ſit res mobilis, cũ ſimpliciter pecunia eſt
res mobilis, ut uoluerunt con. Bal. Albe.
in l. ea demũ. C. de colla. & Spe. in ſi. de fr.
& intere. §. 2. uerſi. quid de libris. & Bald.
conſ. 416. præmittendum eſt. colu. 2. l. 2. &
aperte probat tex. in §. & quia parũ. in au.
de nup. imó non ſolũ eſt mobilis, ſed eſt de
rebus, quæ ſeruando ſeruari nõ poſsũt, ſe-
cũdũ Ba. in l. ſi ex legati cauſa. & ibi Ro.
& Fran. Are. & latè Barb. ff. de uerb obli. p
tex. in Aut. ut hi, qui obli. ſe hab. phi res
mino. & in l. Ariſto. §. ult. cum. l. ſeq. ff. de
iure deliberã. & in §. conſtituit. inſtit. de
uſufruc. hinc eſt, q̧ poteſt alienari ſine de
creto curiæ per minorem, ut habetur per
Barto. in d. l. ſi ex legati cauſa. uerſ. quid
ergo, ſi debet. & Bald. in l. ſi, curatorem ha
bens. col. 2. uerſ. hic adde unum. C. de in
integ. reſti. mi. & idem de pecunia eccleſię
uoluerunt Panor. Pe. Ancara. & Barb. in c.
cum conſtet. de pignori. & Alexand conſ.
92. lib. 6. ¶ INQVI. Licet pecunia ſit res
mobilis, & quæ ſeruando ſeruari non po-
eſt, & quæ ideo poſsit à minore & prælа-
to alienari abſque ſolemnitate, tamen ſi
ea deſtinata ſit ad emptionem prædiorũ,
uicem rei immobilis obtinet, us dicit Ra
pha. Cu. in l. a diuo Pio §. ult. per illũ tex.
ff. de re iudi. & in l cætera §. ſed ſi ſepara-
uit. ff. de leg. 1 iõ nec ea ſine decre. iudicis
alienari põt. ſicuti nec alia immobilia ip-
ſius minoris. per l. qd ergo. §. vſuras. verſ.
qd ergo. & ibi Ro. ff. de contra. & uti. actio.
tute. & uolnit idem Roma. in d. l. ſi ex lega
ti cauſa. col. 4. & ibi poſt eum Fran Areti.
col. 4. uerſ. addit etiam dominus meus &
Barba. colum. 13. & Roma ſingul. 103. tu-
habes, quòd pecunia & ibi ad hoc addu-
cit tex. in d. § vſuras. ¶ FISCVS. Sed
in contrarium tenẽt in hoc Iac. Raph. Cy.
Ray. Bald. & Ang. Imol. Floria. Alex. Frã.
Are. & Iaſ. in d. l cætera. §. ſed ſi ſeparauit.
ff. de leg. 1. vbi dicunt non haberi pro re
immobili pecuniam deſtinatam ad em-
ptionẽ prædiorum. ¶ IVD. Huius cõtro
uerſiæ cardo in eo uertitur, an deſtinatio
habeat̃ ꝓ re perfecta de quo per Soc i cõſ.
249. col. pen. uerſ. circa quartam: li. 2. & Al
ber. in 2. parte ſtatu. in quæſtio. 205. Ba.
& alij in d §. ſed ſi ſeparauit. & Alex. conſ.
98. aliàs de facto conſultus. uer. & non ob-
ſtat, quòd deſtinatio. lib. 3. & Fran. Areti.
conſ. 6. viſo inſtrumento diuiſionis in 2. du
bio. & latiſsime per Fe l. in c cum adeò. co.
2. uerſi. deſtinatio. extrà de reſcrip. in qui-
bus locis de ſolutione quæſtionis latè ha
12 bebis, uide eos. ¶ FIS. Quid de pecunia
quæ redacta eſt ex uenditione rei ſtabilis
an mobilis, an immobilis cenſenda ſit? &
videtur dicendum, quód ſit connumeran-
da inter mobilia. ſecundum Iac. Raph. Ci.
Alber. Bald. Corne. Philip. in l. ea demum.
C. de colla & tenuit Firma in ſuo repert.
in uerbo, bona mobilia. uerſicu. 4. ¶ IN-
QVI. Sed uidetur dicendum, quòd ſit im
mobilis. nam eius naturæ cenſeri debet, cu
ius res erat, ex cuius venditione confecta
eſt, & quæ ſit ſubrogata in locum illius,
ut habetur per Maſſuer in titu. de ſocie. §.
itẽ nomina, ſeu debita, & id uidentur uo-
luiſſe Raph. Fulg. Alex. & Fran. Are. in d. l.
ea demum. ¶ IVDEX. Prima opinio ue
rior eſt, & tenenda eſt, ut dicit Tira. in tra.
de utro. retra. fol. 108. num. 112. §. 1. in gl.
13 3. ¶ FISC. Quid de pecunia repoſita in
bancis, an inter mobilia conumeranda ſit
& uidetur dicendum, quód ſic, per ſuprà
allegata. ¶ INQVI. Sed contrarium
tenet Bald. in c. cùm cauſa, extrà, de re iu-
di. ad ſi. vbi voluit, quòd conumeratur in
ter immobilia. ¶ IVDEX Et hanc opi-
nionem approbat And Tiraquel. in tract.
de utro. retra. in glo. 7. §. 1. fol. 108. nu. 113,
14 eamq́ue ſequor. ¶ FISC. Quid de colum
nis affixis domui, & de ſtructuris factis po
tabulis, quę ęſtate tolluntur, & hyeme ex
nuntur, an inter immobilia computentur
& videtur dicẽdum, quòd aut ſunt ædibus
affixa, & dicentur immobilia, aut ſunt ſe-
parata, & dicentur mobilia. ſecundum Af-
flict. in trac. protomixeos. col. 13. uerſi. ſub
ſequenter quæro. & poſt eum Caſſa. in cõ
ſil. Burgu. in titu. de retra. §. 1. verbo, ſunt
hæritag. col. pe. uer. quęro ulterius. & hoc
ducunt notari á gl. in d l. fundi. ff. de act.
empt. ¶ IVD. Hanc opinionem ſequitur
Tiraque. in trac de utro. retr. in loco ſæ-
pius allegato. num. 113 ſed dicit illã glo.
nihil dicere de hoc, ad quod allegatur per
15 ſuprà allegatos doctores. ¶ FISCVS.
Quid de aſcriptitijs bob. et aſinis, & alijs
ſimilibus fundo inſtruendi gratia illius ad
ditis? ¶ IVD. Quo ad aſcriptitios, quan-
diu



díu glebæ inſiſtunt, inter immobilia com-
putantur. ſecundum Bald. in l. 1. col. 6 uer.
tertio oppo. C. de ſer. fugi per l. iubemus.
C. de ſac. ſanc. eccle. & l. ſi quis inquilinus,
ff. de legatis primo. & ſequitur Affl. in cõ-
ſtitu. errores. col. 1. in 2. not. & ſequit̃ Tira
quel. in allega. tra. fol. 109. num. 118 gloſ.
7. §. 1. ſed ſecus eſt in bobus, & aſinis, licet
additi ſint gratia inſtruendi fundi, quia in
ter mobilia connumerantur, vt ibi per Ti
16 raquel. habetur. ¶ INQVI. Sed quia vt
plurimum fiſcus ſolet inuadere omnia bo
na contumacis, qua actione ergo agunt fi-
lij contumacis pro recuperatione partis
eis contingentis? ¶ IVDEX. Dic, quód
poſſunt intentare rei vendicatione ſecun-
dum And. de Iſer. & Afflict. in conſtit. for.
iudicatorum bona. quia Illa cõſti. diuidit
17 bona inter alios, & fiſcum. ¶ FIS. An iu
dex poſsit mandare debitoribus contuma
cis, ne ſoluant contumaci, vel alteri pro
eius parte? ¶ IVDEX. Dicas, quòd ſic,
vt eſt text. in l. ſi §. fin. ff. de requi. reis.
18 ¶ FISCVS. Quid ſi in bonis contuma
cis ſint bona, quę ſeruãdo ſeruari nequeũt
quid faciet iudex? ¶ IVDEX. Dicas, q̧
iubebit ea vendi, & quòd prętium reponi
tur penes tertium, vt l. ſi. ff. de requi. reis.
19 ¶ Et eſt notãdum, quòd ſi filius familias
eſt contumax, non confiſcabitur peculium
caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, nec profecti-
tium. ut eſt text. in l. ſi filius C. de bo. pro.
20 & ibi Bald. ¶ Item mortuo patre contu-
macis, & foriudicati ab inteſtato fiſcus in
totum ſuccedit, ſi nõ habebit alios filios,
vt eſt cautum per regni conſtitu. incip. ob
filiorum culpas. ſub rubrica, vt pa. for. ne
ex delic. ſi. po. conde. & ibi per Afflict. pri-
21 mo nota. ¶ Et ſi pater foriudicati feciſſet
teſtamentum, & exhæredaſſet filium foriu
dicatum, ſola foriudicatio fuit iuſta cauſa
exhæredandi filium, & ſic fiſcus nihil de-
bet habere. ſecundum Iſern. & Afflict. in
conſtitutio. ob filiorum culpas. vbi Andr.
dat pro cautela, vt pater exhæredet filium
foriudicatum. quia ſic excludetur fiſcus.
22 ¶ FISCVS. Sed quid ſi pater foriudica
ti facit teſtamentum, & relinquit certum
quid filio, vt in eo tantum ſuccedat fiſcus,
an fiſcus poſsit petere partem virilem cõ
tingentem ipſi alio? ¶ IVDEX. Afflict. in
conſtitutio. ob filiorum culpas. in 2. nota-
bi. verſicu. item quæro decidit, quòd ſuc-
cedit fiſcus ſolũ in ea parte, in qua filius
23 ille eſt inſtitutus. INQVI. Sed quid
de vxoribus cõtumacium? an aliquam pa-
tientur moleſtiam ſuper dotibus, & iurib.
dotalibus, donationibus propter nuptias,
quarta, & dotarijs conſtitutis? ¶ IVD. Di
cas, quòd non, vt habetur, in conſt. regni.
pœna carcere. quæ concordat cum l. ob ma-
ritorum. C ne vxor pro mari. & non obſtã
te, quòd viuant eorum mariti, poſsint ta-
men petere eorũ iura dotalia, quia ſi ſunt
foriudicati, habentur pro mortuis quo ad
iſtum effectum recuperandi dotes, vt in cõ
ſtitu. pœnam eorum. & habetur per Affl.
24 in d conſtitu. pœna carcere. in prin. ¶ Si-
miliq́ue modo poteſt mater recuperare do
tes, & iura dotalia ſuper bonis filij cõtuma
cis, & foriudicati, ſi filius eſt hæres patris
ſpi. & ſi contumax non habebat liberos, ha
bebit etiam medietatem omnium bonorũ
ipſius cõtumacis filij, deductis dote, & om
nibus iuribus dotalibus, vt bene declarat
Afflict. in d. conſtitu. pœna carcere. 3. no.
25 ¶ Nec fiſcus poteſt opponere vxoribus, &
matribus contumaciũ quòd habent iuſti.
confeſsionem de recepto tantum, & non
probãt vere ſoluiſſe, vt habetur late per
Affl. in conſti. cauſas, & in dicta conſt. pęna
carcere, quod puto verum, quando cõfeſsio
eſſet facta ante delictum commiſſum.

## BANNIANTVR. Rub.

### SVMMARIVM.

1 *Bannum quid ſit.*
2 *Bannitus etiam in cauſa ciuili non poteſt comparere per procuratorem 55 60.*
3 *Bannum debet publicari per ciuitatem, & 7.*
4 *Banni forma quæ ſit.*
5 *Bannum debet continere nomen iudicis, & cauſam, & alia, vt ibi. Et debere continere particulariter contumaciam 6.*
8 *Bannum non debet publicari diebus feriatis.*
9 *Banniti non debent receptari.*
10 *Receptator bannitorum qua pœna puniatur.*
11 *Et an ratione affinitatis minoretur pœna.*
12 *Vxor receptans virum foriudicatum quomodo puniatur.*
13 *Receptans bannitum ignoranter, an puniatur.*

*Recoptans*

14 *Receptans bannitum toleratum a ſuperiore, an puniatur.*
15 *Tabernarij receptantes bannitum, an puniantur.*
16 *Receptans bannitum propter inueteratam amicitiam, an minus puniatur.*
17 *Receptans delinquentem tantùm, an puniatur.*
18 *Receptans bannitum per vim non punitur.*
19 *Aduocatus, & procurator an puniantur, ſi poſtulant pro bannitis.*
20 *Receptans bannitum, & poſtea curiæ prodens, an puniatur.*
21 *Literas, vel nuncium mandans contumacibus, an puniatur.*
22 *Receptare quis dicatur.*
23 *Bannitus debet capi à quocunque.*
24 *Vaſſalli tenentur dare auxilium curiæ ad capiendum bannitos*
25 *Bannitus largo modo dicitur rebellis curiæ.*
26 *Bannum quo tempore debeat publicari.*
27 *Banniri an quis pro omni crimine poſſit.*
28 *Bannum in quantum ſe extendat.*
29 *Bannitus de vno loco, cenſetur bannitus de loco adiacenti.*
30 *Bannito Titio, ſi duo eius nominis eodem loco habitent, ille cenſetur bannitus qui aufugit.*
31 *Bannitus ab vno iudice, poteſt capi ab alio.*
32 *Bannum poſſit a quolibet officiali remitti.*
33 *Vniuerſitas contumax qua pœna puniatur.*
34 *Et an banniri poſſit.*
35 *Bannum, an valeat contra filios Titij non expreſſis nominibus.*
36 *Bannitus an poſſit iterum banniri.*
37 *Bannitus an deſinat eſſe ciuis ſuæ ciuitatis.*
38 *Iudex an poſſit cognoſcere, & bannire committentem delictum in ſe, vel ſuam familiam.*
39 *Notarius bannitus de magno, & famoſo crimine, an interim poſſit conficere inſtrumenta.*
40 *Bannitus qui poſt duos menſes ſe voluntarie præſentat, an debeat omnino carcerari.*
41 *Contumax quas pœnas patiatur. 43. 44. 45. 46. 48. 49. 50. 51. 52. 53.*
42 *Accuſator contumax punitur*
43 *Mandati regij contemptor poteſt capitaliter puniri.*
54 *Contumacia purgata an faciat indicium ad torturam.*
56 *Procurator pro bannito poteſt comparere, & petere ſe cancellari à banno.*
57 *Procurator an poſſit comparere pro bannito cauſa incepta ante bannum.*
58 *Pater an repellatur, ubi filius repellitur, quia bannitus ſit.*
59 *Bannitus poteſt per procuratorem excipere pretio non ſoluto.*
61 *Bannitus per procuratorem an poſſit compenſationem opponere.*
62 *Et an eius fideiuſſor.*
63 *Bannitus, qui ex forma ſtatuti, ſi non comparet, infra decem dies poteſt impune occidi, an poſſit occidi in decimo die.*
64 *Vniuerſitas an puniatur de receptatione.*
65 *Statuta ſi ſunt contraria, attenditur illud, quod plenius prouidet.*
66 *Vniuerſitas de iure ciuili non punitur de delicto, niſi quando congregata ad ſonum campanæ delinquat.*
67 *Statuta contraria debent ad concordiam reduci, ſi fieri poteſt.*
68 *Rex indultu generali an videatur remittere ius partis.*

## FISCVS.

HVcuſque uidimus vſque ad actum annotationis bonorum cõtumacis: videamus nunc, ſi placet, quid poſt hac reſtet fiendum contra ipſum contumacem.
1 ¶ I V D. Quia poſt annotationem bonorum debet perueniri ad bannimentum reorum, idcirco primò ſciendum eſt, quód quãdoq; reputatur quis cõtumax, debet in decreto contumaciæ decerni dictum contumacem banno eſſe ſupponendum, quod nihil aliud eſt, niſi extra protectionem ciuitatis eum ponere, ſecũdum Bal. in prin. in 9. col. de pa. tene. allegat Cyn in l. 1. C. de natu libe. inde dicit Bal. in l. 1. C de hæredi. inſti quòd bãnire in foro ſeculari, eſt ad ſimilitudinem excõmunicationis in foro eccleſiaſtico, quia ſicut excommunicatio eijcit excommunicatum à cõmmunio fidelium: ita bannum in foro ciuili ſeparat bannitum à beneficijs, quæ competant pſonis ſecularibus.
2 ¶ Hinc emanauit ritus magnæ curię vicariæ incip. item, ſi aliquis vel aliqua. qui vult, q. ſi bãnitus citetur ad inſtantiam alterius, etiam pro cauſa ciuili, non poteſt comparere per procuratorem, niſi prius contumaciam purgauerit: & quòd ſi intra menſem non purgauerit contumaciam, poſt menſem poteſt capi de perſona, vt optimè declarat Afflic. in conſtitu. grandis. in 7. nota. de quo ritu infrà latius dicam.
3 ¶ Et poſtquam in decreto cõtumacię decretum fuerit, reum cõtumacem eſſe banniendum, & banno ſupponendum vt ſupra dixi, bãniri debet curia pro tribunali ſedente: demum ipſum bannum debet publicari per ciuitatẽ in locis ſolitis, & conſuetis multis aſtantibus, & ſic, vbi ſolent conuerſationes gẽtium congregari; vt habetur in d. conſti. grandis, & ibi not. Afflict. in 8. nota. pro quo facit c. ſtatuimus. de male. debetque tale bannum ſecundum eundem Afflictum vbi ſuprà, diuulgari voce præconia, & alta voce, ut in auth. de leno. §. prçconizamus. licet hoc non requiratur in banno magnæ curiæ vicariæ, quod ſufficit publicari curia ꝑ tribunali ſedẽte, nec requirit publicatio, & diuulgatio per ciuitatem, ſed in alijs officialibus, & gubernatoribus prouinciarum remanet id, quod ſupra dictum eſt, quòd requiritur publicatio, & diuulgatio, aliàs ſi omitteretur, poſſet allegari bannum nullum, arg. l. cùm ij. §. ſi prçtor ff. de tranſact. & eorum, quæ no. Abb. in c. cum dilecta. 1. col. extra, de reſcri. & ita firmat Afflict vbi ſupra.
4 ¶ F I S C V S. Quæ debent contineri in banno, & cuiuſmodi erit forma? ¶ I V D E X. Forma banni erit hæc. Nos Franciſcus Antonius ſtrateg. ciuitatis Salerni, & c. quibuſuis iuratis, & ſeruiẽtib. noſtræ curiæ, & alterius cuiuſcunque ad infraſcripta requirendo, ſcire facimus per præſentes qualiter formata inquiſitione, & informatione per nos, & noſtram curiã ad querelam Ioannis de Landulſo ſuper homicidio patrato in perſonam quondam Ludouici de Landulſo eiuſdẽ ciuitatis de mẽſe Octobris proximi præteriti anni. 1545. 3. in di. regnante Cæſ. maieſtate, & dominante in dicta ciuitate, in pertinentijs, & territorio dictæ ciuitatis, & propriè, vbi dicitur, ala carnala, iuxtas ſuos fines, ſub præſidatu, quo ſuprà, fuerint ſuper dicto homicidio reperti culpabiles Ioannes Angelus, & alij infraſcripti dictæ ciuitatis, qui citati per nos, & noſtram curiam ad ipſam informandũ ſuper dicto homicidio ſub die 2. Martij anno. 1546. comparere recuſauerunt in primo, & vltimo peremptorio, fuit proptereà eiſdem prima contumacia accuſata ſub die. 5. prædicti menſis, & adueniente vltimo peremptorio fuit eiſdem accuſata ultima contumacia, & per curiã fuerũt condemnati ad pœnam in mandate cõtentam. ſub die verò eodem 4. Martij, fuerunt ſimiliter citati ad recipiendum copiam capitulorum, qui ſimiliter comparere recuſauerũt in primo, & vltimo peremptorio, ſub die nono eiuſdem fuit eiſdem inſtante quærulante, & curiæ coadiutore accuſata vltima contumacia, & fuerunt condemnati ad tertiã partem eorum bonorum mobilium, & decretum, cætera bona fore annotanda, nec non eoſdem fore ſupponendos banno, mediante decreto ipſius curiæ lecto, & lato ſub die, quo ſuprà, quia proceſſum eſt ad annotationem bonorum, & nobis nouiter inſtatum fuit, prædictos contumaces publice bãniri, ut iuris, & mortis eſt, & agnoſcentes iuſtum peti, propterea dicimus committimus, & mandamus vobis. quibus ſuprà ad pœnam vnciarum auri uigintiquinque, nobis, & noſtræ curiæ in caſu contrarij applicandam; quòd receptis præſentibus ad omnem inſtantiam dicti quærulantis, & curiæ coadiutoris detis publicum bannum alta, & intelligibili voce more prçconio in locis publicis, & conſuetis in quibus vniuerſitas dictæ ciuitatis, & maior pars ipſorum congregari ſolet, emanare, quód nemo de dicta ciuitate ex nunc in antea cuiuſuis gradus, conditionis, & ſtatus, audeat, ſeu præſumat receptare, nec receptari facere prædictos contumaces inquiſitos, vt ſuprà, nec eis ferre auxilium, fauorem, & conſilium, nec cum eis loqui, conuerſari, potam & eſum dare ſimiliter nec locum, nec ignem: ſed illos capere, & capi facere acclamãdo adiutorium, & nobis, & noſtræ curiæ impartiri auxilium ad ipſos capiẽdum. ipſique teneantur, tractentur, & reputẽtur, & habeãtur ꝑ rebellibus noſtræ curię homicidiarijs, & delinquentibus ſub pœna contenta in regia pragmatica, & caueat unuſquiſq; vt contrariũ non faciat. datum. & c. referatur.
5 ¶ Et notandum eſt, quód ideo poſui nomẽ gubernatoris, & cauſã ob quã quis bannitur, & alia, vt ſupra, quia bãnum debet eſſe certum, & in ſcriptis, quia debet conti-

continere perſonam gubernatoris,& iudi-
cis.item cauſam, pro qua quis bannitur:
item nomen & cognomen illius qui banni
tur:item annum, & menſem. & ſic debet
in actis regiſtrari.aliàs ſi ſecus fieret ban-
num eſſet nullum, vt conſti. grandis, &
ibi notatur per Afflict. in nono. nota.ban-
num enim ſine cauſa non obligat, ſecundũ
6 Bald.in margarita, verſ. terminus.¶ Item
in dicta forma, & tenore banni poſui, &
narraui contumaciam contractam particu
lariter,& diſtinctè, eo, quia aliàs non ua-
leret, niſi ſic contumacia exprimeretur,ſe
cundum Bald. in l. ſi quis in fi.C.de fidei-
com libe. & Alex. in l.2. §. ignominiæ.de
7 his,qui.no.inf. ¶ Item dixi, quòd publice
tur in locis publicis, & conſuetis, ex quo
bãnum fieri debet in multis partibus ciui
tatis conſuetis, nec ſufficeret fieri, & di-
uulgari in vno loco tantùm ſecundũ Bal.
in c.2.in 6.col.verſi.quæro quis citatur.de
mil.valla.qui. contu.eſt facit c.cum in tuę
de his, qui matri. accuſa.po.16. quæſt.1.
Ioan.Andr.in cle.grauis. verſi. præconio.
de ſenten. excom. Aug.in l.1. §.hæc ver-
ba ſtipulatio ff.ſi cui plus quàm pro l.Fal
8 ci. ¶ Et eſt aduertendum, quód bannum
non debet publicari in diebus dominicis,
& feriatis, & publicatum talibus diebus
non tenet ſecundum Bal. in l.fi. C.de fer.
4.nota.& in l.ſi ea.in fi.C. qui accu.nõ poſ
9 ſunt.¶ Item dixi, bannitos non eſſe rece-
ptando, nec eis dari auxilium, fauorem,
& conſilium poſſe, ob id, quia ita cautum
eſt, in l. 2. C. de his qui latro. & in regia
pragma.incip. nos Ferdinandus. & c.aſſi-
duo penſantis.& hoc ideo fit, vt ipſis ban-
nitis non remaneat locus,vbi poſsint mo-
ram trahere,vt dicit text.in l.2. in prin-
cip.C.de ſumma trinitate & fide catho.
10 ¶ Et licet de iure cõmuni receptator bã-
nitorum eſſe puniendus eadem pœna,qua
deberent puniri ipſi banniti, vt l.1.ff.de
recepta & l.1. C. de his, qui latro.quæ re-
gula de iure communi in pluribus caſib.
non habebat locum. ut per Affli. in con-
ſtitu de patarenorum. in 2.rubrica.tamen
in regno plures pragmaticæ,& capitula ſu
per hoc prouident,& in primis per.c regis
Caroli. incip.dudũ cõtra proditores char.
8.ſtatutum eſt quód receptans bannitum
incurrit in pœnam vnciarum.contum.de-
mum hoc eſt ſublatum per c. regis Rober
ti incip. receptores malefactorum. char.
33.quo cauetur, quòd ſi barones receptãt
bannitos poſt ſex menſe ſcienter, poſſeſ-
ſio,& domus;vel prædia, vbi ſunt recepta
ti ipſi delinquentes, ſunt fiſci per quinque
annos; alij vero puniantur illa pœna,qua
debet puniri ipſe delinquens, & ſi vniuer-
ſitas receptauerit,punitur pœna pecunia-
ria ibi ſtatuta vt refert Afflict.in dicta cõ
ſtitu. de patarenorum.in 2. rubri. in 2.no.
2.quæſt. Nouiſſime autem ſuperuenit di-
cta regia pragmatica regis Ferdinandi re
nouata, & confirmata per ſacram Cæſ.
maie.Caro 5. Imperatoris, quam ſtatutũ
eſt,quòd tales receptatores puniuntur pę
na mille vnciarum,& alia pęna reſeruata
regi & eſt ius nouiſsimum in regno,& ha-
bet locum tã in baronibus.quàm in perſo
nis priuatis,& vniuerſitatibus,vt ibi habe
tur, & ita ubique ſeruatur in hoc regno
ius nouiſsimũ. Adde quòd nouiter in re-
gno eſt facta alia prag. qua cauetur rece-
ptatores puniri pœna ſex mille ducatorũ
vltra pęnas iuris communis & prag.mẽtio
natæ,& alia pœna corporali reſeruata,ar-
bitrio regio, & in hanc pænam incurrant
mater, pater cognati, & agnati banniti,
item incurrant etiã ſi receptaſſent ſimpli
cem delinquentem,non contumacem,nec
bannitum, & ſi tres principales depoſue-
rint de receptatione eorum per aliquã fa-
cta,etiam quòd deponat de diuerſis rece-
ptationibus, & propterea ſint ſingulares
plenè probent. Nec poſsit excuſari ratio-
ne ignorentiæ.demum reclamãtibus Nea-
politanis factũ eſt, vt ſeruetur in cõmune.
11 ¶ F I S C V S. Sed quid ſi bannitus eſt af-
finis,vel conſanguineus receptantis,an nõ
obſtante dicta pragmatica debeat minora
ri pœna in eo? I V D E X. Dicas,quod
ſic per l.fi.ff.de receptator. & firmant An-
dre.Iſer. & Afflict. in d. conſtitu. de pata-
renorum in 2.rubrica.& idem voluit Iſer.
in c.1.§ receptatoribus de pa. iur. fir.poſt
gloſ. & Iaco. de Belui. & voluit Ioan. de
Ana.in c.2. de delict pue o.5. col.& Ale-
xander conſil.144. in fi.2.lib.& hoc verum
niſi receptaſſet agnatum, vel cognatum
violatorem pacis, & hoſtẽ publicum,vel
cõdemnatum de rebellione contra princi-
pem,ſecundum Andr. in d.§. de receptato
ribus,



tribus & Barto.in d.l.fi.niſi per ignoran-
tiam receptaſſet, neſciẽs eum eſſe uiolato
rem pacis,& hoſtem publicum, uel condẽ
natum de rebellione contra principem.ſe
cundum. And.in d. §. receptatoribus; &
Bar.in d.l.fi.per l pri.C.de his,qui la & ꝓ
ſequitur latè Afflict.in d conſti.de patare
norũ.in 2.q.no.& adde Afflic.in.conſti.pœ
na carere.8. nota. & Carrer. in practica
criminal.§ homicidium.fol.57. nume.41.
12 ¶ I N Q. An dicta regia pragmatica ha-
beat locũ in vxore receptante virum cõtu
macem, & foriudicatum? ¶ I V D. Ale-
xan.in d.l.fin.argu. l ſi cũ dotem §. ſinau-
tem in nouiſsimo.ff.ſol.matri.tenet,quòd
impune poteſt ipſum receptare.& idẽ fir
mat. in l.1.C.de diuor.& in c.inter alia ex
tra,de ſenten excom.& no.And de Iſer.in
conſti.pœna carere.uolentes motus, quia
hodie non fit ſeparatio matrimonij ex ali
quo delicto.ut in c.2.& c.gaudemus. de di
uor.& 33.q.1.cap.in coniugio.& tenet idẽ
And.in c.1.§ ſiquis habentem.de pa.tene.
& in c.1.§.porro quæ ſit pri.cau.ben.amit
ten.& dominus Nell.in tra.bannito.q.22.
nec ex hoc debent perdere ſuas dotes ſecũ
dum And.in d.conſt.pœna carere & Sal.in
l.1.C.de repu.& habetur in ca.regis Caro
li ſecundi incip.item ſtatuimus.& refert,
ac ſequitur Afflict.in d.conſt.de patareno
rum & in d. conſti. pœna carere in 7.& 8.
nota.& in conſt.patrem pro filijs.in 5.no.
poſt And.ibi in 3.not.& Carre.in ſua pra-
ctica.§.homicidium.fol.57.num.41. uerſ.
octauò fallit, hodie ſecus in regno per
prag.proximo loco relatam. Sed quia po
ſtea facta eſt declaratio,ut ſeruet ius cõ-
13 mune,ſeruandum eſt,ut ſupra. ¶ I N Q.
Sed vtrum ignorans eum eſſe bannitum,
ſi receptauerit,teneatur ad pœnã? ¶ I V.
Si loquimur de iure communi dicendum
eſt,quòd non.ſecundum Bar.in l.1. C.de
colo.Illyrica li.11.& Bar. in l. omnes. C.
de agri.& cenſi.lib.11.& l.1. de deſerto.&
in l fina.C.de fabricen & dicetur ſciens, ſi
publicum erat,eum eſſe bãnitum.de quo
per Ang & de Are.in lib male.in verbo,di
cto maleficio ſemper aſtitit. quod intelli-
ge ut per Bald.in l.11.C.de his qui latro.
occul.& habetur per Afflict.ubi ſupra.ho
die tñ eſt prouiſũ in hoc per dictã regiam
pragmaticã,quòd ad hoc,ut nemo ſub ꝓ-
textu ignorãtiæ poſſet eludere dictã pœ-
nam,ſtatutũ eſt,quòd nullus exterus poſ-
ſit receptari vltra binas noctes,quin denũ
tietur curię: & quòd ſi receptatus fuerit
vltra binas noctes,& fuerit poſtea repertũ
eſſe bannitum,teneatur receptator ipſe ad
pænam,etiam ſi alleget ignorantiam.
14 ¶ I N Q. Quid ſi aliquis receptaſſet ban
nitum toleratũ a ſuperiore in ciuitate,an
receptator ipſius teneatur ad pænã? I V.
Dicas,quòd non, ſecundum Sal. in l. nul-
lus.C.de Iudæis.& habetur per Marſili.in
pract.cri.§.aggredior.num.28.quod uerũ
intelligo,quando talis patientia, & tole-
rantia fieret palam & publicè ab ipſo ſupe
riore.aliàs ſi fieret clã,& occultè, nõ poſ-
ſet dici tolerantia,& patientia ſuperioris
& hoc puto procedere,ſiue eſſet ſuperior
qui banniuit,ſiue ſuperior ipſius recepta-
15 toris. ¶ INQVIS. Sed an pœna dictæ re-
giæ pragmaticæ habeat locum in hoſtola
nis,& tabernarijs receptantib. cõtumaces
uel eis dantibus potũ,& eſum per trãſitũ
¶ I V D. Dicas,quòd non. ſecundum Bar.
in l.omnes.C.de agri.& cenſit.lib.11.facit
l.Seiæ.§. idem quę ſit.ff.de fun.inſtrud.&
Alex.in l.1.ff.de recepta.& per Afflict. in
conſt.patarenorum.in 2. not in uerſicu.7.
16 fallit.¶ I N Q. Et an receptans bannitũ
propter inueteratam amicitiam,debeat in
eo mitigari pæna? ¶ I V D. Dicit Sali.in
l.nullus.C.de male.quòd amicitia reꝓ-
borũ eſt repellãda,& ſic non debet excuſa
re & ſequitur Afflict.vbi ſupra.in 11. not.
17 6.quæſt.¶FIS.Nunquid pæna dictę regię
pragmaticæ habeat locum in receptante,
vel aliter fauente delinquenti tantũ, etiã
ſi non ſit bannitus,uel contumax?¶ I V D.
Certè uerba dictæ regię pragmiticę ſunt
clara, & loquuntur de receptantibus de-
linquẽtes,latrones,homicidas,vel banni-
tos.& ſic loquitur de receptante delinquẽ
tẽ tãtũ,uel bannitũ.& optima rõne vide-
tur hoc ſtatutum,quia licet nõ ſint banni
ti receptatores,tamen ipſorum dicuntur
opem præſtare dictis delinquentib. ſecun
dum Bart.in l.qui furem.ff.de fur. & non
procedit dicta regia pragma. ſi ignorabãt
receptatores,fures vel latrones fuiſſe.ſecũ
dum Bal.in l.ſi furti.C.de his qui no.in.&
ſemper dicuntur habuiſſe notitiam, quan
do eſt publicum.& notorium maleficium,

vt in l.ſi tutor.ff.de peti.tutó.& ibi Bal.&
habet per Rot.in deciſio.415.& Bal.in c.
conuenticula.colum.5.de pa.iur.firm.Sa.
in l.1.in fine.C.de his qui la.imó plus di-
cit Bald.in dicta l.prima,quòd ad imponē
dam pœnam pecuniariam, ut eſt in dicta
regia pragma.ſufficit probari, quòd erat
fama,& rumor de delicto. & de iſta regia
pragmatica mentionem facit Carr. in ſua
praxi.crimi.§.homicidium.folio 57. num.
42.ubi enumerat,& recolligit omnia ca-
pitula, & pragmaticas regni loquentes
de receptatoribus delinquentium, vbi
18 videas.¶ Non tamen dicta regia pragma-
tica habet locum in eo, qui per vim rece
ptauit delinquentem,non valens prohibe
re,vt habetur per Afflict.in conſtitu.pata
renorum.in 2.uo.in 3.ca.& habetur in ter
minis dictæ regiæ pragmaticæ,ubi ſupra
num.42.in fi.quos allegat ad hoc Ioan de
Arno in dialogo. 45. Hodie tamen eſt ex
peditum in regno per nouam pragmaticā
ſupra relatam,quæ ut dixi comprehendit
expreſſe receptanies delinquentem tantū
ſecundum tamen ius cōmune erit intelli-
19 genda vt dixit.¶ I N Q V I S I T V S. Sed
an habeat locum in aduocato,& procura-
tore poſtulantibus pro bannitis, & foriu-
dicatis?¶I V D.Ang.de Are.in li.male.
in verbo.Andream auxiliatorem. 2.colu.
tenet,quòd ſic,quia poſtulando pro eis au
xilium,& fauorem videntur dare, & præ-
ſtare, per doctri.Barto.in l.poſt legatum.
§.ſunt qui putant.ff de his,qui.vt indi.ſed
ibi Ang.de Ari.in addi. tenet contrariam
opinionem.& opinionem Angel. ſaluat in
bannitis pro criminem læſę maieſtatis,vt
in caſu.l.quicūque.C.de epi.& cleri.& idē
in hæreticis, ut plenè per Afflict.in con-
ſtitu.inconſutilem.25.nota quia ꝑ talib.
non poteſt poſtulari abſque mandato iudi
cis,pro alijs verò licitum eſt abſque me-
tu pœnæ:& idem firmat Nell.in tra.banni
to.in 3.parte 2.tempor,in 26.quæſtio. vbi
dicit, quód clarum eſt poſſe abſque metu
pęnæ poſtulari pro bannitis per viam iu-
ſtitiæ,allegando bannum nullum,vel pe-
tendo quòd rebanniantur, præter in ban-
nitis ꝑ crimine læſę maieſtati.ſed vbi po
ſtulatur nō in cauſa pro qua ſunt banniti:
ſed ad defenſionem alterius cauſæ,tūc eſt
diſtinguendum : aut ex forma ſtatuti pro
illa cauſa,pro qua poſtulatur eſt permiſſa
defenſio ipſis bannitis,aut non.primo ca
ſu licita eſt poſtulatio pro eis:ſecundo ve
rò caſu tenentur ad pœnam de auxilio,vt
ibi habetur,& ibi etiam ponit in 27. quæ
ſtio.de allegante cauſas abſentiæ pro bā-
nitis,quòd licitum eſt, & permiſſum, vt
ibidem,& in 28.quæſt.ponit de teſtifican.
te pro bannito,& ibi dicit, quód ſi in illo
caſu,pro quo quis teſtificatur, erat per-
miſſa defenſio ipſi bannito, licitè potuit
teſtificari,aliàs non,& eſt aduertendum,
quòd cum habemus ritum magnæ curiæ
vicariæ,quo cauetur,ut nemo pro banni-
tis loquatur,poteſt dici,quód pro eis nō
poſsit poſtulari.ſecundum diſtinctionem
20 Nelli de ſa.Gemi.¶F I S.Vtrum pœna di
ctæ regiæ pragmaticæ habeat locum in eo
qui ſciens receptauit bannitum pluribus
vicibus,& diebus in domo ſua, & demum
ipsō prodidit,& cœpit, & curiæ tradidit?
¶ I V. Hanc quæſtionem poſuit Nell.de
San.Gemi.in tra bannitorum; in 3.parte
2. tempor. in 24. quæſtio.ubi dicit, quòd
Alber.in trac.ſtatu.quæſt.68.ponit iſtam
quæſtionem, & decidit, quòd debeat pe-
niri,licet ſit mitiganda pœna, & quód ita
fuit determinatum Bononiæ. ipſe tamen
Nell.vbi ſuprà,diſtinguit, quód aut con-
ſtat,quód ab initio retinuit cū animo re-
ceptandi,& poſteà mutato propoſito deli-
berauit eum iudici præſentare,ut iā fecit
& tunc punitur.ſi uerò hoc non conſtat,
non debet puniri, ſed debet præmiari,
quia præſumit eum receptaſſe, & remiſſ-
ſe,ut curiæ traderet.& ita cum hac diſtin
21 ctione pertranſit.¶ Et an mandando nun
tium,uel literas contumaci,uel foriudica
to incidat quis in pœnam banni, quòd ne
mo loquatur cūm bannitis,dicas ut ꝑ Io-
an.de Arno.in commentar.191.& vide Bo
nifa.in titu.quid ſit accuſatio.23.col. cir-
ca medium.& in l.1.§. ſi.ff ad l. Iul.maie.
24 ¶FIS.Sed quādo proprie dicatur quis re
ceptare?¶ IVD. Dicas,quód is dicitur re
ceptaior, qui malefactorē abſcondit, non
qui dedit ei potum, uel cibum l §. quod
autem de ſer.corrup.l.1.§.1.& ibi Bart.ff.
de recepta.l qui.§.qui furem. ſſde fur.per
Bal.Ange.& Sali.in l.1.C.de his, qui latr.
Itē qui receptat mercede, uel parte rerū
ablatarum a fure,furem dimiſit,quē cape
re



re potuerit.l.1. in fi. & ibi doctor.de rece-
pta.item,& qui cohabitat. c. ſi clericus,in
princ.& ibi Bald.in primo de pa.tenen.in
uſi.feudo.Vide Afflict.in conſti. Patareno-
23 rum.q.4.nu.9. ¶Dixi etiam in forma ban-
ni,quòd bannitus capiatur,&c.ob id, quia
ad id tenetur vnuſquiſq;,ſi poteſt,vt l.11.
C.de his qui latro.& in d.regia pragm. eſt
expreſſum : & quia bannitus poteſt à quo
cunque capi l.ſi.C.de malefi.& mathema.
& Bal in l.1.10 colum.verſ.ex his apparet.
C.de ſumma trinita.& ſi.catho.& capi po-
teſt quocunq; tempore, etiam die feriata,
ſecundum Baldum in l. qui bonis. C. qui
24 bon. cede. po ¶ Dixi etiam, quòd im-
partiatur auxilium curiæ ad capiendum
bannitos, quia ad id tenentur ſubditi, vt
25 dixi ſuprà in verbo,captura.¶Dixi etiam,
quód habeantur pro rebellibus curiæ, ob
id,quia licet eo ipſo, quòd quis ſit contu-
max, & bannitus, non dicatur rebellis cu-
riæ ( quia non dicitur hoſtis, qui impune
offendi non poteſt ) ſecundum Barto.in l.
in amiſsione, in princip. verſic. aduerten-
dum eſt,ff.de cap.dimi.& per domi. Phlip.
Cor.in conſil.55.incip.reperio in littera l.
in ſecunda parte.tunc enim dicetur rebel-
lis curiæ, quando eſt foriudicatus, ut ha-
betur in conſtitu.pœnam eorum. bene ta-
men dicitur inobediens iudici ſecundum
Bal.in l.1.7.col.verſ.ſequitur videre,qua-
liter banna. C. de hæred.inſtitu.ſed largo
modo dicitur rebellis curiæ,qui eſt inobe-
diens,non tamen taliter,ut poſsit offendi.
26 ¶ F I S C V S. An ſtatim,ac quis eſt con-
tumax,poſsit publicari,& diuulgari,vt bā
nitus? ¶ I N Q V I S I T V S. Videtur,
quòd non,ex quo habemus in regno con-
ſtitutionem incipientem, clemētiæ.ſub ru
brica,vt banni. lib. intra duos menſes re.
&c. qua ſtatutum eſt quòd contumax capi
non poteſt infra duos menſes, licet per ri-
tum magnæ curiæ ſit ſtatutum, quód per
menſem capi de perſona non poteſt, ut in
ritu incipien.item ſi aliquis,uel aliqua bā
nitus:& eſt alius ritus incip. Item, quód
nullus bannitus qui eſt conformis. cum cō
ſtitu, clementiæ. & ſic ſiue per menſem,
ſiue per duos menſes, capi non poteſt, & ſi
capi non poteſt, minime banniri poteſt;
licet publicari pro bannito, quia ſi ſtatim
bánum poſſet publicari,ut ſupra dixi poſ-
ſet capi de perſona contra mentem dicto-
rum iurium. & in tantum hoc eſt uerum,
quod ſi caperetur infra menſem, deberet
relaxari præſtitis fideiuſſoribus ſecūdum
Andr. & Afflict. in d. conſtitu. clementiæ.
quòd non procederet, ſi conſtaret de cri-
mine, quia deberet ſe defendere in uincu-
lis.per l. humanitate ſuggerente;& habe-
tur per Afflict. in d.conſtitu.clementię ſed
in hoc eſt aduertendum, quòd ſi quis eſſet
bannitus pro crimine, pro quo, ſi compa-
ruiſſet ſponte á principio,potuiſſet carce-
rari,etiam ſi afferret fideiuſſores,tunc cō-
parendo ſiue intra duos mēſes, uel vnum,
ſiue poſt, carcerabitur, quia bannum la-
tum per contumaciam, non debet ei præ-
ſtare immunitatem.argumen. l relegato-
rum.§.fin.ff de interdict. & de noxa. l. non
ſolum.& l.3. C. de pat. pote. & ita intelli-
guntur dictę conſtitut. & ritus ſecundum
Afflict. & Andr. in dicta conſtitu.clemen-
tiæ,& ex hoc credo, quód inoleuit conſue-
tudo in aliquibus partibus, & curijs, quia
in aliquibus curijs vidi expectari per men
ſem, & demum bannum publicatur, &
in aliquibus publicatur ſtatim contracta
contumacia, & in aliquibus expectantur
duo menſes:ſeruanda eſt igitur conſuetu-
do regionis, & curiæ in hoc, & conſuetu-
do illorum,qui expectant per menſem, vel
duos, confirmatur per doctr.Bart.de Cap.
in dicta cōnſtit. clementiæ. quòd intra di-
ctum menſem ſecundum ritum, uel duos
menſes ſecundum conſtitutio. contumax
non amittit ciuitatem:& ſi non amittit ci-
uitatem, ſequitur, quòd interim non eſt
publicandus pro bannito,quia aliàs amit-
teret. & dicit Barto de Cap. in c. ſiue quis
ſit forbannitus.quòd intra dictos duos mē
ſes non punitur receptator contumacis,er
go bannum non publicatur. ¶ I V D. Lau-
do ſentētiam tuam. Sed ad id aduertendū
eſt in quātum dictum fuit,quòd ante duos
menſes non poteſt capi contumax. Nam
hoc hodie non ſeruatur,& hoc optima ra-
tione, nam ſi commiſſo delicto, etiam ca-
pta aliquali informatione,pōt ante captu-
ram procedi,ut aliás ſuperius dixi,multo
fortius contracta contumacia, ne contu-
max ſit melioris conditionis, quā non con
27 tumax. ¶ F I S C. An pro quolibet crimi
ne poſsit quis banniri, & ut bannitus pu-

blicari & diuulgari? INQVISI. De
hoc habemus conſtitu.regni,grandis vtili-
tas,qua cauetur, quòd bannum non datur
niſi pro cauſa, pro qua venit applicanda
pœna mortis naturalis,vel ciuilis.& idem
dicit Bald.in cap.1.in princ.in 6.colum.de
pa.tenend. & notatur per Afflict. in d.con-
ſti. ¶ IVD.licet id procedat,& verum ſit
ſecundum ius conſtitu.regni,tamen ſecun
dum ius capitulorum aliter cauetur,vt hr
in c.ſiue quis ſit for bannitus:quo cauetur,
quòd etiam pro crimine, vbi venit impo-
nenda pœna abſciſſionis membri, poteſt
bãniri ad effectum, vt poſsit perueniri ad
ſententiam foriudicationis. item ſtatuit,
quód pro alijs minoribus criminibus ha-
beat locum etiam bannum, ſic tamen, vt
non poſsit perueniri ad foriudicationem.
ſed bene poteſt quis banniri pro dictis cri
minibus, licet non veniat imponenda pœ-
na capitalis, & ita dicit ibi Barto. de Ca-
pua;& ſi ita bannitus perſiſtit per annum,
bona eius vẽdicantur fiſco facta diſtinctio
ne liberorum ſecundum regni conſtitut.
28 ¶ FIS. In quantum ſe extendit effectus
bannitionis? ¶ IVD. Dicas; quód pro-
tenditur, & extenditur per territoriũ ban
nientis, non extra ſecundum Bald. in l. 1.
3.col.ver.& circa primum.C.de hæred.in-
ſtit.& in l.exequutorem 10.col.verſ.modo
ego quæro de vno.C.de excep.rei iudi.glo.
in c. 1. in prin.in verſ.guerram.hic fin.lex
Corra &.habetur per Barto.Cæpol.in l.in
itinere.ff.de ver. ſign.& plenè per Nell.in
tra.bannito.in prima parte.1.tempor.quæ
29 ſtio.57.vbi uideas.¶Et eſt ſciendum,quòd
bannitus de vno loco,videtur bannitus de
alio adiuncto.ſecundum Bald. in l. etiam
C.de iure dot.& Alexan.in l.ſi conuenien-
di.§.ſi nuda.ff.de pig.actio. & bannitus de
caſtro adiacente ciuitati, intelligitur ẽt
bannitus de ciuitate. ſecundum Bald.in l.
etiam, & Alexand. in d.§.ſi nuda. & ideo
ſi quis eſt bannitus de caſtello ſubdito ci-
uitati non põt ſtare in ciuitate.ſecundum
Bald.in d.l.exequutorem.nona col.ver.ſed
30 pone, eſt cuidam nobili. ¶ Item ſi repe-
riuntur duo Titij de vna caſata,& reperi-
tur vnus bannitus, ille cenſendus eſt, qui
aufugit ſecundum Bald. in l.voluntatis.in
vlt.col.verſ. econtra. C.de fideicommiſſ.
31 ¶ Et ſi aliquis eſt bannitus de vno iudice,
poteſt capi ab alio iudice extra ſuã iuriſ-
dictionem, & hoc per regiam pragma. in-
cip.item quod officiales.& per aliam prag-
mati.regis Ferdinandi incipiẽ.licet vt vni
uerſis Italiæ pax.quibus cauetur, quòd iu
dex vnius territorij tenetur capere banni-
tum ad requiſitionem alterius iudicis per
ſolas literas ſuas, licet Afflict. in conſti-
tut. clementiæ in 10. quæſtione. arguat
32 pro & contra. ¶ Et bannum poteſt re-
mitti à quolibet officiali, qui ipſum de-
dit. ſecundum Afflict.in conſti. clementiæ
33 in 7. q. ¶ FIS. Quid ſi vniuerſitas eſt cita
ta,& effecta contumax,quænam erit pena
contumaciæ in ea.¶IVD.In hoc regno eſt
ſopita hæc quæſtio per conſtit. regni.inci.
dubitationem iuriſperitorum.vbi habetur
quòd eſt medium auguſtale pro quolibet
foculari,& quòd fiet exequutio a tota vni-
uerſitate ſecundum facultates,& ſic in pe-
na contumaciæ inferenda uniuerſitati col
lecta imponenda non eſt in ſubſidium,quã
do non habet bona in communi, ſed prin-
cipaliter pro pœna contumaciæ debet im
poni collecta pro modo facultatum,ut ibi
not.per Afflict.in 7.not. ſed extra regnum,
ſi vniuerſitas citata non comparet,nec de-
fenditur per ſyndicum, quia fortè nõ vult
creare; obſeruabitur id, quod habetur in
tit.ff.ſi quis in ius voca. non ier. & tunc ſi
quid habebit in cõmune, poſsidetur ex pri
mo decreto; & ſi admonita vniuerſitas non
excitetur ad ſui defenſionem,prætor faciet
vẽdi bona communia illius ciuitatis,vt l.
1.§.quód ſi nemo.iuncta gl. ff. quod cuiuſ.
vni.vt no.& l.cum proponas.C.de bo.aut.
iu. poſ. ſi vero vniuerſitas condẽnata non
habet crumenam cõmunem, tunc cogetur
imponere collectam.l.1.§.quód ſi nemo.ff.
quod cuiuſ.vni.no.ſi autem illi de vniuerſi
tate nollent imponere collectam,iudex po
terit imponere ipſius primó vocatis, vt l.
ſi.C.de munc.patri.li.10.ibi,præſidib.ſigni
ficamus.& poterit idẽ imponere onus exi-
gendæ collectæ alicui,vel aliquib de vni-
uerſitate intra certum tempus;quo elapſo
exactor ſeu exactores poterunt conueni-
ri,& capi.l.1.circa princ.ff. de muner.& ho
no.de quo ad longum per Ioan.Mil.in ſua
34 praxi.cri.fol.97.nu.71.¶FIS.Et an vniuer
ſitas poſsit banniri?IVD.Hanc quæſtionẽ
poſuit do Nell de ſan.Gemi. in tra.banni-





to.in prima parte primi temporis, in quin
ta quæſtio.vbi finaliter dicit, quòd poteſt
banniri,quia poteſt delinquere,& condem
nari,vt habetur in l.metum.§ animaduer-
tendum.ff.quod me.cau.& l. hæres dolo.§.
1.ff.de do.& pleniſsimè per Bar.in l.aut fa
35 cta.§ ſi de pen. ¶FIS. An valeat bannum
contra filios Titij non expreſsis nominib.
¶IVD. Dicas, quòd ſi ex forma accuſatio
nis ſeu inquiſitionis poterit comprehẽdi,
de quib.filijs dicatur,ſi ſunt plures, validũ
erit bannum.quod ſecus eſt, ſi non poterit
cõprehendi,quæ ſint ex aliqua parte acto-
rum,ut habetur per do.Nell.de ſan.Gemi.
vbi ſupra in prima parte primi tẽporis 6.
36 q ¶FIS. An bannitus poſsit iterum banni
ri? ¶IVD. Hæc quæſtio habet plura capi-
ta,& eam latè examinat do. Nell. in tract.
bannito.in prima parte primi tempo. in 3.
quæſt. ubi poſt multa diſtinguit, quòd aut
quæſtio habet, an poſsit banniri in eodem
loco,in quo ſemel bãnitus fuit.& dicẽdum
eſt,quòd non l licet.§ pen.ff.nau. caupo. &
ſtabu. an autem poſsit in alio loco bãniri,
puta, quia fuit bannitus in loco maleficij,
puta, Bononiæ, inquiritur nunc in loco
originis, puta, Florentiæ, vel econtra, &
iterum banniri poteſt.in pri. enim loco nõ
fuit punitus effectiuè, & ideó poteſt banni
ri.ſi verò quæritur, vtrum pro alio delicto
poſsit banniri,dicendum eſt, quòd aut cõ-
miſerat illud crimen, de quo nunc proce-
ditur, antequàm fuit bannitus, & poteſt
banniri;quia poteſt citari, & ibi conueni-
ri; ſi verò commiſit poſtea delictum,tunc
aut illud commiſit in loco,á quo bannitus
erat:& eſt idem, quia ſiue ſit locus origi-
nis,ſiue alius ratione delicti, ibi ſortitur
forum, & ibi poteſt conueniri, & ſic ban-
niri. ſi autem fuit bannitus in loco domi-
cilij ratione originis,vel incolatus, & ali-
bi nunc delinquit,& contra eum procedi-
tur nõ in loco delicti ſed in loco originis,
uel incolatus,maior eſt dubitatio; & tunc
eſt dicendum, quòd ſi bannitus ex primo
banno non perdit domicilium illius loci,à
quo bannitus extat, ibi poteſt conueniri,
& banniri; aut perdit ex primo banno do-
37 micilium, & non poteſt. ¶ FISCVS.
An bannitus perdat domicilium,& deſinat
eſſe ciuis ſuæ ciuitatis. ¶ IVDEX. Nel-
lus de ſan. Geminiano in eo. tracta.in pri-
ma parte ſecundi temporis 45. quæſtio.in
effectu concludit poſt multa,quód quoad
ſui commodum perdit domicilium, & de-
ſinit eſſe ciuis ſuæ ciuitatis, ſed quoad ſui
incommodum, & odium retinet, maxime
38 ſi eſt ciuis origine. ¶ FISCVS. An poſ-
ſit iudex bannire committẽtem delictum
contra ſe, vel ſuam familiam? ¶ IVD. Di-
cas, quòd aut delictum eſt notorium, &
reperitur pro eo ex forma iuris commu-
nis,uel ſtatuti,impoſita certa, & determi-
nata pœna,& tunc, quia ceſſat omnis ſu-
ſpicio, poteſt bannire; ſi verò non eſt de-
terminata,& certa pœna,ſed eſt arbitraria
verum arbitrium eſt declaratum per con-
ſuetudinem,idem erit.quia tenetur ſerua-
re cõſuetudinem, ut habetur in l.athletas
§.calumniator.& l. quid ergo.§.pena gra-
uior.ff. de his, qui not. infa. ſi uerò nec eſt
certa pœna,nec declarata per conſuetudi-
nem,non poteſt bannire, ſi uerò delictum
non eſt notorium, & tunc aut offenditur
principaliter dignitas ſeu officiũ, vt quia
offenditur officium exercendo,tunc poteſt
cognoſcere, bannire, & punire,ſi uerò of-
fenditur principaliter perſona, tunc non
poteſt cognoſcere, nec bãnire, vt habetur
per Nell.in tracta.bannito.in prima parte
pri.tempe. in nona quæſt. de quo late per
39 Capi.in dec.124. ¶ FISCVS. Quid ſi
aliquis notarius reperitur bãnitus pro ali
quo magno, & famoſo crimine, an inte-
rim poſsit conficere inſtrumenta, ita, ut
valeant,& an facta poſsit reaſſumere?¶IV
DEX. Hanc quæſtionem poſuit idem
Nell. in prima parte ſecundi temporis in
quæſt. 151.vbi poſt relatas plures opinio-
nes dicit,hanc quæſtionem ſibi uideri du-
biam, & nihilominus adhærendo opinio-
ni aliorum concludit, quod aut notarius eſt
bannitus ex crimine extra officium nota-
riatus commiſſo, & valent inſtrumenta ab
eo confecta,tamen vetera magis quám no-
ua;ſi verò eſt bannitus ex delicto commiſ-
ſo in officio notariatus,puta,quia fecit in-
ſtrumẽtum falſum, & tunc aut ſimpliciter
eſt bannitus, & valent inſtrumenta per eũ
poſteá confecta. arg. l. 3 §.quæſitum.ff.de
ſuſpe.tut. donec priuatus,& exauthoratus
fuerit. & ita loquitur dictum Innocen. in
c. fraternitatis. de teſti. ſi autem pronun-
ciatur, quód debeat abradi de matricula.

tunc nõ dicitur exauthoratus, donec abra
datur. Adde quod Barto. in l.barbarius.ff.
de offi.pretor in antepe.col.latè diſcutit.
tandem dicit, pendente proceſſu. & do-
nec feratur ſententia, poſſe notarium,e-
tiam quòd inquiſitio ſit de falſitate,confi-
cere inſtrumenta: non tamen inſtrumen-
40 tis illis adhibetur totalis fides,ſed annihi
latur.¶ FISCVS. Quid ſi aliquis eſt ban
nitus pro homicidio, & poſt duos menſes
ſe voluntariè præſentat,& iudex eum po-
nit in quadã camera cum fideiuſſone de-
inde non recedendo, an effectualiter de-
beat carcerari inſtante quærulante? ¶ IV-
DEX. Dicas, quòd poteſt tenere eum in
camera cum cuſtodia quæ tantum tenea
tur de dolo, & culpa,& nõ grauabit pars,
ſi etiam fuit data cautio deinde non rece-
dendo, ut late habetur per Capi. in deci.
154 Adde quòd ſi recte inſpiciatur Ang.
in l. qui in carcerem. ff de eo quod me.
cauſſ.allegatus per Capi. in deci.prędicta
& quem omnes ſequuntur, continet con-
tradictionem.& repugnantiam, nam dicit
quòd carceratus dicit̃ ille qui de loco,ad
ſui libitum, exire non poterit, ſubdit de-
mum quòd poteſt aſsignari vni nobili to-
tum palatium, vel tota ciuitas ꝓ carcere
& tamẽ dicetur carceratus,& qui dedit ſi-
deiuſſores de non recedendo, non dicetur
carceratus;quis enim tam fatuus erit,qui
dicet eum cui aſsignata fuerit ciuitas pro
carcere non poſſe exire, & recedere ad ſui
libitum:ergo non dicetur carceratus; ſecũ
dum eius dictum. Præterea, quis enim ne
gabit,nõ magis,dici carceratum, eum cui
aſsignata fuerit tota ciuitas cum fideiuſſo
ne de inde non recedendo, quæ eſt catena
aurea,quam eum cui fuerit aſsignata ciui
tas abſque fideiuſsione.niſi dicamus,ſecun
dum Capi.in d. deciſio. intelligi dictũ An-
gel. ſi vltra aſsignationem loci, pro carce-
re,deputati,ſint cuſtodes, ad oſtium loci.
Sed pro Deo, quomodo poſſent deputari
cuſtodes carcerato ꝑ totam ciuitatem,ut
dicatur carceratus, taliter quòd exire ne-
queat? Certe non video:ex multis enim
locis fuga fieri poſſet, ad libitum deten-
ti,tam de nocte quàm de die etiam ſi mil
le cuſtodes apponerentur. Et uix, in pa-
latio poſſet uerificari dictum Ang. Ergo
non videtur tutum dictum illud,quòd di
cetur carceratus. Eſt tamen bene verum,
quód ad materiam illius l. qui in carcerẽ
vt dicantur per metum extorta,ea quę ex
torquentur a detento, bene procedit di-
ctum illud. Non tamẽ procederet in cauſ-
ſis criminalibus, & ad defenſionẽ iudicis,
qui debuit carcerare taliter delinquẽtem
quòd perſona ſit ſalua, ut tempore ſentẽ
tiæ luat pœnam. Hæc enim omnia diffe-
runt carcerare,committere cuſtodi.& mi
liti uel ſub fideiuſsione. l.2. ff de cuſto.
reo. Et ideo eſt attendenda diſtinctio Gl.
in d.l.1.ut dicamus,aut quis eſt cõfeſſus,&
in diſtincte carcerabitur,aut non eſt confe
ſus, & eſt inquiſitus de graui crimine, &
carcerabitur. aut de delicto leui & datur
cuſtodiendus a cuſtodibus.quód & probat
text.in d.l.1. ſi bene conſideretur. Et dato
quòd ſit nobilis &in dignitate, ſi tamẽ in
quiratur de graui ſcelere carcerãdus erit
non cuſtodibus committendus, ſecundum
Gloſſ. ibi. in uerbo uel pro dignitate:Mi-
ror ergo de Angel.de maleſi.qui in uerbo
qui iudex dictum Gaium, & in uerbo fa-
ma publica, & ibi Augu. de Ari. ſimpli-
citer ſequuti ſunt dictum Ang.& ſic Capi.
& ego ante hæc. Et in particulari quæ-
ſtionis noſtræ, obſtabat expreſſe c.regni,
ſiue quis ſit forbannitus, in quantum uo-
luit bannitum cõparentem debere in uin
culis cauſam dicere, & ſic nullo modo ſa-
tisfieret, ſi detineretur per ciuitatem,uel
palatium. Eſto igitur uigil, & ſapiens ne
41 decipiaris. ¶ FISCVS. Subſequenter
quæro,quas pœnas patiantur contumaces
in regno. ¶ IVDEX. In hoc ſciendum
eſt,quòd primó in regno contumax con-
demnatur ad tertiam partẽ bonorum mo
bilium, ut ſuprà ſępius tibi dixi. & ſi in-
tra annum non comparet, & eſt delictum
capitale, forindicatur, & omnia eius bo-
na a fiſco vendicantur, & impune poteſt á
quocunque occidi, ut dicã in materia for
indicationis,ſi verò non eſt delictum capi
tale, condemnatur ad tertiam partẽ bono
rum mobilium & ſi intra annum non com
paret, perdit omnia bona ſua, & fiſco ap-
plicantur, reſeruato iure liberorum,ut ſu
pra dixi in materia inuentarij: & ſi poſteà
voluerit reuerti ad ſe defendendum,debet
dicere cauſam in uinculis,& etiam ſi ueni
ret abſoluẽdus in cauſa principali,adhuc





tamen debebit ſtare tanto tẽpore carcera
tus, quanto tempore durauit in contuma-
cia,vt habetur per c.regni, ſiue quis ſit for
bannitus.& hæc procedunt in accuſato.
42 ¶ Sed in accuſatore non comparẽte vltra
condemnationem expenſarum ad ſextam
partem mobilium, ut eſt conſtit.regni in
cip.accuſatorum temeritas. & ibi And.de
43 Iſer. ¶ Item reus contumax debet refice-
re expẽſas accuſatori, antequam audiatur
l.ſancimus.& ibi Doct. & Bal. in 1.not.C.
de iud.& Bald.in l 2.in 2 col.ver.in ſecun-
do exemplo. C. de eden. & authen. qui ſe-
mel.& ibi Bart. 1.col.3.no.C.quo.& quan-
do iu.procedit n.in criminalibus ẽt, ꝙ con
tumax non audiatur niſi refectis expenſis,
& etiam in denunciante contumace,ſecun
dum Hip.pra. §. ſupereſt.& in l.patre,nu.
17.ff. de quæſtio. & Rebuf. in comen. con
ſti de ex.da. & in te. art.5 gl.vna num.48.
ſed hoc uerum eſt,ubi proceditur ad quæ-
relam,ſecus ſi ex officio quia tunc non re-
ficientur expenſæ.ita Guliel de ben in ver
bo mortuo teſtatore,el primo num. 169.
48 ¶ Item contumax in loco delicti, poteſt
inquiri in loco originis, nõ obſtante præ-
uentione facta in loco delicti,quia non po-
teſt ſe fundare ex proceſſu,in quo fuit con
tumax ſecundum Bartol. in l.ſepulchri. in
1.col.ver.item eſt ar.ad q.ff.de ſepul.vio.&
in l quamuis. verſ. vlterius ex hac l.ff.de
dam.infe.& Alex. in l.de die.§.tutor.ff.qui
ſatiſd.cogan.& Barto.in l.1 in 3 quæſt.C.
vbi de cri.agi. opor. & in quæſt. accuſatus
de vi turbatiua.in 5.articu.& Bar.in l.vbi
cœptum,circa medium.ff. de iu. & ibi om-
nino Alexan. de Imo. & omnino per Bald.
in l.1.de lega.1. & Barto. in l. & ſi amicis.
§.1.ff.de adulter & Angel.de Aret. in lib.
male in uerbo, Florentiæ. in fin.ubi dicit,
quód pro tractatu homicidij poteſt inqui-
ri in loco tractatus, licet fuerit inquiſitus
in loco delicti cõſumati in quo tamen fuit
contumax,pœna homicidij non poteſt ha-
bere effectum:&in verbo,inquiſitio,in vlt.
col. item poteſt banniri de vtroque loco,
ſecundum Bald.in l.1.2.colum. C. ubi de
45 cri.agi.opor.de quo ſupra dixi.¶ Item con
tumax,& bannitus ex ſolis banno, & con-
tumacia põt torqueri, ſed quomodo pro-
cedat, dicam in tertia parte tertiæ partis
46 principalis.¶ Itẽ perſiſtentib. in contuma
cia oportet iudicem eſſe ſeuerum, ut 2.q.
4.c.quanto & c.ea,quæ.de ſtat. mo.in gloſ.
in uerbo, rebellibus. quæ allegat bonum
text.in cap.1.circa fin.de poſtu.prælato. &
47 eſt de hoc text.in c.1.de appe in 6. ¶ Item
quia cõtemptor mandati regij in facto ar-
duo poteſt capitaliter puniri, ut habetur
plene per gloſſ.in pro. ſac. regni conſtit.&
ibi per Afflict. qui optime declarat. uide
quæ dixi in dicta conſt.poſt mundi machi-
48 nam,poſt Afflict. ¶ Item contra contuma-
cem,& bannitum per iudicem poteſt pro-
cedi in ſuum dedecus,& uituperium ad ere
ctionem furcarum in domo ſua, & ibi mã-
dari affigi, & ſuſpendi imaginem ſuam cũ
fune in collo, quando delictum habetur
pro confeſſato, ut habetur per do. Par. de
Put.in lib ſyndi.in verbo.cõtumacia.quod
49 intellige,ut ibi ¶ Item propter contuma-
ciam poteſt procedi ad deuaſtationem do-
morum, & ſuorum bonorum, non tamen
in præiudiciũ creditoris,& coloni, & uxo-
ris pro iuribus dotalibus de quo ad longũ
per Par.de Put.in lib. ſyndi. in uerbo con-
tumacia.uer.an iudex propter contumaciã
quod intellige ut ibi,uide quę plenè dixit
Guli.de bene.in repe. c.Raynutius in uer-
50 bo domum nume. 22. cum ſeq. ¶ Item ſi
pars appellata fuerit cõtumax,propter di
ctam contumaciam parte inſtante põt iu-
dex determinare in cauſa intra decẽ dies
à die receptionis proceſſus numerandos,
ſine alio ordine iudiciario, ut probatur in
conſti.hac lege. & ibi not. per Afflict in 6.
50 no.quod dicit eſſe notandum. ¶ Item con-
tumax perdit declinatoriam fori.ſecũdum
Angel.in l cum,qui.ff de priuil.cre.& An-
gel.& Imo.in l ſi finita.§,item uideamus.
ff de dam.infec.& Alexã.in l. quidam con-
ſulebat.ff de re iudic.in fi.colum.& Afflic.
in loco,de quo ſupra,& per Innocen,in ca.
ad præſentem.colum.in fin. de accu Imo.
in c.ſi duobus.1.col.in fi. de appel. & Bald.
in l.ſi qui ex cõſenſu.3 col.uer. deinde no.
C.de epiſ.audien.& Inno.in cap.præterea.
de dila & Alexan. in l, ſi quis ex aliena.ff.
de iud.niſi iudex ſit omnino incompetens,
quia tunc, quandocunque comparet, po-
teſt declinare forum, niſi iudex pronun-
ciaſſet ſe competentem, ſecundum Innoc.
in d.c.præterea & Feli.in d cap. ſi duobus.
15.colum.& Bart.in l.2.in 3 colum. in fin.

uerſ.ſed quæro,quid ſi proceſſum.ff.ſi quis
in ius vo.non ierit.& ibi per Alex. & vide
per Afflict.in conſtitu. pœnam nouem vn-
ciarum.in 6.quæſt.ubi tenet illam opinio-
nem,quòd perdit declinatoriam fori, ſi eſt
talis perſona , quæ poteſt renunciare ſuo
priuilegio,aliás ſecus. Adde Afflict. in de-
ciſio.33.Sed Alex.in l. de die. §.planè.quē
legit cum.§.tuto.tſf.qui ſatis.cog.videtur
intelligere;quòd perdat declinatoriam fo-
ri quam habet iure ſpeciali,& ſic ex priui-
legio,non autem declinatoriam quam ha
bet de iure communi,videlicet vt actor ſe
quatur forum rei,& ſic de ſingulis , ſed lo-
quitur Alex. in beneficio dandi fideiuſſo-
res loco domicilij. Sed tu aduerte quòd ſi
exceptio eſt notoria quod citans non ha-
beat in eum iuriſdictionem,poteſt opponi
non obſtante contumacia. gloſ. ſing & ibi
Panor.in c.nuper literis.in uerbo, niſi for-
ſan.de reſcrip. & conſuluit Alex. conſ.77.
viſis.colum 43.lib.& hoc intellige quando
notorium erat tam iudici quàm partibus
non habere ipſo iure iuriſdictionē.ſecus ſi
ipſo iure habebat , ſed quæ elidi poterat
no.Panor.in c.ſi duobus.de appe. Item con
tumax poteſt opponere exceptionem in
competentiæ,per gloſ. ſingu.in Cle.vnica
in fin. de ſe. po & fru. quam ſingu.not.ibi
Car.& Imol. & Bald. in mar. in uerbo iu-
dex.quæſt. 162. numquám enim fit proro-
gatio ipſo iure per cōtumaciam in iudicē
incompetentem.c.1. & gloſ.de offi.delega.
nec talis citatio arctat citatum. Diuerſum
eſſet , ſi iudex eſſet competens , ſed remo-
ueri poſſet per exceptionem,quia tunc nō
excipiendo ualet proceſſus.Bal.in l.ſi quis
ex conſenſu.col.3.C. de epi. aud. Et ſi ſe-
mel atque iterum quis fuerit cōtumax co
ram incompetente, adhuc poterit exce-
ptiones declinatorias opponere ita Rebuf.
in tracta. de cont. & defect. gloſ. 1.artic.8.
Item contumax nō perdit declinatoriam
ſi habuit iuſtum impedimentum Bar. in l.
non uidetur fruſtrandæ.ff.de iudic.Item ſi
contumax purget cōtumaciam reſtituitur
ad proponendum declinatoriam. in c. at ſi
clerici in fin. de iud. ita cenſuit Rebuf.ubi
ſupra 3.tomo nume 12. Item ſi citatio eſ-
ſet nulla.& ſi actor non accuſaret cōtuma-
52 ciam. Vt ibi. ¶ Item contumax, & banni-
tus perdit priuilegium dandi fideiuſſores
iuxta beneficium introductum per regni
conſtitut. humanitate ſuggerente , quod
non procedit , ſi eſt rebannitus , & extra-
ctus à banno , ut firmat Pet. de Mo. for.in
d. conſtitut. humanitate. & ibi per Barto.
Cap. de qua tunc admittitur oblatio fide-
iuſſorum ſi natura criminis non repugnat,
53 ut latè firmat Afflict.ibi.in 13.nota. ¶ Sed
iſtud procedit,quando contumacia eſt con
tracta coram iudice eodem,uel quando co
ram alio iudice, ſi ambæ curiæ dependent
ab eodem rege,ſecus, ſi tribunalia ſunt di-
uerſa. quia tunc illa contumacia nō obſtat
ipſi contumaci ad effectum prædictum, ut
latè,& optimè declarat Afflict. in d.conſt.
regni,humanitate.in 13.nota. uerſi.ſed iux
54 ta præmiſſa quæro . ¶ Et eſt notandum,
quód ex dictis Pet.de Mon.for. & Barto.de
Cap & Afflict.in d.conſti.humanitate.quū
quæſtiones concludunt , ꝙ bannitus pur-
gata contumacia, & abſolutus a banno re-
ducitur in priſtinum ſtatum, ſi ſponte cō-
paruit , nec perdit beneficium dandi fide-
iuſſores,infero , quòd nec remanet indiciū
ſufficiens ad torturam cōtra eum propter
contumaciam purgatam, quod procederet
maximè , ſi appareret fuiſſe abſentem ex
probabili cauſa,quod eſt notandum. Hæc
enim illatio,non poſſet recte ſubſtineri ni-
ſi cōcurrat quód ex cauſa probabili fuerit
abſēns,quia etiam purgata contumacia,re
manet indicium , ut omnes docto. qui de
hac re loquuntur , affirmant,& alibi dixi.
Sed de his me remitto ad ea quæ dixi in
3.parte tertiæ partis in octaua limitatiōe.
55 Item contumax, & bannitus in regno non
admittitur ad comparendum per procura-
torem,etiam in cauſa ciuili, donec nō pur-
gauerit contumaciam , & ſic, denegatur ei
audientia. ut dictat ritus magnæ curiæ ui
cariæ incip.item ſi aliquis,vel aliqua bāni
tus, &c. refert , & ſequitur Afflict. in con-
ſtitu.grandis.in 7.no. & in conſtit.clemen-
tiæ 3.col.ver. & ſcias.& in conſtit. pœnam
nouem vnciarum 2.col.in ſi.cuius ritus vi
detur fuiſſe illa ratio,quia contumaci de-
negatur audientia,vt eſt glo.ſing. in l.ſed ſi
per prætorem. §. ſed ſi decreto. ff. ex qui-
bus cauſis maio.quam facit ſingul.Bald.in
c. 1.de rapto.refert Iaſ. in l. 2. 4.colum.C.
de eden.facit.l.contumacia.in princ. ff de
re iudic.& ibidem per ſcribentes licet Af-
flict.



flict. in prœ. conſti. in glo. in verbo, im-
mortalitate dicat hoc procedere ad tem-
pus,non in perpetuum:facit pro ritu, quia
contumacia interpretatur in id, quod de-
terius eſt contumaci,& vtilius aduerſario.
ſecundum Bar.in l.quamdiu.la vltima,pri
ma colum.verſicu. venio ad vltimam gloſ.
ff.de acqui.hære.facit l.de ætate.§.qui,ta-
cuit.ff de interro actio.& in l. 11. §. actor
verſ.ſi reus de iura.calum. licet poſſet dici
contra ritum,quia habemus,quòd cōtuma
cia in vno,non nocet in alio,ut no. in c.cō
ſuluit.de offi.dele gl.& Doct. in cap.11.de
dolo & contu.lib.6.& in cap. cum olim. de
teſti.l.generaliter.§.1.& ibi Doct.C.de re-
bus cre. l. 3.§.Stichum,& Iaco.de Aret.ff.
de ſta.libe. ſed in regno dictus ritus eſt in
viridi obſeruantia.& eſt notandum , quód
iſte ritus eſt contra ius commune ſecundū
Bal in l.ſi cum dotem. § ſi parte in 3.not.
ff.ſolu,matrimonio.& ibi Dyn. & not. in l.
4 §.ſi communem.ff.fini.regun. Bald.in c.
primo,prima colum.in ſi.verſ.an autem ad
mittatur bannitus hic ſi lex. Corra. Ioan.
And.in c.veniens.de accuſatio. in nouella.
Pau.de Caſt in l.ſed & ſi quis.ff.ſi quis cau
tio.no.in l.Papinianus exul.ff de minorib.
& Ludo.Roma.in ſingu. in verb. bannitus.
verſicu. 4. de quo ad longum per Nell. de
ſanc.Gemi.in tracta.bannito.in prima par
56 te.2.tempo quæſt 73.¶ Poteſt tamen ban-
nitus non obſtante iſto ritu comparere ꝑ
procuratorem , & petere cancellari a ban-
no.ſecundum Pau de Caſt.in l.ſi fideiuſſor.
§.ſin ff.qui ſatiſda cogantur . Adde quòd,
ſi quis voluerit petere per procuratorem
cancellari a banno ſtante gratia facta, non
poterit etiam ſi in gratiæ literis,eſſet con
ceſſum: ità Rebuf. in tertio tomo com-
menta ſuper conſti.in trac.de contumacia
glo.vna.nu 8 fol.mihi.106.& ita ſeruatur,
57 quicquid dixerim aliás.Et poteſt cauſam
inceptam ante bānimentum finire,& proſe
qui per procuratorem,ſecundum Barto.&
Ang in rubric.C de delator li.10 & Bar.
in l.Vranus.in prin. vlti. colum. verſic. de
inde quærit Dyn ff de fideiuſſo. & Bald in
l.leges la prima,vltima col. verſ. aduerte,
quia formo. C. de legi. licet Cyn. in con-
ſil. cauetur lege municipali. dicat contra-
rium. ſed latius proſequendo quæſtionem
domi. Nell. in trac.bannito.in prima parte
11.tempo.in quæſt.59.dicit, quòd aliquan
do ſtatutum dicit, quòd bannitus non ad-
mittitur ad accuſandum,ſeu agendum , &
tunc pōt proſequi accuſationem ante ban
num datum, ſeu agere & hic eſt caſus no-
ſter retentis terminis noſtri ritus.quando
que dicit ſtatutum,quòd quærelæ bānito-
rum non recipiantur, & quia ſtatutum no
tat receptionem quærelæ,ſi querela eſt re
cepta ante ſtatutum, ſibi locum non vendi
cat. proſequitur ergo iudex ad inſtantiam
partis.quia quærimoniam iam receptam,
non autem nouam recipit.l.in delictis. §.ſi
extraneus. ff. de noxali. cum ſimi.& iſtis
duobus caſibus loquitur Dyn. quandoque
dictat ſtatututum,ꝙ quærelæ, & iura ban
nitorum non audiantur.& idem ſecundum
Bar. in d.l.Vranius. aliquando dicit ſtatu-
tum,quòd bannitus nō audiatur,uel quòd
non fiat ei ius. & hoc caſu deciſiones parti
non procedunt.certum eſt enim , quòd in
quacunque parte iudicij dicitur accuſator
audiri,& ei ius fieri.l.1.ff.ſi quis ius di.nō
obtem.§.1.& ideo, cum reperiatur banni-
tus,cum vult aliquem actum agere, audiē
58 tia ei denegari debet,& ita reſidet. ¶ FIS.
Sed vtrū dictus ritus procedat, & habeat
locum,ſi pater de iniuria facta filio accu-
ret,& pēdente proceſſu filius fuerit ex ali
quo maleficio bannitus,& ſic an vbi filius
repelleretur , repelli debeat ipſe pater?
¶ I V. Dicas,quód ſi apparet patrem quæ
rulaſſe de iniuria facta filio , tūc ubi filius
repelleretur,repellitur pater, ſi autem ex
forma accuſationis appareret, eum accu-
ſaſſe de iniuria facta ſibi patri per ꝑſonā
filij,per.l.1.§.vſquadeo. ff. de iniur. & per
no.per Ba.in l,ambitioſa.ff.de decretis ab
ordine faciendis,tunc pater non repellere
tur,licet deberet repelli filius ex libello
enim,qui attenditur,ut l.cum quædā puel
la.ff.de iuriſdictione omnium iudiciū. ap
paret,quòd de ſua,non filij iniuria ſatisfa
ctionem quærit. cuius iniuriæ actio ſibi
fuit orta tali tempore,quo agere poterat ,
quia filius bannitus nō erat,& ſic ei filius
auferri non poteſt.l.ſi quis ſeruum.ff.de
iniurijs.l.contrariū.§.ſi filius ff. de pactis
ut latè habetur per Nellum in loco ſupra
ſæpe citato,in prima parte primi temp.in
59 quæſtio.11. ¶ poteſt etiam bannitus non
obſtante ritu excipere de pretio non ſolu

to,ſi conueniatur ad rem venditam tradē
dam per doct. Sali. in l. final. C. de pericu,
& commo. rei vendi. & ibi Bal prima col.
uerſi. dicunt etiam doct. contra Barto. in l.
bona fides. ff. de actio. emp. ſed Bar. non lo-
60 quitur de bannito. ¶ Et ad hoc, ut ritus
iſte procedat, & habeat locum, neceſſe eſt
quód apertè reponatur. ſecundum Ang. in
l. venditioni. C. de vſucapioni. pro empto.
61 ¶ Nec bannitus retentis terminis dicti ti
tus, poteſt ſuo creditori per procuratorē
opponere compenſationem, niſi bannitus
probaret, ſe ante bannum etiam extra iu-
diciū compenſaſſe. tunc enim cum ipſo iu
re ſit ſublatum debitum, ut not. in l. ſi con
ſtat. ff. de compenſ. non dicitur impugnare
ſed oſtendere agenti ius non competere:
quod ei nō eſt interdictum, aut ergo de no
uo compenſationē opponit, & non admit-
tūr, quia dicit petere, vel agere: aut aliás
oppoſitam allegat, & tunc admittit. quia
dicitur excluſiuè, vnum tamen aduertas
quòd iſto caſu dicens ſe aliàs oppoſuiſſe
in iudicio, haberet neceſſe probare quòd il
lā iudex approbauerit. l. quod in diem. §. ſi
rationem. ff. de compen. ſecundum Ia. Bu.
quod nō haberet neceſſe ꝓbare, ſi allegat
oppoſitam extra iudicium. ſecundum Ba.
in rubri. de compen. & ita reſidet do. Nell.
in tract. bannito in prima parte ſecūdi tē-
62 poris, in 66. q. ¶ Bene tamē fideiuſſor ban
niti poteſt opponere talem compenſatio-
nem. ſecundum eandem do. Nel vbi ſuprà
in 68. q. & de multis pertinentibus ad ma-
teriam ritus vide per eundem in ſequen.
quæſt. & in 2. parte ſecundi tempo. in 2. q.
63 Et aduertas, quód ſi aliquis eſt banni-
tus, ſeu foriudicatus, ſi non comparuerit
intra decem dies, ut eſt hodie in regno
emanatum bannum, ſeu proclama regium
(quod ego cōmentaui.) datur licentia, ꝙ
poſſit occidi, an ſi occidatur in decimo die
impune occidatur? dicas, quòd non, ſed de
bet eſſe lapſum totum tempus decem die-
rum, vt dicit pulchrè Ange. de Are. in lib.
maie. in verbo, qui iu. vid. quód inqui. non
compa. & in ſua. con per ſi. commi. tit. præ
64 co. quòd ipſos h. ſi. col. ¶ FIS. Vtrum vni-
uerſitas teneatur, & puniatur de recepta-
tione bannitorum? & videtur, quòd ſic,
ut in ſpecie eſt deciſum in regno per regiā
prag. regis Ferdinan. incip. licet vt vniuer
ſis. ¶ I N Q. Sed in contrarium allego ti-
bi. cap. regni inci. ad iniuſta remouēda gra
uamina. quo cauetur, quód vniuerſitates
terrarum nullatenus teneantur, nec com
poni poſſunt de receptatione bānitorum,
illa quidem ratione, quia hi nōnumquam
efficiuntur pænę participes, qui culpæ pe
nitus ſunt expertes. Nec obſtat dicta re-
gia prag. quia licet ſit nouiſſima & d. c. ſit
antiquum, ut ſic videatur tollere dictū ca-
pitulum: tamen quia capitulum ipſū eſt
derogatorium uoluntatis, & plenius ꝓui-
det, nō videtur ſublatum per dictam regiā
prag. ut per multa dixi ſupra in verbo. an
65 diantur excuſatores, propè ſi. ¶ Item quā
do reperiuntur duo ſtatuta cōtraria, illud
attenditur, quòd æquius eſt, ut plenè ha-
betur per Alex. in conſi. 50. in 3 parte ſed
nō eſt dubium, quoniam æquius ſit ſtatu
tū d. c. ad iniuſta, cum ſit fundatū ſuꝑ ęqui
tāte, vt non puniantur innocentes, arg. l.
Arrianus. ff de actio. & obli. Præterea, &
fortius ſtatutum debet interpretari ſecū-
dum ius commune ſecundum Bar. in l. om
ne populi in 6. q. prin. Bal. in l. maximum
vitiū. 3. col. C de li. præter. & in l. milites.
in 11. col. in verſ. & ex prædictis poteſt ar
gui. C. de teſta. militar. & in l. ſi. 11. col. ver
66 ſi. ſed hic quæro. C. de ſucce. edi. ¶ Sed de
iure ciuili vniuerſitas non tenetur de ali
quo delicto, nec delinquit, niſi quando le-
uato vexillo, & pulſata campana, & præce
dente deliberatione concilij committat de
lictum, & non aliter, ſecundum Barto in l.
aut facta § ſi. 4. col. verſ. vlterius quæro ff.
de pœ. gl. in l. aliud §. refertur. de reg. iur. l.
ſemper. §. 11. quod ui, aut clam. l. metū. §.
animaduertendum. ff. quod me cauſa. Bar.
in l. ſed ſi ex dolo. §. ſed an municeps. ff. de
67 dol. ¶ Et ex hoc infero, quòd cùm clarum
ſit ꝙ ubi reperiuntur duo ſtatuta ad inui-
cem contraria, ſi poſſunt per quandam di-
ſtinctionem reduci ad concordiam, reduci
debent, & vtrunque ſeruari debet, ut per
Barto. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur.
col. 11. in princ quód dicta regia prag. &
d. c. debent reduci ad concordiam, ut præ.
intelligatur, quādò vniuerſitas receptauit
bannitos comunicato conſilio, & in caſi-
bus, in quibus de iure communi pōt inci-
dere in pœnā. c. verò prædictum intelliga
tur in caſu, quo non apparet de communi
cato



cato conſilio. & ſi dicatur, quòd hoc modo
intelligendo eſſet de indubitabili, & de eo,
quòd erat per ius commune ſtatutum, re-
ſpōdetur, quód ſatis erat dubium propter
aliud capitulum editum per eundem regē
Robertum prius in ordine incip. licet con-
tra receptatores quo prouidebatur, vt vni
uerſitates tenerentur de receptatione, itē
erat dubium ex alio, quia de conſuetudine
& ex quodam abuſu vniuerſitates compo-
nebantur de receptatione, vnde ad tollen-
dum dictum abuſum conuenienter fuit cō
pilatum illud cap. ad iniuſta. & ex prædi-
ctis teneo hanc opinionem. ¶ I V D E X.
Bene, & diligenter caſum quæſtionis pro-
poſitæ tetigiſti, & pro nunc ſequor hanc
opinionem, ut non aliàs puniantur vniuer
ſitates de receptatione, niſi communicato
conſilio receptaſſent, vel niſi ſyndici, & ele
cti receptaſſent, & potuiſſent illi de vniuer
ſitate expellere, ſeu monere conciues, vt
expellerent, & non fecerunt, & receptatio
non fuit momentanea, ut videtur conſide-
68 raſſe. d. c. licet contra receptatores. ¶ Et an
ſtatutum concedens abolitionem criminū
& indultum capientibus bannitum, vel oc
cidentibus (ut eſt in regno hodie) intelli-
gatur etiā remittere ius partis offenſæ? di
cas, ꝙ ſic, ſecundum Par. de Pu. in li. ſyndi.
in uerbo, compoſitio. uer. quia plures, in ſi.
¶ I N Q. Dixiſti nobis ſuperius, contuma
cem & bannitum non poſſe, per procurato
rem audiri, & comparere, etiam ꝓ aliqua
cauſſa ciuili, virtute ritus id diſponentis;
nunquid ſi aliquis fuerit contumax banni
tus, & foriudicatus, in foro ſeculari, poſsit
in cauſa ciuili, comparere, & agere in cu-
ria eccleſiaſtica per procuratorem? I V.
Videtur poſſe concludi, quód ſic; quoniā
ritus magnæ curiæ, ꝙ eſt ſtilus in ſcriptis
redactus, non debet ſeruari in alia curia,
quam in ea in qua viget. nec ligat genera
liter. Ita Bald. in l. certum. col. 4. nu. 11. C.
Vnde cogna. dicens expreſſe iudicē ſecu-
larem nō teneri ſeruari ritum, ſeu ſtilum
curiæ eccleſiaſticæ, nec ecōtra. ſequitur la
co. in rep. l. de quibus nu. 26. ff. de legibus,
& poſt eos Pet. Rebuf. in trac. de conſue. ar
ti. 11. glo. 13. nu. 56. fol. 37. in 3. tomo cōſt.
Adeò quód ſtilus curiæ Romanæ minimè.
ſeruandus ſit de neceſsitate, in alijs curijs
particularibus eccleſiaſticis. Ba. in c. 11. de
ſer. non enim debent aliæ curiæ, pro iure
cōmuni, ſeruare id quod ſeruatur in curia
Romana. prout dicit. Gomeſ. in prohemi.
regu. Canc. & Idem Pet. vbi ſupra. nu. 57.
In ea tātum curia vbi viget ille ritus, ſeu
ſtilus, ſeruabitur pro lege. l. obſeruandum
ff. de iud. & l. 3. in ſi. de teſtib. Bar. in l. Iuri
ſpetitos. ff de excu. tuto. plenè Rebuf. vbi
ſupra num. 22. folio 33 & ibi numero 23.
Item quia dixi, per doctri. Afflict. in con-
ſtitu. & humanitate, infra in verbo exami
nati liberenē ſub fideiuſſoribus, ꝙ contu-
macia, & bannum, faciunt ut aliàs liberan
dus ſub fideiuſſoribus, non liberetur, hoc
habet locum in ea curia vbi contracta eſt
contumacia, & omnibus alijs dependenti-
bus ab eodem rege, ergo in alijs, contuma
cia id nō operabitur, & propter hanc meā
& Afflict. doctri. Carani. in con. dicti ritus
dixit expreſſe, ritum nō procedere in alia
curia quàm vbi contracta eſt contumacia
vel depēdētibus ab eodem rege. Item ſta-
tutum ſeculare, non attenditur in foro ec-
cleſiaſtico. ſecundum Anto. de But. in ru.
de conſue. & Alex. in 2. lib. conſ. 183. viſo
proceſſu. 1. col. & Anto. de Bu. in ca. ꝙ cle-
ricis, de for. com. & Paul. de Caſt. in l. om-
nes populi in ſi. 1. col. ff. de iuſ. & iur. & Af-
flict. in conſt. ſiquis in poſterum. nume. 16.
& 17. Item pro hoc facit doct Abb & alio
rum in c. eccleſia ſanctæ Mariæ nu. 9. de
conſti. vbi dicit ꝙ attendatur ſtatutum
eccleſiaſticum in præparatorijs, ſi cā laicē
agitatur coram eccleſiaſtico & attenditur
ius canonicum, ſecundum Archi. in 2. quæ
ſtio. 6. in cap. non ideo. & idem voluit Abb.
in cap. 1. de conſti. & habetur in capi. quod
clerici de for. ecmpe. & habetur per Cyn.
Bart. & glo. in l. 1. C. de ſumm. tri. & in l. 1.
C. de ema. libe. & ritus & dixit Rebuf arti.
2. glo. 23. in 2. Thomo. 3. fol. 41. de quo ſu-
pra qui reget in magna curia videt reſpi-
cere præparatoria ergò ſeruabitur in ſuo
foro. Et vbi non reperitur ſtatutum de iu
re canonico, attenditur ius ciuile commu-
ne, ſed de iure communi ciuili, non expel-
litur ab agēdo procurator banniti in cauſ
ſa ciuili vt ſupra dixi, ergo ſic in foro ec-
cleſiaſti. Itē ſtilus curię ſecularis recipit
interpretationem primó a iure ciuili. cu-
riæ vero eccleſiaſticæ ſtilus, a iure canonī
co. Panor. in c. ex literis. col. 2. de conſti. &
habetur

habetur per Pet.Rebuff.ubi ſupra nu.10.
Et licet excommunicatus in foro eccleſia
ſtico non auditur in agendo & reconue-
niendo ut in c.cùm inter de excep.&c.pia.
eo.titul.lib.6.id eſt propter communionis
periculum, et ut euitetur peccatũ ut ibi
in d.c.cum inter per d.Ab.et D. de Ro.de
ciſio.7.aliàs.453.de excep.in not. quod nõ
eſt in bannito. Et vbi tractatur de ui-
tatione peccati, ſertatur etiam in foro
laicali.

## ¶ FORIVDICENtur. Rubrica

### SVMMARIVM.

1 *Foriudicatur contumax elapſo anno, & non comparens, ſi eſt delictum, pro quo ueniat imponenda pæna capitalis.*
2 *Accuſator qualiter petat contumacem foriudicari.*
3 *Accuſator an debeat vltima die anni accuſare contumaciam, ut quis poſſit foriudicari.*
4 *Citationis forma, quando peruenitur ad foriudicationem.*
5 *Contumacia primas, & 2. debeant ne accuſari in citatione ad foriudicandum.*
6 *Decreti forma, quo procedatur ad ſententiam foriudicationis.*
7 *Minor ætas an impediat ſententiam foriudicationis.*
8 *Captura penes Turcas an impediat ſententiam foriudicationis proferri.*
9 *Impedimenta, quæ fuerunt tempore citationis ad informandum, impediunt foriudicationẽ, & 28.*
10 *Foriudicatus an licite occidatur.*
11 *Foriudicatus poteſt furca ſuſpendi per priuatum.*
12 *Foriudicatus an poſſit per pecuniam occidi.*
13 *Foriudicatum dum eſt in fortijs curiæ an liceat occidere.*
14 *Pater foriudicatus an liceat occidi.*
15 *Foriudicatus rebannitus an poſſit occidi.*
15 *Exceptio impunitatis delicti an per quemlibet poſſit opponi.*
17 *Præſcriptionẽ eſſe querelæ, nunquid opponi poſſit, & quanto tempo. copræſcribatur. ibidem.*
18 *Crimen ſuppoſiti partus per quantum tempus præſcribatur.*
19 *Adulterium, ſtuprum, & lenocinium per quantum tempus præſcribantur.*
20 *Præſcriptio non habet locum in foro ſpirituali quando agitur ad pænitentiam peragendam.*
21 *Actio iniuriarum prætoria anno finitur.*
22 *Excipi de falſo perpetuo poteſt.*
23 *Præſcriptio debet allegari, & opponi, aliàs procedit iudicium.*
24 *Præſcriptio non currit in criminibus impedientibus exequutionem ordinis, uel beneficij retentionem.*
25 *Præſcribitur ius inquirendi per 20. annos.*
26 *Præſcriptionis exceptio an poſſit opponi per agnatos, & cognatos.*
27 *Nullitas citationum, contumaciarum, & banni cauſat nullitatem foriudicationis, & identitatem.*
29 *Sententiæ foriudicationis forma quæ ſit.*
30 *Fiſcus an ſuccedat foriudicato 31.32.*
33 *Foriudicari non poteſt mulier.*
34 *Foriudicatio redditur nulla, ſi tempore primæ citationis fuerunt allegata iuſta impedimenta, & non fuerunt admiſſa.*

## FISCVS.

LAtiſsime materiam banni in vnum
congeſsiſti, adeo, vt parum ſit, quod
vltra dici poſsit nunc autem publicato
banno quid vltra eſt per iudicem faciun-
1 dum? ¶ IVDEX. Emanato, & publica-
to banno, ſiquidem fuerit quis accuſatus
pro crimine capitali, pro quo veniat
imponenda pęna mortis naturalis, ciuilis,
vel abſciſsionis membri, vel carceris ppe
tui, quia in iſtis caſibus habet locum for-
iudicatio, ut habeatur in conſti.regni. pœ
nam eorum.& in c.regni. ſiue quis ſit for-
bannitus excepto crimine periurij, quia li
cet pro eo imponatur pœna abſciſsionis
membri, & in conſti.eos qui ſcienter ta-
men pro eo nõ habet locum foriudicatio,
ut dicit ritus magnæ curiæ vicariç incip:
item ſeruat ipſa curia, quód pro periurio,
facta citatione cõtra ipſum accuſatum ſe
cundum formam traditam in materia ci-
tationis. ſequutaq; nuncij relatione ut di-
xi accuſati q, contumacijs eo modo, & for
ma, ut ſuprà demonſtraui, non comparẽte
excuſatore, uel comparente elapſo termi-
no ad comparendum dato, vel aliter proui
ſo ſuper



ſo ſuper excuſationib. vt dixi in materia
comparitionis excuſatoris, & remanente
firma cõtumacia, facta annotatione bono
rum, vel non, cum non ſit ſubſtantia de
generali conſuetudinę Italiæ, publicato-
que banno per loca publica, vt demon-
ſtraui ſuprá in materia banni, elapſoque
anno à die publicationis dicti banni, ſecũ
dum formam, quam ſuprà tradidi, cum ab
eo die incipiat currere annus. ſecundum
And.de Iſer.& Afflic. in conſtitu.pœnam
eorum in 7. requiſito ac viuente accu-
ſatore, ad cuius inſtãtiam fuit proceſſum
cum aliàs eo mortuo non poſſet procedi
ad ſententiam foriudicationis contra in-
quiſitum. ſecundum Andr. de Iſer.in d.cõ
ſtitu.pœnam eorum & ibi Afflict. in 10.re
quiſito & hoc, quando eſſet proceſſum
per uiam querelæ. ſed ſi ex officio eſſet ꝓ
ceſſum, dato, quòd primus iudex eſſet mor
tuus, vel mutatus, ſucceſſor poſſet ꝓcede
re ad foriudicationẽ, ut per And. de Iſer.
& Afflict. ibidem. quod intellige. vt per
eos, tunc comparente accuſatore, & peten-
2 te foriudicari. ¶ Cuius comparitionis for
ma erit. Coram nobis magnifico Domi-
no Stratego Salerni comparet Tit. querу
lator infra ſcriptorum, & dicit menſibus
præteritis per eundem fuiſſe expoſitã quę
relam contra infrà ſcriptos de homicidio
commiſſo in perſonam Tit. ſui quondã fi-
lij in veſtra curia. in qua fuit contra eoſ-
dem proceſſum poſt captam legitimã in
formationem de dicto homicidio, & con-
ſtitu contra eoſdem ad citationem eorun-
dem ad informandum, & ad recipiendum
copiam capitulorum.& ſeruatis ſeruandis
fuerunt reputati contumaces, banniti, &
annotati iuxta formã ſacrarum regni cõſ.
& quia a die publicationis dicti banni iã
elapſus eſt annus, & hodie eſt vltima dies
anni, & nullus ipſorum comparuit, nec ali
quis pro parte eorũdem legitimam excu-
ſationis cauſam proponendo, ſed perſeue-
rauerunt & perſeuerant in dicta eorum
contumacia contemnendo nos cum reue-
rentiam, & veſtram iuriſdictionem. quare
contra eoſdem accuſat dictã contumaciã
& eorum perſeuarantiam & maxima cum
inſtãtia inſtat, & petit per vos & veſtram
curiam procedi ad ſentẽtiam foriudicatio
nis contra eoſdem, ſeruatis ſeruandis, iſto
3 & omni meliori modo.&c. ¶ FIS. Quo-
niam dixiſti in comparitionis forma, quia
iam elapſus eſt annus, & hodie eſt ultima
dies anni, quæro, an de neceſsitate debeat
accuſator in vltima die anni comparere,
& inſtãte pro foriudicatione, ac accuſare
contumaciam ipſius banniti, vel ſufficiat
quandocunque inſtare poſt annum? ¶ IV.
Reperio Andr. de Iſer. in repertorio ſuo.
in verſi. feudatarius bannitus ob maleſi-
cium, qui videtur uelle, quód de neceſsita
te requirat. ut in vltima die anni accuſe-
tur contumacia, & ſic antequam ex toto in
teger labatur totus annus, de quo dicto
meminit Carr. in repeti.l.obſeruare cura
bis nume.72.vbi dicit, quòd licet hoc re-
quiſitum non ponatur per Afflict. tamen
utilius eſſet, quòd interueniat; licet dicat
quòd nunquam viderit ſeruari, & de hoc
etiam ego teſtor, quod nunquam viderim
ſeruari huiuſmodi dictum Andr.de Iſer.&
ſi bene inſpiciatur, in conſtitu. pœnam eo
rum, non dicit id, quód dicitur in reperto
rio, hodie verò ſubdit Carr. aut inſtatur
per accuſatorem ultima die anni, & tũ ac
cuſetur contumacia, & perſeuerantia: aut
ante per aliquot dies, aut poſt citantur
agnati, ut infrà dicã. & accuſata contuma
cia in ultima die anni, ꝓceditur ad ſentẽ
tiam foriudicationis, ſecundum Afflic.in
d.conſtitu.pœnam eorum 8. & 11.requiſi-
tis.& ſentit expectari, quòd labatur inte-
ger annus; & eo elapſo expeditur citatio,
& inde nemine in termino citationis com
parente proceditur ad foriudicationem.
in ultimo tamen peremptorio huius cita-
tionis accuſatur contumacia banniti, & in
ſtatur, quod foriudicetur, & ita ſeruatur.
intelligas tamen, quod ante citationem
expediẽdam inſtetur per accuſatorem ꝓ
cedi ad foriudicationem, & hoc ſiue poſt
annum. ſiue ante finitum, ſiue ultima die
anni, citatio autem expeditur elapſo to-
to anno & hæc eſt practica omnium curia
rum de regno. Adde, quòd in hoc Guliel.
de Bened. in rep. c. Raynutius in uerbo
mortuo itaque teſtatore el primo nume.
159.in fi. expreſſe tenet quód ſiue compa-
reat accuſator & accuſet contumaciam, ſi
ue non, proceditur ad contumaciam & cõ
demnationem reſpectu contumaciæ: & eſt
ratio, quia illa cõdemnatio prouenit ex di-
ſpoſitio

ſpoſitione legis allegat.l.5.§.tuto.C.de in
4 te. matri. ¶ Forma verò citationis expe-
diendæ,antequam foriudicetur,erit hæc.
Nos Tit.Strategus & gubernator Salerni
tibi iurato, & ſeruienti noſtræ curiæ, &
quibuſcunque alijs alguzerijs. & ſeruien-
tibus quarumuis curiarum,ſcire facimus;
quòd perquiſitis actis reperimus infrà ſcri
ptos fuiſſe accuſatos anno præterito de
homicidjo commiſſo in perſonã Tit.filij.
Tit.accuſatoris, ſuper quo homicidio ca
pta informatione fuerunt reperti culpabi
les infràſcripti, qui fuerũt citati per nos,
& noſtram curiam ad informandum:& ac-
cuſata contra præfatos prima contumacia
ſub die tali ac expectatis vſque,& per to-
tum ultimum peremptorium, & minime
ipſis comparentibus, contra eoſdẽ fuit ac-
cuſata ultima contumacia ſub die tal.&
fuerunt reputati contumaces,& condem
nati ad pęnam in mandato contentã, fue-
runtque etiam citati ad recipiẽdum copiã
capitulorum dictæ inquiſitionis formatę
ſuper dicto homicidio, & contra eos fuit
accuſata prima contumacia ſub die tal.de
num expectatis de ęquitate per triduũ,
& minime ipſis comparentibus, nec aliqui
bus ipſorum nomine iuſtam excuſationis
cauſam proponentibus, fuit contra eoſdẽ
accuſata ultima contumacia ſub die tal.
& condemnati ad tertiam partem bonorũ
mobilium, fuitque decretum, cætera bo-
na fore annotanda iuxta formã regni,con
ſtitutionum, & decreto fore ſupponendos
banno,demum per eãdem curiam contra
eoſdẽ ſub die tali proceſſum fuit ad anno-
tationem bonorum. & ſub die tal. publicè
fuerunt banniti, & pręconizati alta, & in
telligibili uoce more præconis, idq; in lo
cis publicis,& conſuetis, & à die dicti ban
ni promulgati elapſus eſt integer annus
datus per regni cõſtitutiones cõtumacib.
pro termino ad comparẽdum,& infrà ſcri
pti perſeuerantes in eorum duritia,& con
tumacia minime comparuerunt, nec ali-
quis pro eis ad proponendam aliquã legi
timam cauſam excuſationis, & quia noui
ter ſub die tal.comparuit dictus quærula-
tor,& quàm maxime inſtitit contra eoſdẽ
citatos. & contumaces procedi ad ſenten-
tiam foriudicationis, accuſando cõtra eos
dictam perſeueratam cõtumaciam,& quia
iuſtum petijt; & iuſta petẽtibus non eſt de
negandus aſſenſus, fuit per nos prouiſum
fore expediendas debitas prouiſiones con-
tra agnatos,cognatos, affines, & amicos,
ac vicinos, ac ipſos contumaces,quocirca
uobis, quibus ſuprà, mandamus, quate-
nus receptis præſentibus ad omnem inſtã-
tiam,& ſimplicem requiſitionẽ dicti quæ
rulantis, vel curiæ coadiutoris:vos,vel al
ter verſum ſe cõferat ad domum propriæ
habitationis intrà ſcriptorũ. ipſoſque no-
ſtri parte citet, & requirat, quatenus ad
primã iuris compareant coram nobis,&no
ſtra curia ad, dicendum & allegãdum cau
ſam,quare ad dictã ſententiam foriudica-
tionis cõtra eos procedi nequeat,& ad al-
legandum cauſas iuſtæ abſentiæ, ꝓut tũc
erant, ipſamque citationem notificet in-
fraſcriptorum affinibus, agnatis, cogna-
tis,amicis,& uicinis, & etiam præconizet
in loco uicinæ alta, & intelligibili uoce
more præconis prædicta omnia notifican-
do, ut nemo poſsit ignorantiam prætende
re,& qui ipſorum voluerint cauſas iuſtæ
abſentiæ, prout tunc erant, allegare,uel
aliter proponere, & opponere, quód ad
ſententiam foriudicationis procedi nõ de-
beat,comparere ualeant intra eundem ter
minum datum, &c & referatur. &c.hanc
citationem docet Afflict.licet non ita par
ticulariter, ſed ſuccinctè in d.conſti.pœ-
nam eorum.in 11.requiſito.uerſi.ſed quæ
ro quomodo fiat hæc citatio. ¶ Expedita
5 verò hac citatione, & facta relatione nun
tij in pede ipſius ordine ſucceſsiuo,accuſe
tur prima contumacia, & triduo poſt ſecũ
dã inſtante quęrulante, & accuſante con-
tumaciam contra contumaces, & petente
6 prouideri ſuper foriudicatione ¶ Porrò de
inceps curia ipſa nemine comparente pro
parte contumaci, prouideat ſub hac for
ma:& per curiam uiſis banno,& contuma
cijs accuſatis contra prædictos citatos,re-
latos,& non comparentes: uiſiſque anno-
tatione bonorum, publicatione banni,&
perſeuerantia ipſorum in contumacia ꝑ
annum unum integrum a die publicatio-
nis ipſius banni: uiſiſque inſtantijs factis
nobis.& noſtræ curiæ per quærulantem
uiſiſque citationibus expeditis contra di
ctos contumaces, eorumque affines,agna-
tes, cognatos, amicos, & uicinos ad alle-
gandum



gandum cauſam iuſtam impedimentorũ,
prout tunc erant, & ipſarum nuntij rela-
tionibus: uiſiſque cõtumacijs accuſati,pri
ma,& ultima,& expectato ultimo perem-
ptorio: & quia nemo comparuit, fuit per
eandem curiam prouiſum,& decretum,fo
re procedendum,prout procedi mandatur
contra prædictos ad ſententiam foriudicã
tionis ſeruata forma iuris. hoc ſuum,&c.
hoc facto poterit proferri ſententia foriu-
dicationis,vel tunc,vel quando iudici vi-
ſum fuerit,& ita ſeruatur in magna curia
vicaria,ubi facto dicto decreto non profer
tur ſententia tunc, ſed in uigilia natiuita
tis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ulti-
ma curia aliarum feriarum, quæ fiunt.
7 ¶ INQ. Quænã poſſunt allegari ad impe
diendum ſententiam foriudicationis ꝑ af-
fines, & amicos foriudicandi? ¶ I V D.
Plura ſunt, quæ poſſunt allegari ad impe-
diendã prolationem ſententiæ foriudica-
tionis,& primò poteſt opponi de minori
ætate,quæ obſtat,intantum, quòd minor
foriudicari non poteſt vt eſt doctri.Bald.
in l.clarum.C.de autho.præſtan. & ſequi-
tur Marſ. in l. de minore. in princ.nume.
63.ff.de quæſtio. & decidit Afflict. in con-
ſtit.minorum iura.in 5.not.& habetur per
Bald.in l.vnica. C de confe. verſicu.iuxta
hoc quæro; a dultus. qui uidetur tene-
re contrarium in adulto,ſed non in pupil-
lo.& habetur per Boer.in deciſio.63.in pri
ma parte,& habetur per Nel de ſa Ge. in
tra,banniti. prima quæſt. primi tempo.&
habetur per Barto. Cæpol. in conſiljo 31.
vnde cogetur iudex dare terminum ad ꝓ
bandum de minori ætate. Aliquando facta
hac oppoſitione vidi proceſſum ad ſenten
tiam foriudicationis,ita, quod quandocun
que peruenit ille foriudicatus in fortijs cu
rię, quòd habeatur ratio de minori ætate
allegara,& ita paſsim hodie ſeruat magna
curia vicariæ,ut non impeditur ſententia
foriudicationis propter minorem ætatem
allegatam.ſed bene proceditur & eo com-
parente perſonaliter,aut capto habebitur
ea ratio quæ de iure habenda erit. Et ſi al
legatur abſentia & non fuit uiſus,nec a-
liàs fuit datus terminus, debet dari dila-
tio, ad comparendum. Et ſi allegatur cle-
ricatus non admittitur. Et ſi allegatur fal
ſitas relationis.aut quód nõ fuit citatus in
domo ſolitę habitationis proceditur ad de
creti interpoſitionẽ,quòd proferatur ſentẽ
tia,uerum eo comparẽte uel capto,habea-
tur ea ratio quæ de iure haberi debet.Et
ſimiliter ſi alia allegata non militant,tũc
interponitur decretum, procedendum eſſe
ſeruatis ſeruandis ad ſententiam foriudica
tionis.Et ſi ſũt dubia, decernitur quòd in
timentur fiſco, & ipſo audito prouidebit,
vel quòd remaneat prouidenda ad primã
& interim cõpareant cum aduocatis ad di
cendum quicquid uoluerint.uel prouide-
ri ſolet quòd interponatur decretum,& ſu
perſedeatur infra tot dies in prolatione
ſentẽtiæ, infra quos detur copia actorum
ordinatorum, & aduocati ex aduerſo au-
diantur:& iſte modus interloquẽdi ſerua
8 tur in magna curia uicariæ. ¶ Secundo op
ponitur impedimẽtum captiuitatis penes
Turcas, de quo dixi ad plenũ ſupra in ma
9 tertia excuſationum. ¶ Vnum tamen eſt
notandum,tanquam principale in mate-
ria,quód ea impedimenta allegata impe-
diunt foriudicationem, quæ fuerunt tẽpo
re citationis ad informandum, nõ ea,quæ
ex poſt facto ſuperueniſſent, ut habetur ꝑ
Afflict.in d.conſtitu. pœnam eorum.in 11.
requiſito.& ibi per And. de Iſer. in 2.col.
10 & in conſtitu.edictorum. in 2.col. ¶ I N-
QVI. Nunquid poſsit opponi, quód li-
cite potuit committi homicidium.quia il
le q occiſus fuit erat foriudicatus? ¶ IV
DEX. Hæc quæſtio habet plures difficul-
tates.Pri.an ſit uerum indiſtinctè, quòd li
citè poteſt occidi foriudicatus,& quomo-
do procedat.2.an per agnatos, & affines,
cognatos, & amicos, poſſet id opponi.&
quò ad primam quæſtionem dicẽdum eſt
quòd homicidium cõmiſſum in perſonam
foriudicati, eſt impunibile, ut habetur in
conſtitu. pœnam eorum.& ibi not.per Af
flict.in 11.& 12. no. ubi dicitur,quód tan-
quam hoſtis publicus poteſt foriudicatus
occidi, ut habetur per Barto. in l. admiſ-
ſione.§.qui deficiũt.ff.de capti. & poſt l &
11 Marſ.in conſil.2.& 57.86.& 100. ¶ Et in-
tantum hoc eſt uerum,quòd poteſt ſuſpen
di foriudicatus per priuatum, dummodo
non faciat animo uſurpãdi iuriſdictionẽ
12 ut habetur per Afflict ubi ſupra. ¶ F I S.
Sed nunquid liceat occidere foriudicatum
per pecuniam proditoriè,vel ueneno?&ui
detur

detur dicendum, quòd non.nam legis mi-
niſter occidēdo malefactorem licitè facit
ſi facit non odioſe,nec malo zelo, ſed cū
compaſsiones.24.queſt.4.c.vindictam.hic
autem quum non bono zelo, & zelo iuſti
tiæ,ſed priuatæ uindictæ præſupponatur
occidi, non eſt legis miniſter habendus
ſed vltor alienę vindictę: ergo non poteſt
dici excuſatus: item, per legem, qua de-
licta puniantur, non debet delictis via
aperiri.l.2.C.vnde ui.ne vnde iura naſcū-
tur,inde naſcantur iniuriæ.l.meminerint
C.vnde ui.ſed intelligendo, quòd præmiſ
ſa eſſent permiſſa per conſtitu. pœnam eo
rum aperiretur via maleficijs,quòd eſt cō
tra iura.l.nullus.C.de iudæ.item aperire
retur uia ad trucidandum homines p pe-
cuniam,quod eſt deteſtabile crimen ca.1.
lib.6.extra.de homi.ergo non excuſatur.
item probatur tali ratione,quod ſit licitè
ſi ſit gratis,efficitur illicitū,& videtur eſ-
ſe delictum,ſi fiat recepta pecunia.l.pri-
ma,in fi.ff.de recepta.ſic ergo erit in pro
poſito nſo. ¶ I N Q V I. Sed contrariam
opinion tenet Bald.in l. Gracchus. C.de
adulter.etiam in conſ.ſi.in fi.pri.libr. vbi
conſuluit,quòd licet etiam veneno occi-
dere.& idem tenet Deci.in conſil. 327.&
Marſ.in l.1.in prin.ff de fal. ¶ I V D. Hanc
eandem quæſtionem examinat Nel.de ſā.
Gemi.in tra.banni.in 2.parte.2.tempo.in
12.quæſt.& finaliter dicit, quód licet de
ſtricto iuris rigore prima opinio eſſet va-
lior,tamen ipſe viderit ſeruari ſecundā
opinionem, quòd qualitercunque foriudi
catus occidatur,impune occiditur.ad quā
quæſtionem addo Barto. Cæpol. in conſi.
5.& conſ.34.& Ange.poſt Barto.in l. fi.C.
de delator.lib.10.& Alexan. poſt Barto.in
l.reſpiciendum.§.delinquunt,in prin.ff.de
pęn. Marſ. in ſing.16. incip. proditores.&
Io.de Arno.in ſolilo.2.& Marſi.in conſil.
121.& Io.de Arn.in dialo.16.& ſolido.40.
& in ſing.71. poſt Bald. in l.decoriones.in
in fi.C.de infa.ego autem ſaluo ſemp me
liori iudicio loquendo in terminis dictæ
conſtitutionis. pœnam eorum. quicquid
dicant Docto.qui in contrarium loquun-
tur,dico,quod attenta dicta conſtitu.ſu-
mus in claris,cúm,ſi rectè inſpiciatē dicta
conſtitu.mandat occidi foriudicatum per
pecuniam,dum,promittis dare præmium
occidenti,& ſic non curat legis lator com
mittere aſſaſsinium,quia id facit ad uindi
ctam malorum.vnde ſicut legislator man
dat per pecuniam occidi foriudicatū, ita
pari modo licet miniſt.legis, qui erit qui
libet,q occidit,uel occidi facit for iudica
tum, cùm vere hoc faciat uelut miniſter
legis. & ſic quocunque modo id faciat,ſi-
ue per pecuniam,ſiue veneno,ſiue prodi-
torie,licitè facit. tanto magis, cúm con-
ſtitutio dicat impune occi.quod enim im
punè fit,maleficium non eſt. ſecundū Bal.
in l.decutiones.in fi.C.de infra.quod pon-
derauit Ioan.de Arno.in dicto ſing.71.in
cip.meminimus.& ſi bene inſpiciatur Af-
flict.in d. conſtit. pœnam eorum.in 3.col.
in prima quæſtio.uidetur tenere hāc opi-
nionem, cùm facit oppoſitionem contra
conſtitu.qua uidetē per eam permitti ho-
micidium cum aſſaſsinio,& tamen poſteà
tenet cum conſtitu.& ita tenendum puto.
13 ¶ F I S C V S. Sed an liceat occidere for
iudicatum exiſtentem in fortijs curiæ?
¶ I V D E X. Dicas,quòd non, ut Bart.&
Ange.in l.3.§.tranſfugas. ff. de ſicar. & ita
concluditur per Iſer.in conſ.pęnā eorum.
& ibi Afflict. 12.not.in 2.q.& in cōſt.pacis
cultū 2.c.& ult.col. & ideo aliás bene cō
ſului interrogatus,ſi quidā cepit fōriudi-
catū vt curiæ pſentaret, & tenens ipſum
in manib.vt diceret,ſocius eiuſdem capiē
tis de retro eum interfecit,an teneatur?&
dixi,quòd ſic,p prædicta:quę notes.ſed cō
trarium,& melius poſteà dixi in prag.de
for.iu.occide.fratrem foriudicatum, vel
14 liceat occidere fratrem foriudicatum,vel
uirum foriudicatum, uel patrē, vide per
Nel.de ſan.Gemin.in trac. bannito. in 3.
parte.2.tempo.in q.54.& Ioan.de Arno.in
ſolilo.66.& in cau.5.& in epit.61 & Caſ-
se.in pract.crim.fol.64.nume. 167.& vide
quæ poſteà dixi in practica cenſ.in verbo
Nicolaus Epiſcopus.Ita vbi de paricidio
15 agitur. ¶ Et quid de occidente foriudica-
tum,qui erat rebannitus,non tamē adhuc
erat cancellatus?ubi per Carre.num.204.
& plurimi ſunt modi in quib. limitat nō
procedere dictam conſti.in edicto caſu.ui
de per eundem Carre.& quid de occidēte
foriudicatum toleratum a ſuperiore, qui
cōmuni exiſtimatione non habebatē pro
16 foriudicato.ibi.num.217.& 218. ¶ Rde-
undo



undo modo ad propoſitum noſtrum, an a-
gnati,cognati,affines,amici, vel procura-
to, poſſint allegare illud, quód homici-
diū cōmiſſum fuit in foriudicatū.& ſic,q
impunè potuit committi.Ioan.de Arno in
commenta.158.dicit,quòd ſic.Nell.de ſā-
Gemi.in tra.ſæpius alle.in 11.parte.11.tē
po.in 14.quæſtio.latius tangit quæſtionē
& finaliter dicit, q aut foriudicatio eſt
notoria,& per quęlibet poteſt opponi:aut
non eſt notoria,puta,quia non concordāt
qualitates,ſiue demonſtrationes mortui ī
proceſſu nominati cum demonſtrationib.
foriudicationis: & ſic eſſet neceſſe proba-
ri de indemnitate,& tunc opponi nō pōt
demum ſubdit ſe vidiſſe ſeruari, quòd,p
ducta foriudicatione iudex ex ſe debet in
formare de veritate,& idemnitate foriudi
cati occiſi, & ſi reperit demonſtrationes
forindicationis multū varias,dēt repelle-
re quencunque opponētem excepto prin-
cipali:vide Maria. Soci.in capitu.veniens
extra de accuſato.nume. 53. cum ſequen.
vide Narſ.in pract.cri.in §. conſtante.nu.
30.vbi dicit,quód quilibet de populo po
teſt hoc allega. ¶ I N Q V I S I T V S.
17 Nunquid poſsit opponi,eſſe præſcriptum
querelæ,& actioni? ¶ I V D. Duo ſunt vi-
denda in hoc paſſu;vnum per quātum tē
pus,& quomodo præſcribantur quærelæ
homicidii,& quod in alijs delictis; ſecūdū
an hæc oppoſitio poſsit fieri per quemli-
bet,circa primum ſciendum eſt,quòd ac-
cuſatio criminalis regulariter tollitē ſpa-
tio 20.annorum,vt eſt caſus notabilis in
l.quærelā.C.de falſ.quem Bald. & Angel.
ibi dicunt ſingularem,& habetur per Iaſ.
in §.pœnales.inſtitutio.de actio.columna
quinta,& Alexandrum in l. honorarijs.in
apoſti.ad Bartolum.ff.de actio.& obliga-
tio.& per illam.l.quærelam.glo. in l.in co
gnitione,in gloſſ.magna,circa finem.ff.ad
Sylla.in ſpecie dixit, quòd de homicidio
non pōt quis accuſari poſt viginti annos
quia regula illius.l.eſt generalis in omni
crimine publico,ut ſonant verba tex. quā
gloſſ.allegat Angel.in d.l.quærelam.in fin.
& ſic per eam determinat Ponorm.in cap.
cùm haberent.3.no.extra.de eo qui duxit
in matri.quam po.per adul.& ſic, ut uides
regulariter in omni delicto præſcribitur
18 per 20.annos. ¶ Limitatur primò, ut non
procedat ī crimine ſuppoſiti partus; quia
nunquam præſcribitur,ut firmat Frā.Bal.
in tra.de præ.in 4.parte.4.partis principa
19 lis in 2.quæſt. ¶ Secundò fallit in crimine
adulterij,ſtupri,& lœnocinij. quia pſcribi
tur quinquennio tantùm,l. mariti.§.hoc
quinquennium.ff.de adulter.& l.adulter.
C. eo.titu.niſi adulterium eſſet inceſtui
mixtum,uel è contra.tunc enim nō pſcri-
bitur quinquennio.l.uim paſſū.§. pſcri-
ptione.eo.tit.nā crimen inceſtus eſt per
petuum,& non præſcribitē, niſi per 20.an-
nos,ſecundum Ang.in d.§. præſcriptione.
& ſic licet adulterium duret per quinquē
nium,tamē mixtum cū inceſtu durat 20.
annos.quia quando delicta ſunt inuicem
permixta,illud,quod eſt magis perpetuū,
reducit ad ſui perpetuitatem minus per-
petuum,ut dicunt Bald & Sal.in l.adul.ff.
de adul.colu.prima.verſi.ex gloſſ. tamen
not.& hoc probatur etiam per tex.in d.l.
mariti.§.fin.ff.de adulter.vbi adulterium
per vim commiſſum nō tollitur quinquē
nio ob rationem vnionis. licet contrariū
uelit Ioan.Berbe.in ſuo iuris moratoria.in
titulo.de adulte.in 4.colum circa mediū.
& plenè habetur per Boc.in deciſio.26.in
20 prima parte.num. 12. ¶ Tertio fallit ut
nō pcedat in foro ſpirituali ad pœnitētiā
peragendam, & ſic in foro cōſcientiæ.qa
ibi nullum tempus eſt præfinitum, & nū-
quam præſcribitur in delictis,ut eſt gloſ.
ſingu.in capit admonere.33. quæſtio. quā
refert Panor.in cap.fin.colum.3.& ibi Fe-
li colum.2.de præ.& Panor.in cap.cùm ha
beret.3.not.extra,de eo,qui,dux.in matri.
& plenè per Fran.Bal.in tract.de præſcri.
21 in 4.parte 2.quæ.nume.4. ¶ Quarto fallit
in actione iniuriarum ptoria, quia finito
anno l.ſi nō conuitij. C.de iniur.quia tūc
actio criminalis,quæ non oritur ex eodē
delicto,iuxta.§.in ſumma inſti.de iniu.pa
riter finitur anno,& idem procedit in alijs
delictis,ex quibus regulariter oritur du-
plex actio,ciuilis,& criminalis.l.fina.ff.de
priua.delict.& l fi.ff.de fur.iſta fuit ſingu.
doctri.Iaco.But.quam ſequitur Ang.in d.
l.quærelam.in prin.& Sali.in fi.qui latius
declarat faciens notabilem concluſionem
quòd de crimine non poteſt criminaliter
quæri vltra terminum, intra quē poteſt
eo ciuiliter agi.& ſic extīcta ciuili,erit ex
tincta

tincta & criminalis, cũ crimina ſint odio
ſa.& ideo eorũ metu regulariter minori
tempore conrectantur,quàm ciuiles actio-
nes,q̃ durãt triginta annos: & in his ſunt
viginti.d.l.quærelam.vbi ergo extinguit̃
ciuilis minori tempore, tanto magis dẽt
extingui criminalis. ex quo infert Sali.
poſt Iac.But.quód cum actio de dolo ciui
lis,hodie coarctetur biẽnio continuo.l.fi.
C.de dol.non poterit agi de dolo,crimina
liter puniẽdo, pęna ſtelionatus vltra biẽ
nium;& pariter in actione iniuriarũ præ
toria;ſed quando actio iniuriarum eſt ci-
uilis,ut in tribus caſibus poſitis in leg.ex
Cornel.ff.de iniuri.tunc quia hæc ciuilis
durat 30.annis;in illis caſibus ſecundũ ve
ram opinionem,ut volunt gloſſ.& Doc.in
d.l.ſi non cõuitij eius criminalis durabit
20.annis;& ſequitur Fran.Bal; vbi ſuprà.
22 ¶ Quinto fallit,vt non procedat quo ad
excipiendum in crimine falſi,quia poteſt
perpetuó excipi de falſo, licet accuſatio
ſit tẽporalis,etiam poſt uigeſimũ annum.
ita tenet gloſſ.in d.l.quærelam.per regulã
quæ habet,quòd temporalia ad agendum
ſunt perpetua ad excipiendum. l.pure, in
ff.de excep.doli.& l.licet.cum gl.C.de ex-
ceptio.quem copioſè examinat Fely.poſt
Panor.in c.ſi autem. colum.4. cum ſequẽ.
uſque ad fi.uer,temporalia ad agendũ.de
reſcrip.latè tractans,an perẽpto iure agẽ
23 di,ſit peremptum ius excipiendi.¶ Sextò
fallit,ut procedat dicta regula,quando op
ponitur per accuſatum,ut tunc obſtet ex
ceptio,præſcriptionis;aliàs ſi nõ opponat̃,
tenet iudicium ſecundum Bar. in l.1 §.ac
cuſationem.ff.ad Turpilia.& in l.abſentẽ
24 ulti. col.ff.de pœn.¶ Septimò fallit, ut
non procedat de iure canonico in crimini
bus impedientibus exequutionẽ ordinis,
vel beneficij retentionem,etiam poſt per
actam pęnitentiam;quia in eis non currit
præſcriptio,ut per Abba.& Feli.in ca.li-
cet cauſam.colum.18.verſi.tertium reme
dium,de pro.& per Aufrer.in deciſio.Ca.
de Toloſa.quęſtione 188.de quibus crimi
nibus ẽt habetur in c. inquiſitionis.de ac.
in alijs veró tollitur directa accuſatio ſpa
tio 20.annorum.& ſequitur Boer.in dicta
deciſ.26 in prima parte.alias vero alimi-
tationes ad dictam regulã vide per Fran.
25 Bal.in loco ſupra allegato, ¶ Idem tamẽ
procedit quoad ius inquirendi nam ei prę
ſcribitur per 20.annos,ſecundum Ang.in
l.ſi vacantia.in final.C.de bo.vacan.li.10.
vbi refert ſe audiuiſſe Bar.in ſuis allega-
tionib.per hunc tex.cum gloſ.in l.filiusfa
milias.§.ueterani.ff.de pro.& lo. Imo.in
l.diuus,ff.de re.iud.ſequitur Petrus de An
ca in conſi.190. volens,quòd ſublato iure
quærulandi,ſit ei ſublatum ius inquirẽdi,
ſecundum Alexan.in l.ita demum colum.
ultim.verſi.& ideo,facit hæc gloſſ.& idem
Ia.ſ.ibi colum.2.verſ.12.limita. C.de pro.
& Boer. in d.deciſ.26 & an terminus ad
accuſandum,vel inquirẽdum currat a die
ſcientiæ,uel delicti commiſsi vide Marſ.
in practi.crimina.in §.conſtante.num.85.
vbi tenet,quód à die commiſsi delicti.
26 ¶ Quo veró ad ſecũdam quæſtionem, an
hęc exceptio poſsit opponi per cognatos,
& agnatos,& videtur dici poſſe, quòd ſic.
argum.eorum,quæ nota.per gloſ.in l.qui
cum maior § libertus.& §.ſeque.ff.de bo.
liber.vbi habetur,quòd poteſt opponi p
procuratorem, q̃ quærela eſt calumnio
ſa præterea dicunt Iaco.de Bel.& Fran.de
Trigintis,de Piſis,ut dicit Ba.in §.ad cri
men.ff.de pu.iu. & Bart.de Saly. in l.reus.
C.de accuſa. quód in criminalib.non ad
mittitur procurator ad opponendũ exce-
ptionem peremptoriam,niſi eſſet notoria
quia tunc iudex ex ſuo officio debet ſuper
ſedere in proceſſu, & reijcere accuſatorẽ
ne reus,& ipſe fatigentur ſuper inani pro
ceſſu per gl.ſing.in l.qui cum maior.§.li-
bertus.ff.de bo.liber.ſic ergo in iſto caſu,
quia de exceptione iſta apparet ex actis;
& ſic eſt notoria,eſt tamen cogitandũ ſu-
per hoc,quia non pono pro conſtanti,nũc
autem p conſtanti dico quòd proceditur
ad foriudicationem cum hoc,quód eo cõ-
parente perſonaliter, habeatur ea ratio
quæ de iure habenda erit.& ita ſeruat ma
27 gna curia ¶ Poteſt etiam opponi de nul-
litate citationum,& contumaciarũ; quæ
nullitas eſt tãti momenti, q̃ reddat pro-
ceſſum nullum cõtra cõtumacem; taliter
q̃ non poteſt ſubſequi ſententia foriudica
tionis,& hoc eſt,quando non ſunt ſeruata
ea, quæ ſupradicta ſunt in materia cita-
tionis,relationis nuncij, cõtumaciæ,& bã
ni,ut habetur per Affli.in conſti.in pœnã
eorum. in tertia 4. 5. 6. & 7. requiſitis.
¶ Poſſunt



28 ¶ Poſſunt ẽt allegari impedimenta capti-
tiuitatis,carcerationis, infirmitatis,& ab-
29 ſentiæ,prout tunc erãt,ut ſupra dixi.¶ Sin
autem aliquid allegatum nõ fuerit, quod
impediat prolationem ſententię foriudica
tionis, tunc iudex proferat ſub hac forma
dicendam ſententiam : Nos Strategus gu-
bernator ciuitatis Salerni,& c. receptis li-
teris noſtrę cõmiſsionis,quarum tenor eſt,
&c nobiſcum aſſeſſore T. pro tribunali ſe-
deute, &c. viſo præſenti proceſſu in noſtra
curia agitato in cõtumaciam infraſcripto-
rum quærelatorum,& inquiſitorum de ho
micidio commiſſo in perſonam T. & in eo
referantur citatio, relatio nuncij, contu-
maciæ,annotatio bonorum,publicatio bã-
ni particulariter, prout in forma banni di
ctum fuit:referanturq́; lapſus anni,in quo
perſtiterunt in contumacia, inſtantia quæ
rulantis,pro foriudicatione citationes ex-
peditæ,contumaciæ accuſatæ per decretũ
interpoſitum:demum omnibus relatis ſub
datur, viſis videndis, &c. conſideratisq́ue
cõſiderandis, Chriſti, beatæq́ue Mariæ
virginis nominibus piè inuocatis, de quo-
rum vultu recta prodeunt iudicia,& oculi
iudicantium reſpiciunt veritatem cõſide-
rantes dictos T. & T. olim per nos noſtrã-
q́ue curiam citatos per annum integrum
expectatos fuiſſe,minimeq́ue comparuiſſe,
adeò, quòd ſe contumaces nequeant nega-
re,in tantum,quòd meritò ſunt,& eſſe de-
bent extra omnem aditum iudicij cõſtitu-
ti, eiſq́ue limina iudicij præcludi debent
ipſos foriudicamus; ita,q̃ eis nulla appel-
lationis,ſeu ſupplicationis remedia ſuper-
eſſe cognoſcant, & quoad omnia ferè pro
mortuis habeantur, & hoſtes publici repu
tentur, ita, vt ab omnibus offendantur im
punè, eorumq́ue offenſores præmia conſe-
quantur, ſecundum terminos conſtitu.re-
gni. pœnam eorum. bonaq́ue eorum om-
nia fiſco noſtro publicamus,applicamusq́;
irremiſsibiliter,ſeruata tamẽ diſtinctione
regiæ conſtitutionis.foriudicatorum bona
taliter in his ſcriptis decernentes iſto, &
30 omni alio meliori modo. ¶ F I S. Quid ſi
moriatur pater foriudicati inteſtatus, ſup
ſtitibus alijs fratribus,foriudicatus, ne ẽt
ſuccedet,quia primogenitus ſit, an ipſius
loco fiſcus? ¶ IVD. Afflict.in conſtitu.ob
filiorum culpas. in tertio nota.dicit,quòd
ſuccedet ſecundo genitus excluſo fiſco.
31 ¶ Sed ſi moriat̃ pater foriudicati ſuperſtĩ
te ipſo foriudicato,& ſorore in capillo,tũc
ſuccedet ei fiſcus cum onere dotandi ſoro
rem,& ſi ſoror ſit maritata, & dotata,tunc
in totum ſuccedit fiſcus,ea in totum exclu
ſa,ut per eundem Afflict. in d.conſtitu ob
32 filiorum culpas.in 5.not. ¶Et ſi pater for-
iudicati mortuus ſit,tẽpore quo filius for-
iudicatus erat mortuus ſuperſtite ſolum
filia maritata,quę renuntiauit bonis pater
nia,ſuccedũt eo caſu alij agnati proximio-
res in gradu,ut per eundem Afflict.ubi ſu-
pra in 5.nota. verſic. quid ſi viuo patre.
33 ¶ Adde,quòd mulier non poteſt foriudi-
cari, ſicut non poteſt minor ſecundũ Paul.
de Caſt.in l.vbi exigitur.in fin. princ ff.de
eden.pro quo faciunt optimè dicta per An
gel.& Bald.& Alexan.in l.11.1. colum ff.ſi
quis in ius vocat. non ier. & per Marſil. in
34 practica crim.§.poſtquam.nu.60. ¶Debet
etiam videre iudex, ſi tempore primę cita
tionis ad informãdum aliquis comparuit,
& propoſuit excuſationem.quia ſi erat ad-
mittenda, & non fuit admiſſa, non poteſt
procedi ad ſentẽtiam foriudicationis,aliàs
erit nulla.ut per Afflictum in conſti.pœna
eorum.in nono requiſito. Et eſt aduerten-
dũ quòd ſi petatur copia actorum ordina-
riorum, debet dari: & prouidetur quòd
decretum ſit interpoſitum procedi ad for-
iudicationem, ſed in prolatione, ſuperſe-
deatur per aliquos dies infra quos detur
copia petita & fuerit aliter prouiſum. &
ita interloqui ſolet magna curia.

## ¶CAPTIS FORIVDICATIS recognoſcantur. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Foriudicatus cùm captus fuerit, debet fieri recognitio ipſius.*
2 *Foriudicato debet dari terminus ad dicendum cauſam, quare ſententia foriudicationis exequi non debeat.*
3 *Nullitas aduerſus ſententiam, foriudicationis allegari poteſt.*
4 *Nullitas quæ poſſit allegari aduerſus ſententiam foriudicationis.5.*
6 *Sententiam foriudicationis exequi ſine alia pronuntiatione.*

7 *Sententiæ foriudicati nis an præſcribantur per 30 annos.*

8 *Sen tentia foriudicationis an poſt decem annos poſſit allegari nulla.*

## FISCVS.

VT nihil remanet intactum, quæ-
1 ro quód ſi contingat capi foriudi
catos, quid debet iudex facere? ¶ IV-
DEX. Si euenerit, quód foriudicati
capiantur, tunc iudices confeſtim ipſos
examinent interrogando, ubi, & quomo
do in fortijs curiæ peruenerint: quod no
men habeant, quod cognomen: & de quo
caſata, ciuitate, terra, caſtello, uel caſali
ſint; quanto tempore fuerint abſentes, ab
eorum domibus; qua de cauſa, & ubi fue-
rint; quo tempore ſe abſentauerint; ſi in
caſata & cognomine ipſorum ſint & alij,
qui nocentur nominibus, quibus ipſi uocã
tur: ſi habeant patrem, vel matrem: & quo-
modo uocentur, vel uocabantur, ſi non ha
beant, ſi habeant bona ſtabilia, & domos
in ciuitate, & cum quibus confinentur, ſi
fuerint inquietati de homicidio in pſona
Tit. commiſſo, ſi fuerint citati, banniti, &
ultimo loco foriudicati, & aliter, ut natu-
ra cauſæ expoſcerit, & eorum confeſ-
ſiones vel negationes fuerint, & ideo in-
terrogandi ſunt ſuper omnibus iſtis circũ
ſtantijs, & qualitatibus, ut uideatur, ſi con
cordent cum qualitatibus exiſtentibus in
proceſſu & ſic fiat recognitio. & hoc quan
do nõ ſtatim cõfiterentur ſe eſſe illoſmet,
de quibus in ſententia foriudicationis, de
mum in faciem ipſorum examinentur ali
qui teſtes ſuper ipſorum recognitione, ip-
ſos interrogando de omnibus circunſtan
tijs, & demonſtrationibus, de quibus in
proceſſu, & ſententia, ut ſic uere appareat
eſſe eoſdemmet, de quibus in ipſa ſenten-
tia. & hanc practicam docet Bart. in l. di-
uus verſi. & diuus. ff. de cuſto reo. & in l. 1.
ff. de requi. re. & approbat. & eam ſequitur
Ioan. Mill in ſua praxi. cri. fol. 26. num. 21.
in glo. publicandos docet Ange. de Aret.
plenius, quám alibi, in lib. maleſi. in uer-
bo, Gaium Sempronij. in princ. & ita ſer-
2 uatur in regno. ¶ Facta autem recognitio
ne, & conſtito curiæ eſſe illoſmmet, de qui
bus in ſentẽ tia, tunc iudex ſtatuat eis bre
uem terminum ad dicendum cauſam, qua
re contra eos exequi nõ debeat ſententia
foriudicationis, eiſque prouideat de aduo
cato, & procuratore, & petentibus copiam
ſententiæ foriudicationis, banni & contu-
maciarũ, iubeat eis conſignari, & ita ſeruã
dum eſt, quicquid dicant Ange. in l. inter
ſtipulantem. §. 1. ff. de verbo obliga. & Io.
de Arno. in epito. 87. & in commenta. 42.
poſt Feli. in c. ad abolendam. in ſi. de hære.
quos refert Caur. in repeti. l. obſeruare cu
rabis. C. quo. appe. num. 64 & quicquid di-
cat Afflict. in conſtit. pœnam eorum in 17.
no. quæſtiones concludent, quód conſti-
to, quod eſt illemet, qui fuit foriudicatus,
confeſtim mittitur ad furcas. hoc autẽ in
telligitur, ut pcedat dato dicto breui ter
3 mino, & ita ſeruatur, & ſeruari uidi ¶ Et
eſt ratio, quia licet à ſententia foriudica-
tionis non poſsit appellari, & non poſsit
doceri de innocentia, tamen poteſt dici
de nullitate ſententiæ. ut habetur per Af-
flict. in conſtitu. pœnam eorum in quinta
quæſtio. princ. in ſi. & ſequen. cum ergo ha
beat foriudicatus defenſionem aduerſus
ſententiam audiri debet, & eſt allegãda
nullitas per ipſum principalem, non autẽ
per procuratorem, ut ibi per Afflict licet
poſſet practicari, quod nõ detur terminus
prędictus, niſi petatur, & niſi allegetur ta
le quid, in quo conueniat termini datio,
4 tamen tutius eſt, quod detur. ¶ INQVI-
SITVS. Quot ergo modis poteſt dici
ſententia foriudicationis nulla? ¶ IVD.
Dic, quod pluribus modis, aliquando e-
nim reſpectu perſonæ, in quam eſt lata, ut
quia clericus, quia tũc erit nulla, vel quã
do fertur per errorem, de quibus ad longũ
per Gramma. in conſ primo poſt regias de
5 deciſiones. ¶ Aliquando eſt nulla, quotieſ-
cunque citationes, relationes nuntij, con-
tumaciæ, & alia, quæ per ordinem ſuis in
locis poſuimus, non ita interuenerunt, ut
dixi & per Afflict. in d. conſtit pœnam ue
rum in omnibus ſuis requiſitis, & per Grã
6 ma. ubi ſupra. ¶ Si uero nullitates allega-
tæ non ſubſiſtunt, tunc iudex poterit dictã
ſententiam executioni demandare, ſecũ-
dum præallegatos Docto. & ita practican-
dum puto, ſine eo, quod alia ſententia con
demnatoria feratur, niſi quòd mittitur ad
furcas, uel inciditur caput à ſpatulis ui-
gore



re ſententiæ foriudicationis, vt dicit Af-
flict. in d. conſtitutio. pœnam eorum. in 17.
7 no. ¶ INQVI. Pone, quòd quis ſtetit for-
iudicatus per ſpatium 30. ann. quibus elap
ſis captus eſt, an ſententia foriudicationis
contra eum executioni demandetur? & vi-
detur dicendum, quòd non, quia ſicut cui-
cunque actioni etiam ex ſententia præſcri
bitur ſpatio 30. anno. l. omnes. & l. ſicut. C.
de præſc. 30. anno. ita in propoſito noſtro.
¶ IVDEX. Sed contrarium decidit Bal.
in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſunt,
& ſequitur Nell. de San. Gemi. in trac. ban
nito. in 2. parte. 2. tempo. in quæſtio. 64.
8 ¶ FISCVS. Sed pone, quód lata eſt ſen-
tentia foriudicationis contra aliquem, &
ab ea iam ſunt elapſi duodecim anni, & de
mum captus eſt ille foriudicatus, & oppo-
nit de nullitate ſententiæ, an audietur? &
videtur dicendum, quòd non, quia ſenten-
tia ipſa tranſiuit in rem iudicatam iam
enim ſunt anni 12. cum ab ea nõ fuit aliter
reclamatum, ſeu aliter de nullitate dictũ
maxime, quando ex tenore, & verbis ſen-
tentiæ liquet omnia ſolemniter de more
iudicij proceſsiſſe, & citationes, & proba-
tiones & contumacias, & bannum, ac cæ-
tera incumbẽtia, ob quod verbis ipſius ſen
tentiæ cuncta narrantibus ſtãdum eſt: pro
quo facit, quia licet penes executionem
ſententiæ debeat vltra ſententiã producc-
re acta, tamen ſi tranſactum eſt biennium
poſt ſententiam, non tenetur acta produ-
cere, ſecundum Bald. in l. j. ver. extrà quæ-
ro ne lic. ter. pro. ¶ IVD. Hæc quæſtio
requireret altiorem indaginem, ſed quia
reperio eam deciſam in ſacro regio conſi.
Neapo. vt refert Gramma. in deciſio. 24.
incipit Andreas de Maxi. & tandem decidi
tur, quòd ſi ex verbis ſentẽtiæ apparet om
nia ſolẽniter proceſsiſſe, & ſunt elapſi ſal-
tem 10. anni, non poteſt amplius de nulli-
tate dici, quia ſat eſt, quòd conſtet de cor-
pore foriudicati.

## SECVNDA PARS ſecundæ partis.

## ¶ VERVM SI CITATI comparẽt, & purgant contu-maciam, audiuntur. Rubrica.

### *SVMMARIVM.*

1 *Citatus comparens recta curia vſque ad primum ſonum, non dicitur contumax, & in ſequente curia debet perſonaliter inſtare, quod procedatur.*

3 *Fideiuſſor citatus ad præſentãdum principalem, ſi comparet in vltimo peremptorio ſine principali recta curia eſt contumax.*

4 *Fideiuſſor contumax an repræſentando reum purget moram.*

5 *Contumax ſi cõparet intra duos menſes, & purgat contumaciam, an debeat ſub fideiuſſoribus.*

6 *Contumacia contracta per præſidem prouinciæ an purgetur ſi contumax comparuerit in magna curia vicaria.*

7 *Contumax an dicatur, qui acceſſit ad ſuperiorem, & non comparuit coram citante ex probabili cauſa.*

8 *Contumax purgans contumaciam, ſi non habet fideiuſſores, ſtatim incarcerabitur.*

9 *Contumax in criminibus, pro quibus aliàs deberet ſub fideiuſſoribus liberari, non liberabitur propter contumaciam.*

10 *Contumax an poſſit allegare declinatoriam fori.*

11 *Cõtumacia purgata an faciat indicium ſufficiẽs ad torturam.*

12 *Contumax ſi purgauit contumaciam, & dedit fideiuſſores de ſtando iuri, & iterum citatus ad conteſtandum litem, ſi non compareat, quid faciet iudex.*

13 *Fideiuſſor condemnatus ad pænam, quia non præſentauit principalem, an ſi poſt aliquot dies præſentet, euitet pænam.*

## FISCVS.

VIDEO iam primam partem ſecun
dæ partis principalis completam,
in qua plenè edoctus ſum qualiter
procedatur contra contumaces, &

 non

non comparentes : verum quia aliquando
inquiſiti comparent poſt contractam con
tumaciam,& eam purgant offerētes ſe ſta-
re iuri,aliquando etiam ante contumaciē
contractam,ſed in vltimo peremptorio,id
circo ſi placet de his diſſeramus,vt aliàs re
1 colo reſpondiſſe. ¶ I V D. Aequiſsimam
rem poſtulas, & iuſta petentibus non eſt
denegandus aſſenſus:maximè, quia cornu
bos capitur , voce ligatur homo ; idcirco
ſcire debes, quód ſunt quidam, qui com-
parent contracta contumacia recta curia:
& tunc ēt ſi comparent vſque ad primum
ſonum , non erunt contumaces, ſed ſcri-
bitur eorum comparitio : videlicet, quód
talis comparuit dicto die contumaciæ,ad-
huc curia ipſa pro tribunali ſedente,& li-
cet reuera curia non ſedebat,quando com
paruit, ſcribitur tamen ita : & non rema-
net contumax , vt dictat ritus magnæ cu-
riæ vica.incip.item ſeruat ipſa curia,quòd
ſi aliquis bannitur. & debet perſonaliter
comparere,& non per procuratoram . Eſt
enim regula de iure , quòd catenus reſti-
tuatur cōtumax quatenus compareat iudi
ce pro tribunali adhuc ſedente. l. diuus.ff.
de in integ. reſt. quæ non eſt alibi ſecundū
Bal in Margarita,in verbo citatio,eo enim
in caſu non videtur in culpa,ſed exiſtimā-
dum eſt,quòd parum ex audita voce pręco
nis , defuerit. obedientia enim & compa-
ritio reſtituit quod cōtumacia abſtulerat.
l.vna.in prin.C.de cadu.tollen. Et ꝙ com-
parens adhuc curia pro tribunali ſedente,
de iure reſtituatur, ſeruaẽ etiam in curia
eccleſiaſtica , & multas ampliationes , &
limitationes videas per Rebuf. in tracta.
de contuma. & defect. Gloſſ. vna. artic. 5.
tomo.3.vides ergo in quanto ritum noſtrū
eſſe æquiorem diſpoſitione iuris cōis . Et
ille ritus habet maximam æquitatē. Nam
de iure veniens hora indebita eſt contu-
max.l.1.§.quid ergo.ff.quādo appe.ſit.Bal.
2 in c.plerunque col.2. de reſcrip. ¶ Et ſi eo
ſero non fuerit detentus, & carceratus,de-
bet in ſequenti curia perſonaliter cōpare-
re,& inſtare,vel quòd liberetur, vel quòd
procedatur in cauſa; aliàs remanebit con-
tumax , vt dictat ritus magnæ curiæ vica-
riæ incip. item quòd plerunque contigit.
& nihilominus in omnem euentum debet
præſtare fideiuſſores de ſtādo iuri, ut in di
cto ritu;& hoc intra tres dies, vt in alio ri
tu incip. item quòd illi, qui ſunt banniti.
Et eſt ratio illius ritus,quia qui comparet
& diſcedit abſque venia iudicis, eſt verus
contumax,ſecundum Bald in conſ.338.ad
Audientiam.in primo lib. Niſi receſsiſſet
ob iuſtum impedimentum , quia ſicut ex-
cuſat non venientem , ita & diſcedentem
l.quæſitum.ff.de re iud.Rebuf.in præ.trac.
3 de contu.nume.15. ¶ Hoc autem non pro-
cedit in fideiuſſore citato , vt præſentet
principalem, quia licet compareat eodem
die, quo remanſit contumax , non purgat
contumaciā , niſi dicto die præſentauerit
principalem, vt dictat ritus magnæ curiæ
vicariæ , incip. item quòd ſi condemnatus
4 eſt fideiuſſor. & in ritu incip. item ſeruat
ipſa curia,quòd ſi aliquis ¶ Et in tantum
hoc procedit , quòd ſi fideiuſſor voluerit
moram purgare intra ſeptem dies iuxta
æquitatē traditam per l.& ſi poſt tres. ff.ſi
quis cautio. & c. legem veterem. non po-
teſt , ut dictat ritus magnæ curiæ vicariæ
incipien. item non poſſunt moram.ſed ad-
uertendum eſt,quód in contrarium fuit de
ciſum in ſacro regio conſi. ſi bene aduerta
tur,nulla facta mentione de ritu prædicto,
vt refert Gramma.in deciſio.95. incipien.
in cauſa magnifici,& recolo, dum tūc tem
poris eſſem in ciuitate Neapolis,fuiſſe pa-
tronum cauſæ magnificum Federicum Iō
gum,ubi tandem dicitur , quód fideiuſſor
repræſentando reum congruo loco, & tem
pore,purgat moram.quod nota . Eſt quo-
que aduertendum; ꝙ id quod dicitur in di
cta deciſione,procedit qñ comparet , cum
eo pro quo fideiuſsit, & illum præſentat,
aliàs procedit id quod ſuprà dictum eſt.
5 ¶ I N Q V I. Sed an ſi quis comparuerit
eodem die, vel intra duos menſes , ſecun-
dum terminos conſtitutio. regni. clemen-
tiæ.debeat carcerari , vel admitti cum fi-
deiuſſoria cautione extra carceres ? IVD.
Dicit Afflict. in prædicta conſtitutio.in 2.
no.ver.ſed quid ſi perſonaliter. quòd ſi cō
ſtat de crimine,non liberabitur, ſed defen
dat ſe in carceribus iuxta terminos conſt.
regni , humanitate. & hoc quando ſumus
in caſu, quo etiam ſi à principio compar-
uiſſet,deberet facere defenſiones in carce-
ribus;ſed ſi eſſemus in caſu,quò ſi a princi
pio comparuiſſet, deberet ſub fideiuſſori
bus



bus liberari,tūc comparens intra duos mē
ſes etiam liberabitur fideiuſſoribus; ſed ſi
poſt duos menſes comparuiſſet , tunc per-
dit priuilegium,ſi cōſtat refertum eſſe ex-
penſis ; & ſi non conſtat, ꝑꝑ ſpontaneam
cōparitionem admittitur extra carceres;
ſed ſi poſt duos mēſes capitur defendet ſe
in carceribus,etiam ſi eſſet caſus, in quo a
principio non debebat carcerari, ſi ſponte
compareret,& hoc propter ſuam contuma
ciam,ut optimè declarat Afflict in conſti-
tutio.clementiæ.in 2.nota.verſi.ſed quan-
do poſt duos menſes. adde hic Pet. de Mo.
for.& Bartho.de Capu.in conſtit. humani,
tate. quód illa conſtitut. quatenus voluit
bannitum non liberari fideiuſſoribus,pro-
cedit , quando contumacia non eſt purga-
ta ; ſed ſi eſt purgata contumacia non ha-
bet locum , ſi modó natura criminis non
6 repugnet. ¶ F I S C V S. Quid ſi aliquis
reputatur contumax per iuſtitiariū, an cō
parendo in magna curia vicaria purget cō
tumaciam? ¶ IVD.Hanc quæſtionem po-
ſuit Afflict.in d. conſtitu. clementiæ. in 3.
no.& decidit , quòd non , etiam ſi magna
curia, vel alius ſuperior admiſiſſet ad pur
gādam ſuam contumaciam ; niſi eſſet rex,
qui diſpenſaſſet contra conſtit. clementiæ
cum clauſula,quód non obſtante. & nota,
7 quia ſæpe euenit in facto. ¶ I N. Quòd ſi
citatur quis, qui ob aliquā iuſtam cauſam
particularitatis contrarię,aut inimicitiæ,
aut fauoris iudicis in partē cōtrariā,diſceſ
ſit,& acceſſit ad ſuperiorem iudicis citan-
tis,qui poſteá remiſit eum ad iuſtitiam,an
hic dicatur contumax? ¶ I V.Dicas,quód
ſi conſtat, quòd ex probabili cauſa, receſ-
ſit poſt citationem , & acceſsit ad ſuperio-
rem, non erit contumax. & illa fuga nul-
lum præiudicium ſibi infert,& dicit idem
Afflict. in conſtitu. clementiæ. in 3. not.
8 verſicu. quid dicendum.de citato. ¶ Et eſt
notandum , ꝙ quando quis purgauit con-
tumaciam in caſu, quo debet admitti ad fi
deiuſſoriam cautionem extra carceres , ſi
non habet fideiuſſores, etiam ſi nihil con-
ſtet de delicto,carcerabitur; & antequam
admittatur ad faciendas eius defenſiones,
debet reficere expenſas & damna,& inter-
eſſe quærulanti. ſecundum conſtitu.regni.
clementiæ, quæ habet concomitantiam cū
iure communi , vt refert ibi Afflict. in 9.
no.& non requiritur alia citatio ſuper con
demnationem expenſarum , & ibi itē iſtæ
expenſę taxantur per iudicem delato iura
mento ipſi quærulanti,ut ibi in 10.no.Sed
ut dixi ſupra Pet. Mo. For. & Bartol. de
Ca in cōnſt. humanitate , tenuerunt con-
trarium vbi natura criminis non repugna
9 ret. ¶ F I S. Quód ſi aliquis contumax in
minoribus criminibus pro quibus ſoriudi
cari non poteſt , ſtetit in contumacia per
annum , an propter tantam contumaciam
debeat ſe defendere in vinculis, non obſtā-
te,quód velit dare fideiuſſores, & reficere
expenſas ? ¶ I V D. Dicas,quòd ſic,ut ſta
tuit rex Caro. ſecundus, in c. ſiue quis. &
Afflict.firmat in d.conſt. clementiæ in 12.
10 & vltima quæſt. ¶F I S. An purgata cōtu
macia poſsit allegari declinatoria fori ?
¶ I V D. Dixi ſuprà in verbo, bannum .
11 ¶F I S.An purgata contumacia remaneat
indicium ſufficiens ad torturam? ¶ IVD.
Marſi.in l. 1.ff.de quæſtio.nume.3.videtur
dicere , quód ſic. ſed plenè dixi in tertia
parte tertiæ partis principlis , & aliquid
12 tetigi in materia banni ſuprá. ¶ F I S C.
Quód ſi aliquis purga a contumacia,& da
tis fideiuſſoribus de ſtando iuri,& ſolutis
expenſis , ac damnis aduerſæ parti , intra
ſtatutum ſibi terminum ad reſpondendum
capitulis non compareat, accuſatore tum
multum inſtante quomodo procedetur?
¶ I V D. Gloſ.in conſtitu. clementiæ. di-
cit , quòd iudex iterum citabit eum : & ſi
non comparet, condemnabitur ad tertiam
partem ſuorum bonorum mobilium,& ite
rum bannietur , & annotabūtur ſua bona.
& ita dicit ſeruari in magna curia vicarię,
& hanc practicam ſequitur Afflict.ibi in fi.
& aliam dat ipſe , quòd citentur fideiuſſo-
res ad præſentandum:& ſi non pręſentent,
exigetur pœna , & procedet iudex ad exa-
ctionem pœnæ ſine libello , & ſine ordine
iudiciario,quia eſt cōtractus factus in iudi
13 cio. ¶ F I S. Quod ſi fuerint citati fideiuſ
ſores ad præſentandum principalem : &
quia non comparuerunt, fuerunt reputati
contumaces , & condemnati ad pœnam fi-
deiuſsionis ; & poſt aliquot dies fideiuſſo-
res præſentarint principalem , uel princi-
palis ex ſe ſponte ſe præſentet , & ſit car-
ceratus : an teneantur ad pœnam ? I V.
Dicas,quód expectabitur finis cauſæ, vt ſi

principalis veniat abſoluandus,non teneã-
tur ad pœnam, ſi autem venerit condem-
nandus, teneantur ad pœnam, vt fuit de-
ciſum in ſacro regio conſilio, vt refert Grã
ma.in deci.95.incip. in cauſa magnifici.

## ¶ETSI COMPARENT ante contumaciam, examinentur. Rubr.

### SVMMARIVM.

1 *Comparitio ſpontanea eſt maximum indicium innocentiæ.*
2 *Comparens reus debet ſtatim examinari.*
3 *Torqueri poteſt reus nolens reſpondere inquiſitioni, & condemnari ad pœnam pecuniariam.*
4 *Reus pluribus, & reiteratis uicibus debet examinari.*
5 *Notarius actorum de mandato iudicis debet ſcribere omnes actus, & motus, quos facit reus in examine.*
6 *Minor ſe maiorem aſſerens an ſibi præiudicet.*
7 *Conuerſatio cum participantibus in delicto facit indicium.*
8 *Reus debet interrogari ſuper quolibet indicio.*
9 *Clericus nolens reſpondere in examine cogendus eſt.*
10 *Reus eſt interrogandus, nunquid, teſtes examinati contra eum ſint amici, an inimici.*
11 *Reus eſt interrogandus de omnibus illis, quæ viderit iudex poſſe tergiuerſari.*
12 *Principalis excuſatur à pœna varietatis, & periurij.*
13 *Principalis reus eſt ante omnia examinandus.*
14 *Conuerſatio mala eſt malæ operationis indicium.*

## INQVISITVS.

Quid ſi aliquis citatus ante contuma
ciam in vltimo peremptorio com-
1 paret,qũo debet procedi? ¶ IVD.
Si quis citatus non expectata contuma-
cia, ſed in vltimo peremptorio compa-
ret ſponte, ſpontanea illa comparitio eſt
maximum indicium illius innocentiæ ſe-
cundum Bart.Cępol in conſ.31. incip. ſu-
per homicidio.4 colum.verſ.decimo.& vl-
timo.& plene per Marſ.in praxi.cri.§.dili-
genter. num. 104. & voluit Gram.in con-
ſilio 61. nume. 4. & in conſil.29.nume.32.
2 ¶ Atque tunc ante omnia ſolet procedi ad
examinationem ipſius, vt docet Io.Mil.in
ſua praxi.cri.fol.64.in gloſ.interrogando-
rum.nu.1.interrogando ipſum, quomodo,
qualiter, & ex qua cauſa reperiaẽ captus,
vel incuria(ſi videlicet fortaſſe inquiritur
de homicidio commiſſo in perſonam Tit.
de menſe Maij ſub die 26.de anno 1546.)
tunc interrogabitur, ſi cognoſcebat Titiũ;
vbi,& quomodo,ſi erat ei amicus,an inimi
cus,qua amicitia erat aſtrictus, aut inimi
citia;ex qua cauſa, ſi aliquo tempore cum
eo fuerit ĩ rixa;ſi ab eo fuerit offenſus,vbi,
& quomodo, ſi cum eo ſolebat loqui, cum
ei obuiã fortè veniret,quibus pręſentibus,
& a quãto tempore,vbi ſic nunc dictus Ti-
tius,quid feratur de eo,quis ei talia retule
rit, quibus præſentibus, de menſe Aprilis
an. 1545. vbi fuerit,& ſi fuerit abſens ali-
quo tempore a ciuitate,& per quot dies,&
vbi fuerit,& cum quibus commoratus fue
rit,cum quibus dormiuerit,quis eum vide
rit in illo loco,cum quib. conuerſatus fue
rit,ſi aliquo die dicti menſis, quo dicit ſe
fuiſſe abſentẽ, reuerſus fuerit in ciuitatẽ,
vel ſemper ſteterit abſens.& deinde deſcẽ-
dat ad menſem Maij,quo fuit crimen com
miſſum, & ſimilia interrogatoria faciat, &
alia, prout natura facti expoſcerit,demum
deſcendat ad verum annum,& mẽſes com-
miſſi criminis,faciat ſimilia interrogato-
ria,quia ſic intercipiet eũ, quia in primis
interrogatorijs in anno, & menſibus non
commiſsi criminis ponet omnes eius de-
fenſiones, credens eſſe illum annũ,& men-
ſem, in anno, & menſe commiſsi criminis
ſuccincte pertranſibit, ipſoque examinato
confeſtim videat examinare illos,quos no
minabit, vt ſic valeat intercipere eum in
mendacio,& varietate, & examinet alios,
qui forte dicant, ſe eum vidiſſe in ciuitate
eo die & menſe,quo aſſerit ſe fuiſſe abſen-
tem. Et ſi in informatione fuerint aliqui
teſtes, qui dicant ſeipſum non agnoſcere
per nomen,& cognomen,ſed ad viſum tan
tum, tunc cõſtituto eo in medio aliquorũ
demonſtretur teſtibus, eos interrogando,
ſi inter illos eſt ille,de quo in depoſitioni
bus eorundem.de qua affrontatione habe-
tur



tur plene per Io.Mil.in ſua praxi crim.fol.
63.in gloſ. commiſſus.num. quinto,in lite
3 ra b. ¶Et ſi fortè reus ipſe noluerit in ali-
quo interrogatorio ei facto reſpõdere, tũc
factis ei trinis monitionibus ſub pœna ip-
ſũm multabit, & condemnabit ad pœnam
in mãdatis contentam,iuxta tex.l.de ętate
§.qui tacuit.&.§.ſequen.ff.de interr.actio.
& ibi Bar.hæc enim contumacia in non re
ſpondendo punitur, ut ibi,& habetur per
Caſſa.in conſu. Burgu. in titu.lamende de
ſimple reſcoriſſe.§.7.fol.74. in rubrica pri
ma,nume. 11. pluribus enim modis poteſt
reus arctari ad reſpondendum, vno modo
mulcta indicta,vt.ff. de ven.inſpi.l.1.§.qd
ergo ſi alio modo capitis pignoribus. arg.
ff.de re iud.l.debitoribus.& idem fieri po-
teſt,ſi obſcurè reſpondet.ut l.de ætate.§.ſi
cum eſſet.&§. nihil intereſt.& habetur per
glo.in l.certum.ff de confe. nec enim vide-
tur reſpõdere, qui ad interrogata formali
ter non reſpondet,ut d. l. de ætate.§ quod
autem.& l.2.§.ſi quid ſimpliciter.ff.de ver.
oblig. Ideo qui præſens eſt,& iuſſus eſt re-
ſpondere,& recuſat abſque tribunali cau-
ſa,contumax eſt, ut plenè per Ioan. Mil.in
ſua practica crimina fol.69. in gl.noluit re
ſpondere.numero 4. Immo plus dico tibi,
quód non reſpondens poteſt torqueri, vt
certum reſpondeat, de quo plenè dixi in
4 tertia parte tertiæ partis,vt videas. ¶Exa
minetque iudex, dictum reum pluribus,&
diuerſis vicib.& ſemper faciat eius reſpon
ſiones in acta redigi per notariũ, videatq;
ſi loquitur pauide, & trepide,& hoc faciat
ſcribere,cum notarius debeat ſcribere de
mandato iudicis. ſecundum Barto. in l.de
minore.§.tormenta.ff.de quæſtio.videatq;
quem motum faciat labijs, & tota perſona
nam ſi iudex ex dictis rei viderit aliquam
variationem,trepidationem,& vultus pal-
lorẽ, (quod relinquitur eius arbitrio)om-
5 nia ſcribi faciat. ¶ Et tenetur notarius id
ſcribere ſub hac forma; Iudex mandauit
mihi, quòd ſcriberem, ꝗ dictus mutauit
colorem in facie, (ſed adde ea quæ dixit
Aul. Gell.lib.noct. Act. 19 cap.j.quia dicit,
quòd paueſcere & mutare colorem in fa-
cie ob eminens periculum,non ſunt volun
tatis,neq; arbitrij,ſed vi quadam ſua inſe
runt ſeſe hominibus,hac igitur de re, vide
tur dicendum non præſtare indicium) lo-
quitur pauendo, uel tremendo, variando,
vel uacillando, & ita mihi viſum fuit. de
quo per Pariſium in cap. quoniam contra.
extra. de probatio.nu.159. & ibi Abbas.&
Bal.in l.præsbyteri.C. de epi.& clericis.ex
his enim ſumitur indicium,vt optimè do-
cet Fran.Bru.in trac.de indici.& tor.in no
na,& vltima parte.vbi ſeriatim omnia do
cet. & habetur per Marſil. in ſua practica.
cri.§.diligenter.num.74. & num. 98. in §.
quoniam.num.4.&num.27. & habetur per
Ioan.Mill.in ſua practi crim.fol.65.nume.
11.& ita etiam docet Angel.de Aret.in li-
bro.malef.in verbo,ſama publica. antepe-
6 nul col.nona quæſtione. ¶ Bonum eſt etiã
vt interrogetur inquiſitus de ætate ſua,
& ad hoc reſpõdere tenetur. ut l.de ætate.
ff.de interroga. actio.& eſt maxi momenti
iſtud interrogatoriũ, quia ſi minor ſe ma-
iorem dixerit,ſibi præiudicat.niſi reſtitua
tur,quod poteſt,vt eſt gl.in d.l.de ętate in
verbo reſpondere. & l. certum. §.penulti-
mo.ff de confeſ.niſi dolo fecerit, quia tunc
non reſtituitur.vt.ff. de minori.l.ſi ex cau-
ſa.§.nunc videndum.& ſequitur Ioan.Mil.
in ſua practica crimi.fol.65.in gloſſ vti aſ-
7 ſerebat.nu. 17. ¶ Debet etiam interrogari
inquiſitus, ſi habuerit cõuerſationem cũ
illis qui fortè fuerũt participes in delicto
nam ratione conuerſationis cum his, qui
maleficium cõmiſerunt,iudex poteſt ſuſpi
cari de maleficio,vt l.dominus horreorum
8 ff.loca.& ibi per Barto. ¶ Debet etiam in
terrogari ſigillatim ſup quolibet indicio
vt l.vnius.§.cogniturum. ff. de quæſtio &
Bald.in l.cuſtodias.ff.de pub.iud.quia ſi re
peritur in mẽdacio, erit maxima præſum
ptio contra eum,vt dict.l.vnius.§.teſtes &
6 c.literas.extra, de præſumptio. ¶ Si verò
examinari contigerit aliquẽ qui præten-
dit ſe clericum, & ob id noluerit reſpon-
dere,iudex poteſt eum cogere ad reſpon-
dendum, etiam ſi eſſet ſacerdos, quia fie-
ri poteſt, quòd priuetur iure clericatus
maximè, quia oneratus,& ſuſpicatus eſt
enormitatib. ſe immiſcuiſſe, item,quia in
uentus eſt in non decenti habitu. & quód
teneatur reſpondere, fuit deciſum Pariſijs
ſub die 15.Aprilis.1529. vt refert,& ſequi
tur Ioan.Mill. in ſua practica crimina.fol.
73.in gloſſa,fori præſcriptio. num. 1.quod
eſt notandum, & pluries in magnaj curi
K 4 & alias

10 & alijs tribunalibus vidi ſeruari. ¶Inter-
rogabitur etiam nunquid teſtes examina-
ti contra eum,ſint ei amici, an inimici:nũ
reputet pro bonis,an pro malis, & iniquis:
non autem dicat iudex eſſe examinatos cõ
tra eum:ſed in genere interroget:imò bo-
num eſt , quòd ei nominet teſtes, qui non
ſunt examinati contra eum, & deinde no-
minet teſtes examinatos in cauſa,vt ſic nõ
valeat præuidere, qui ſint examinati con-
tra eum. & hæc interrogatio eſt maximi
momenti , quia deprehendet iudex quæ
obijci poſſunt contra dictos teſtes;& demũ
poteſt ſe ſummariè informare, an verũ ſit
id,qđ obijcitur, vt ſic poſtea reus non poſ-
ſit falſo modo obijcere contra teſtes depo
11 nentes contra eum . ¶ Finaliter circun-
ſpectus iudex ſtudeat interrogare inquiſi-
tum de omnibus illis, in quib. viderit poſ-
ſe tergiuerſari eum.& eludere curiã inqui
rentem, ut ex his valeat reſcindere omnes
cauillationes,calumnias,falſas negatiuas,
& quælibet alia obſtacula , quia ſic extor-
quebit ab eo, quas defenſiones poterit face
re,& quæ veræ ſint,& quæ falſæ; & remo-
uet materiam fabricandi falſum , & deci-
piendi curiam, caueat autem,ut ſi uiderit
verè inquiſito competere,aliquas defenſio
nes veridicas,& non falſas,ut per multipli
cia interrogatoria ab eo ipſas non remo-
ueat,quia hæc faciens, reus erit gehennæ.
12 ¶ Et eſt notandum, quód principalis exa-
minatus excuſatur a pęna varietatis, & ꝑ-
iurij.tamen ſi iudex pręceperit ei,quod ha
beat reſpõdere,& dicere veritatem ſub pę
na aliqua.& reſpondit,& demum conuinci
tur de mendacio,tenetur ad pęnam ſecun-
dum Bald. notabiliter loquentem in l. ius
alimentorum.ff ubi pu. edu. de.ſed ponde-
ra bene Bal in vltima ſolutione contrarij
de l.interloquutio,quia iudicio meo vide-
13 tur ſe limitare. ¶ Eſt etiam amantiſsime
lector notandum , quód omnino de neceſ-
ſitate debeat reus examinari, antequã for-
mentur,& dentur capitula, aliás non vale
ret inquiſitio.ſi primò dentur capitula , &
ſic formetur inquiſitio , & demum exami-
netur reus.ut in c.qualiter.verſ.debet igi-
tur.de accuſat.& refert, & ſequitur Ange.
de Aret in lib.maleſi.in uerbo,hæc eſt quę
dam inquiſitio.in 8.colum.in ver.requiri-
14 tur etiam. ¶Item bonum eſt,ut interroge
tur ubi,& in quibus locis ſolitus eſt cõuer
ſari reus inquiſitus,quia mala cõuerſatio,
eſt malæ operationis indicium.l.ſi plures.
§.quamuis.ff.de admi.tu.item inſpiciat cõ
ſtantiam,uel vocis trepidationem,vel mẽ-
brorum pallorem , & omnia in acta redigi
faciat,quia ex his ſumere poteſt indicium
ut l.de minore.§.tormenta.ff. de quæſtio.
& aduertat inquiſitus ut in ſuo examine
non dicat oĩa quæ vult obijcere contra te-
ſtes examinatos contra ipſum. ſecundum
Guliel.de Bene.in rep.cap Raynuncius.in
uerbo mortuo teſtatore el primo nu. 202.
vbi ponit qualiter in regno Franciæ pro-
cedatur ad punitionem delictorum.

## ¶EXAMINATI LIBE- rentur ſub fideiuſſori- bus. Rubr.

### SVMMARIVM.

1 *Carcerari non debent offerentes dare fideiuſ-
ſoriam cautionem , ſi ſumus in delictis in
quibus veniat imponenda pœna infra relega-
tionem.*
2 *Confeſſus debet ſub fideiuſſoribus relaxari
etiam quando venit imponenda pœna pecu-
niaria.*
3 *Carcerabitur quis pœna pecuniaria ſtipulata
apud acta curiæ.*
4 *Fideiuſſoribus quando , & in quibus caſibus car
ceratus non liberetur. &* 5.6.7.8.9.10. 11.
12.13.14.15.16.17.18.19.
10 *Fideiuſſoribus liberatus , ſi reperiantur illi fi-
deiuſſores non idonei, poteſt iterum capi , ut
alios praſtet idoneos fideiuſſores.*

## INQVISITVS.

ET quia poſt examinationem, & com-
paritionem reorum ſolet multipli-
citer inſtari pro ipſorum liberatione ſub
fideiuſſoribus,& ſuper hoc fiunt fulmina-
tæ petitionis , inſtantiæ , proteſtationes,
& appellationes, & ut plurimum minus be
ne iudices in hoc prouident . conſideran-
tes ſatis iuri , & iuſtitiæ eſſe ſatisfactum
per carcerationem reorum ; idcirco ro-
go te, ut aliqua ſummatim de his nobis
dicas. ¶ I V D.Placet mihi poſtulatio tua
& idẽ ſcias,quòd quædam ſunt delicta in-
fra



fra relegationem,pro quibus non habet lo
cum tortura iuxta diſpoſitionem c. regni
incip.tormenta.& in iſtis indiſtinctè nun
quam peruenitur ad carcerationem obla-
ta fideiuſſoria cautione,ut dictat tex in c.
ab illo inchoandum & ita intelligit,& fir-
mat Afflict.in conſtitu humanitate.in 5.
not.veſ.item quæro.8.col.& hoc procedit
etiam ſi conſtaret:& eſt ſtatutum in capi.
item ſtatuimus,ut nullus iuſtitiarius,nul
liq́ue,&c.quód incidentes in pœnam pecu
niariam, ſeu bannum , dantes fideiuſſo-
res nõ carcerent. Hodie verò Magna cu
ria Vicarię,malè hoc ſeruat, & etiã aliæ
curiæ regiæ. Nam etiam in criminib.ꝓ
quibus non habet locum tortura , proce-
dunt ad carcerationem , & raró liberant
ſub fideiuſsione.Et pro certo malè faciũt
Imò per nouellam pragmaticam Do. Fr.
Pace,in anno 1557.ſolummodo ſtatuit ꝙ
tunc habilitationes à carcere fiunt cauſſa
cognita,audito fiſco,& in banca, vbi eſſe-
mus in criminibus ingerẽtibus pęnã mor
tis ciuilis aut naturalis vel membri ab-
ſciſsionis,aut relegationibus,ergo in cri
minibus infra relegationem extra bãcã,&
extra ordinem poſitæ ſunt, ſicq́ue illę fie
ri debent etiã nõ audito fiſco.Et illa Prag
ma.eſt confirmata per I.D. Paraſan ,ꝓre-
gem nunc in regno & in volumine nouel-
2 la.pragma. redacta.¶ Quod quidem dico
limitandum ut non procedat.ſi inquiſitus
eſſet confeſſus,quia eo caſu , etiam ſi ve-
niret imponenda pœna pecuniaria , non
eſſet relaxandus quis ſub fideiuſſoribus.ſe
cundum Bald in l.nullus.C.de exhibend.
re.& habetur per Marſ.in l.vnius.§.cogni
turum.in ſecunda colum.ff.de quæſtionib.
3 ¶ Item non procedit in pœnis pecuniarjs
ſtipulatis penes acta curiæ, quia in eis ab
ſque ordine iudicario fit exequutio de ꝑ
ſona,vt habetur in ritu magnæ curiæ vi-
cariæ,incipien.item ſeruat ipſa curia , ꝙ
4 quandocunque.¶Quædem ſunt delicta ul
tra relegationẽ, pro quibus habet locum
tortura,ut in d.c.tormenta.& tunc de iu-
re communi,donec conficitur proceſſus .
accuſatus de cã capitali debet ſtare car-
ceratus.ut l diuus Pius.ff.de cuſto. reo.&
l.1.C.eod.titu.& declarat Sali.in l.2.C.de
exhib.re.poſt Bald.ibi. & Alexand.in leg.
ſeruum.ff.ſi ex no.c.aga ſuperuenit noui
ter in præſenti regno benignitas conſtitu
tionis,humanitate,qua cautum eſt , quód
inquiſiti de criminibus iponentibus pœ-
nam vltra relegationem,parati dare fide-
iuſſoriam cautionem,nõ carcerentur, niſi
in decem caſibus ibi poſitis,& hæc eſt ge-
neralis regula,quód exceptis dictis decẽ
caſibus indifferenter offerens dare fide-
iuſſores,etiam ſi ſit crimen capitale,libe-
ratur : & ꝙ extra caſus comprehenſos in
dicta regni conſtitu. nemo poteſt carcera
ri offerens dare fideiuſſores. & eſt c.regni
incip.item caueant iuſtitiarij,ne aliquos.
vbi iudicibus contra facientibus imponi-
tur pęna medietatis gagiorum vnius anni
& alia pœna arbitrio regis , nec officiales
aliquos de perſona rapere poſſunt abſque
conſilio iudicum , vel de mandato regio,
5 ſi ſunt parati dare fideiuſſores:& iudices
male conſulentes tenentur ut ibi. ¶ Pri-
mò fallit hæc generalis regula,ut nõ pro
cedat quotieſcunque de delicto, conſtaret
per confeſsionem illius, qui petit ſe libe-
rari ſub fideiuſſoribus.quia eo caſu nõ li
beratur,ut in d.conſtitu. humanitate. quã
fallentiam intelligit dom.Pe.de Mo.for.
magnus practius in d.conſtitu.procedere,
vbi confitens perſeuerat in confeſsione:ſe
cus ſi eam reuocat,& admittitur ad probã
dum contrarium,quia eo caſu offerens fi
deiuſſores deberet liberari. Afflict.autem
nullam mentionem facit de hoc dicto, &
ſimpliciter ſequitur fallentiam prædictã.
ego credo eſſe diſtinguendum , quód aut
quis confeſsionem reuocat,& vult proba
re de errore , & ideo petit terminum,& ſi
interim,donec de errore probet , petierit
ſub fideiuſſoribus liberari , iſto caſu dice
rem nõ liberari,aut quis fuit admiſſus ad
probandum contrarium,& probauit erro
rem,iſto caſu admittetur ad fideiuſſoriam
cautionem,& ita loquitur do.Pet. de Mo.
6 for.vbi ſupra,ſi rectè ponderetur. ¶ Et ꝑ-
dicta limitatio habet locũ in confeſsione
extraiudiciali,& in facta coram actuario,
non coram iudice,& non in formam iudi
cij,ut firmat An.de Iſer.ibi , & refert,& ſe
quitur Afflic.in 5.not.uerſi.ſed quid ſi eſ-
ſet confeſſus.& ſic non habet locum obla
tio fideiuſſorum, ut liberetur in dictis ca
ſibus,etiam ſi dictæ confeſsiones reuocen
tur in iudicio,& ex hoc cõfirmat id quòd
proximè

proximè dixi, & procedit hoc dictũ, etiam
ſi teſtes depoſuerint non citata parte ſup
dicta extra iudicali confeſsione, licet con-
trarium dixerit Afflict. ubi ſupra, & hoc
per c.ab illo inchoandum.de quo plenius
7 infra dicã.¶ Secundò fallit in captis in fra
granti crimine, ut habetur in d.conſtitut.
humanitate, nam non liberantur ſub fide
iuſſoribus: & qui dicantur capti in fragran
ti crimine, uide per Iſer. & Afflict. ibi.&
8 dicam ſuo loco.& tempore.¶ Tertio fallit
ubicũque delictum eſſet notorium, aut pu
blicum & perſona inquiſita eſſet infama
ta, & leuis uitæ, ut habetur in d.conſt.hu-
manitate. & ibi per Iſer.& Afflict. dicitur
autem crimen publicum ſecundum eos,
quãdo coram populo, vel maiori parte po
puli factum fuit, & teſtes examinati depo
nũt de crimine facto, quòd patratum fuit
coram populo, uel multis aſtantibus.item
dicitur crimen publicum, ubicunque ſit fa
ctum in iudicio, ut ibi latè per eos decla
ratur, & dicam infra.ſubdit tamen Afflict.
unum notabile, quòd ſi uere probatur fa-
ma publica de delicto. i.cum omnibus cir
cunſtãtijs debitis, & à iure requiſitis, quòd
neutiquam admittitur ablatio fideiuſſorũ
de publico, & notorio delicto, ſubdit etiã
Afflict.in 8.no.licet delictum ſit notorium
ſi tamen per inquiſitum allegatur legiti-
ma exceptio, uel excuſatio, nõ debet cauſã
defenſionis in uinculis dicere. quòd qui-
dem quomodo procedat infra dicemus.
9 ¶ Quarto fallit, ſi ſit crimen læſæ maieſta
tis, quia in eo debet inquiſitus in uinculis
ſe defendere: & hoc procedit, etiam ſi ni-
hil penitus conſtaret, ſed tantummodo eſ
ſet ſuſpicio de crimine. ut probatur in d.
conſtitu. humanitate. & ibi Affl. in 10.no.
ta.& hoc ſecundum Bartholo. de Capua,
ibidem procederet in crimine læſæ maie-
ſtatis, uidelicet in offenſione regis, uel ſuo
rum collateralium.non autem in alijs ca
ſibus, in quibus etiam committetur crimẽ
læſæ maieſtatis. quod quidem uidebatur
Afflicto non procedere, ſed habere locum
generaliter in omnibus caſibus, in quibus
crimen læſæ maieſtatis committitur, licet
poſtea dicat, eſſe cogitandum propter au-
thoritatem domini Bartho.de Cap & infe
ro ex hoc, q in iſto caſu ꝓcedit, & habet
locum id, quod dicitur in c.nuper apud
Tranum.ut ſuo loco & tempore dicemus.
10 ¶ Quinto fallit, ſi culpatus fuiſſet bani-
tus pro alia cauſa, ut ibi, quod quidem ꝓ
cedit, niſi purgaſſet contumaciam, & extra
ctus eſſet a banno, quia tũc admittitur ex
tra carceres ſub fideiuſſoria cautione, ut
ibi habetur per domi. Barto.de Cap. & do
minũ Pet.de Mon. for. & ibi Affl. & dicta
fallẽtia procedit, etiam ſi fuiſſet bannitus
per aliam curiam, & non per curiam nunc
procedentem, dummodò ambæ curiæ de-
pedeant ab eodem ſuperiore, ut ibi dicit
Afflict.in 13 not.uerſic ſed iuxta præmiſ-
11 ſa quæro.¶ Sextò fallit, quando quis non
poteſt dare fideiuſſores, quia tunc debet
in carceribus ſtare, ut in dicta conſtit.hu
manitate.& licet dare velit extra locũ iu-
dicij in terra ſua, non auditur, ut ibi dicit
Afflict.in quarto nota. uerſi.item uidi du-
bitari.ubi refert.ita uidiſſe practicatum.
12 ¶ Septimò fallit, ſi ſit quis conuictus, nam
tunc quantumcunque offerat fideiuſſores
non auditur, ut dicit gl.in dicta conſtitu-
tio.humanitate. & habetur in l. 2. C. de
executi.rei iudi.& C.de cuſt. reo.l.ſi quis
ea.& concordat capi. ab illo inchoandum,
13 vt infra dicam.¶ Octauo fallit, ſi quando
quis eſt deportandus per præſidem, donec
princeps reſcribat. ꝑ tex.in l.inter pœnas
14 .§.præſens. ff. de inter. & rele, ¶ Nono, ſi
quando exactor plus recepiſſet, quàm eſ-
ſet ei conceſſum, quia carcerabatur, vt
in authenti.vt li.ma & aui §.hoc quoque.
15 ¶ Decimò.ſi mittitur delinquens carcera
tus, & nõ ſunt preſentes accuſatores, quia
detinebitur in carceribus. donec accuſan-
16 tes veniant.¶ Vndecimò fallit, ſi iudice
pro tribunali ſedẽte quis deliquit, quia nõ
liberatur ſub fideiuſſoribus, ut habetur in
dicta conſtitutio. humanitate.& ib.per A
17 flict.& Iſer.¶ Superuenit poſteà cap.ab il-
lo inchoandum, quo cauetur, quòd ſtatim
ac plenè conſtat de delicto, poteſt proce-
di ad capturam & carcerationem, & obla-
ta fideiuſsio reijcitur. & dicit conſtare de
delicto, etiam ſi proceſſus non ſit legitima
tus, ut ibi late habetur ꝑ Pe.de Mon.for.&
Luc.de Penna, & Bartho. de Capu. & per
Afflict.in cõſtitu. humanitate.in 5.no.ver
ſic.quæro pro declinatione.demum ſuper
venit ius nouiſsimum, rituum magnæ cu-
riæ, quo cauetur, quòd licet non conſtet
plenè



plene de delicto, ſed ſemiplene tantum,
proceditur tamen ad carcerationem & ca
pturam, & defendet ſe inquiſitus in carce
ribus, ut habetur in ritu incip.item ſi accu
ſator aliquis uel ex officio, &c. quem ritũ
refert Affl. in d.conſtit. & dicit fuiſſe caſ
ſatum, & non ſeruari in 5.no.verſi.rurſus
quæro. ſed dictum ritum dicunt ſeruari
Luc.de Pen & Ioan.Chrip. epi.teati.in ad
di. ad ca.illud.ab illo.inchoãdum.ut habe
tur in opere Barth.de Cap. & ita quotidie
in regno ſeruatur & conſt.humanitate pe
nitus aboleuit.&practicatur doctr.in Bal.
in l nullus.C.de exhi.re. in fi. etiã quo ad
locũ carceris, & parum curatur de quære-
lis quæ ſiũt officialib. quód carceraſſent
& non liberaſſent ſub fideiuſſoribus reos.
18 ¶ Vnum, tamen non puto omittendum,
quód in caſu, quo ſecundum prædictas de
terminationes aliquis eſſet liberãdus ſub
fideiuſsoribus. & non carcerandus, ſi aliàs
aufugiſſet de carcere, non debeat liberari
ſecundum glo.no.in uerbo. vinculis.& Lu
do.Ro.in l.lege. ff. ad Sylla. & Ang. Aret.
in lib. maleſi. in verbo. fama publica.in
19 materia carcerationis, prima col.¶ Itẽ in
crimine falſi non eſſet quis liberandus ſub
fideiuſſoribus, etiam ſi pro eo ex forma ſta
tuti veniret imponenda pęna pecuniaria,
vt habetur per Nel. in tracta. banni.in 3.
parte.2.tempo.11.quæſtio. & per Marſ.in
pract.cri.in §.attingam.num.8.licet loqua
tur ꝑ verbum forte. Tu autem adde, quòd
crimen falſi, nullum aliud ſpeciale, habet
niſi quia pro ſuſpitione poteſt procedi ad
carcerandum, verum vt oblata fideiuſsio
ne non debeat procedi ad liberationem et
vbi ſtatutum dictaret, quòd pęna pecunia
ria imponeretur, hoc nõ dicit Nel.nec ego
20 affirmo.Et eſt aduertẽdũ, quód ſi iudex
aliquem fideiuſſoribus liberauit, ſi po-
ſteà videntur fideiuſſores non idonei, po-
teſt iudex iterum capi facere illum reum
relaxatum, & cogere eum, quod alios
pręſtet fideiuſſores, quib. pręſtitis illi pri-
mi fideiuſſores ſunt liberati, ſecundũ Bal.
in l.1.pri.col.ff.ſiquis in ius voca.non ierit
& refert.& ſeq.Marſi.in d.pract.cri.§.attin
gam nu.10.

## VEL CARCERENTVR
Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Carcer non datur ad pænam.*
2 *Carceratio eſt prohibita in duriſſimo loco.*
3 *Carcerati non debent ferreis manicis oſsibus in*
*hærentibus grauari ſed ita debent cuſtodiri ut*
*non fugiant, non ut permittantur.4.*
5 *Nobilis non ita debet duriori carceri mancipa*
*ri, ſicut plebeius.*
6 *Carcerari non ita debent ſenes ſicut iuuenes.*
7 *Item non ita de proximo liberandi. ſicut alij.*
8 *Carcer qualis eſſe debeat.*
9 *Fœminæ non ſunt carcerandæ in loco maſculo*
*rum.*
10 *Carcer eſt triplex.*
11 *Carceratus an dicatur, ſi quis ſtat in palatio*
*cum cuſtodibus.*
12 *Iudex tenetur uiſitare carceratos. Et quid de-*
*beat facere 14.& 15.*
13 *Accuſator an teneatur ſubminiſtrare expen-*
*ſas carcerato.*
16 *Carcerati infirmi debent curari.& quid ſi pe-*
*tant ſe liberari.*
17 *Carcerari an debeat quis pro delicto antiquo.*
18 *Pæna ubi venit minoranda, debet eſſe pecu-*
*niaria.*
19 *Contractus initus per carceratum, an ualeat*
*necne.*
20 *Vaſſalli an teneantur ad cuſtodiam carcerato-*
*rum.*
21 *Capiens homines propria authoritate, an punia*
*tur de uſurpata iuriſdictione. 22.*
23 *Carceratus omni die dicitur grauari, & ſemper*
*poterit appellare.*
25 *Carcerati ſunt ſub protectione curiæ.*
25 *Carceratam mulierem cognoſcens carnaliter*
*qua pæna puniatur.*
26 *Carceratus an in carceribus poſsit recomman-*
*dari ad inſtantiam alterius curiæ.*

### FISCVS.

ECce iam uidimus, quando, & quali-
ter inquiſitus debeat ſub fideiuſſo-
ribus liberari, quia uero aliqui ſunt ca-
ſus, in quibus dixiſti debere inquiſitũ carce
rari, dices, ſi uiſum erit, iã nobis aliqua in
materia carceris.¶ IVD. Carcerationis
materia

materia eſt ſatis manifeſta, & pauca ve-
niunt dicenda,ſolum ergò quædam ad in
ſtruendum iudices dicas: ac primó ſcien
dum eſt,ꝙ carcer non datur ad pœnam,
ſed ad cuſtodiam de iure ciuili.l. aut dã-
num.§.ſolent.ff.de pœnis.& l.credibili.C.
eod.titu.niſi in caſu.l.1.§.fin.ff.de aleato.
De iure tamẽ canonico bene datur ad pœ
nam, eſt tamen benè verum quód datur
ad pœnam in foro canonico quãdo agitur
contra clericos,& aliàs perſonas eccleſia-
ſticas,at ſecus erit, quando agitur contra
laicos de crimine eccleſiaſtico, quia eo ca
ſu non poterit ad pænam dari. Ità ſingu-
la.Io.And.in addi.Spe.in tit.de offi.ord.ni
ſi in crimine hæreſis.cap.pe.de hære.& vo
luit Guliel.de Bene.in rep. c.raynuntius
in verbo mortuo itaque teſtatore el.i.nu.
2 Et ideo prohibita eſt carceratio in duriſſi
mo carcere,ĩ quo veriſimiliter intra pau
cos dies carceratus mori poſſet,imó prȩla
ti hoc facientes,reputantur homicidæ, &
irregulares.ſecundum Card.in Clem.1.7.
q.de pœn.& remiſsio.vbi damnat ingabia
tionem clericorum. Et ideò in regno no-
uiter emanata eſt,regia pragma.qua cau-
tum eſt,ne amplius quiſquam carceretur
in foueis & carceribus ſubterraneis,& gra
uis pœna impoſita eſt baronibus & officia
libus contrafacientibus,& hodie eſt in ui
3 ridi obſeruantia.¶ Nec mittere debent iu
dices reis inquiſitis,& captis ferreas ma-
nicas inhærentes oſſib.ſed prolixiores ca
thenas,ſi mõ criminis qualitas ẽt cathe-
narum acerbitatẽ poſtulauerit,& ut cru-
ciatio deſit,& permaneat ſub fida cuſto-
dia,nec verò ſedis intimæ tenebras pati ꝑ
debunt incluſi,ſed vſurpata luce vegeta-
ri,id eſt,ſub leuari & ubi nox geminaue-
rit cuſtodiã,in veſtibulis carcerũ iſte ipſi
& in ſalubrib.locis permittatur, ac reuer
tente iterum die ad primum ſolis ortum
illico ad publicum lumen reducanẽ,ne pȩ
nis carcerum perimantur, quod innocẽti
bus ſatis miſerum,noxijs non ſatis ſeuerũ
eſſe dignoſcitur. ut l.1.C. de cuſtod.reor.
4 ¶ Debet tamen quis carcerari in eo loco,
vnde exire nequeat.l.ſuccurritur.ff. ex q.
cau.maio & Bal.in l.fin.C. de cap. verſic.
collige,quis.& Ange.in l.qui in carcerem
ff.quod me.cau.& debet haberi reſpectus
ad cauſam,& qualitatem perſonæ.nam ꝑ
graui delicto inquiſitus debet cautiùs de-
tineri.ſecundũ Doct.in l.minime.C.de ap
5 pellationis. ¶ Et nobilis non ita debet
duriori carceri mancipari, ſicut plebeius
ſecundũ Ange.in leg ſi bonȩ fidei.ff.de rei
vendi.& ſequitur Affli.in conſti. caſtella-
6 ni.in 4.no.in 4.q.¶ Item non ita carceran
di ſunt ſenes,ſicut iuuenes.ſecundum.glo.
in l.ſi ut certè.§.cuſtodiam.ff.de commo.
& ſequitur Af.vbi ſupra.in 2.q. in fi.& fir
mat in praxi cri.§.attingam num.14.cum
7 ſequen.¶ Item non ita de proximo liberã-
di ſicut alij,qui non ita de pro proximo.
ſecundum Bar.in l.ſi pecuniã.§.ſed ſi aece
perit.ff.de cõdi.ob.cau.& ſequitur Affl.ibi
8 in 4.no.2.q ¶ Carcer autem cuſtodiȩ non
debet eſſe ſubterraneus, ſed liberũ lumen
debet habere,nec debet eſſe cum cathenis
vel ferreis,manicis,ſed taliter debet eſſe,
vt nõ ſit carceratis pœnale,ut dixi ſuprá,
& pulchrè exorditur Philip. Cor.in conſi.
325.in 4.parte,num 4. nec debent carce-
rati ligari,quia nõ pertinet id ad ſimplicẽ
cuſtodiam,ſed potius ad pœnam.quare ſi
carcerati cuſtodiri ualent ſine ligamine,li
gari nõ debẽt,vt plenà per Pari.de Pu.in
li.ſyndica.in verbo carc. verſ.an ſi plures
col.4.& ſi criminis atrocitas eſt talis,ꝙ re
quirat ligamen,& cathenarum acerbita-
tem,debent eſſe cathenæ prolixiores, ut
ſuprà dixi,& totum hoc iudicis arbitrio
committiẽ,qui conſideret crimini, carce-
ris communis,& perſonarum qualitatem,
ſecundum Io. Fab.in d.l.1 C de cuſto.reo.
Vide optimam doctrinam Bal.in l.nullus
C. de exhi.re.in fin.Vbi pulchre.nam ſi ui
derit locum carceris communis eſſe bene
munitum,forte,& cuſtoditum, ut inde de
facili carcerati nequeant euadere, non de
bet permittere,ꝙ habeant ligamina, con
pedes ferreos,vel ligneos,aut cathenarũ,
& manicarum ferrearum accerbitatem,
vt plenè congerit Boer. in deciſ.216.nu.
3.cum ſequen.in prima parte, & ibi plene
habetur qualiter,& quomodo debeant eſ-
ſe cuſtodes carcerum,& quando tenean-
tur de negligentia.& habetur per Bart.de
Cap.in l.2.C.de exhi re.& in ſingu.141.in
cip.ponuntur ergò. ¶ Item fœminæ non
9 ſunt carcerandæ in carceribus maſculorũ
ſecundum glo.in c.quamuis.de pœn.libr.
6.& ſequitur Afflict.in conſtitu. baiuli lo-
corum



corum in 4.nota.uerſic.5. opinio eſt & ple
nè per Gramma.in deciſi.33.ubi habetur,
10 ubi debeant fœminæ carcerari. ¶ Eſt e-
nim carcer quo ad materiam noſtram tri-
plex.primus carcer eſt terminus pœnæ;&
imponitur a iure canonico, & de iure re-
gni in pluribus caſibus. primo, ſi medi-
cus medicatur abſque approbatione &
licentia, per annum carceratur, in con-
ſtitut. ſiquis amodo,& ſequen.conſtitutio.
ſecundo ſiquis dederit amatoria pocula,
ſi mors non ſequatur, per annum carce-
ratur, ut in conſtitut. amatoria pocula.
item proijciens lapidem ex alto, aut ra-
mum, aut ſeipſum præcipitans, ſi inca-
utè, & in loco habitabili contingat face-
te, hominem occiderit, pœna carceris an-
nalis punitur.ut in conſtit.pœnam præce-
dentem.item ſi aliquis iudex iniuſtè torſe
rit aliquẽ,ſi ex tortura minimè fuerit mor
tuus, pœna carceris biennalis plectitur.ut
cap.ſi iuſtè quis.ſunt & alij,quibus de iure
regni carcer datur ad pȩnam,quos pronũc
omitto.Secundus carcer eſt, quando quis
retinetur pro criminis inueſtigatione.ut
l.11.de exhi.re. Tertius eſt carcer, quãdo
quis eſt cõdemnatus, & detinetur in car
cere,ut ſoluat cõdemnationem, uel donec
de eo fiat exequutio,ut congerit Ange de
Are.in lib.male,in uerbo, fama publica in
materia carcerationis, & uide Caſſan. in
conſue.Burgu.in tit.des iuſtices.rubri pri-
11 ma.fol.30 nu.99.¶ Et ibi dicit Ang.quód
ſiquis ſtat in palatio cum cuſtodibus, non
dicitur carceratus. allegat. tex. cum gl.&
ibi Barto.in l.ſi. C.de cur. & ſta. libro 12.
12 ¶ Et aduertat iudex, quòd teneẽ uiſitare
carceratos,& curare quód habeant neceſſa
ria eis.ut C.de epiſ.audie.l.2. & in hoc eſt
prouiſum per regni conſtitu.humanitate.
quòd ſi inquiſitus eſt adeò pauper, quòd
non poteſt ſibi miniſtrare expenſas,curia
13 tenetur ei ſubminiſtrare.¶ Et an accuſa
tor teneatur ſubminiſtrare, uide Boer.n
deciſi.325.in ſecunda parte. ubi etiam ha
betur,an teneaẽ ſubminiſtrare ſumptus,
& expẽſas in litem accuſato per eum,ſi eſt
adeò pauper, quòd ſe defendere nequit. &
dicit.quòd ſic. & quod ita in pluribus cau
14 ſis fuit iudicatum. ¶ Debet etiam iudex,
dum uiſitat carceratos,uidere an aliquis
ſit carceratus ſine cauſa, uel ſine delicto
ad nullius petitionem, ut cum ex mæro
officio excarcerari faciat. ut nota Bart.in
lege ſiquis uxori §.ſi fugitiuum. ff.de fur.
& Pau. de Caſt. conſilio 14. in prima im-
preſsio. & ſequitur Angel.de Areti.in li.
maleſi. in uerbo, fama publica. in mate-
ria carcerationis.ſed bene aduertat iudex,
qualiter mandet quem captum relaxari,
ne poſteà teneatur parti, vel fiſco, ut ibi
monet. & docet Angel & Par. de Pu in
libro ſyndi.in uerbo,captura.ue.licet dica
15 tur.¶ Et de hac uiſitatione carceratorum
bene fuit prouiſum per ſac. Cȩſ.ma Caro.
5. Imperat. pragma incip.mandamus inſu
per.qua cautum eſt, quòd ſingulis hebdo-
madis unus ex regentibus cancellariã re-
gni cum uno ex conſiliarijs, ſacri conſilij
in Caſtro Capuano uiſitet magnam curiã
uicariam & cauſas carceratorum audiat,
& earũ celeri expeditioni uacet.ne diu-
tius in carcere macerenẽ, ſed noxij dent
pœnas legib.debitas, innoxij indebitas nõ
luant. & ita hodie ſeruatur, & hodie per
aliam pragmaticam eſt ordinatum quód
qualibet hebdomada unus iudicum crimi
nalium uiſitet carceratos perſonaliter,&
prouideat ne eis aliqua deſint,& hoc in an
no. 1554. & eſt redacta in libro pragma-
tica. per Don. Paraſanus Viceregem. Et
quid debeat facere iudex, quando aliquis
carceratus eſt infirmus. & petit ob hoc ſe
liberari, uide Par. de Put. in libro ſyn-
dic.in uerbo,tortura uerſ. officialis poſuit
16 ad chordam.colum.4.¶ Debent etiam car
cerii infirmi curari, nec permitti debent
ut ſtent abſque regimine,ut ſic moriãtur,
quia iudicibus imputaretur. & ideo bene
ſtatuit Imperator noſter Caro. v.in prag
ma.incipien.pro cura pauperum. quòd de
publico ſalarientur duo medici,unus Phy
ſicus,alter chirurgicus.qui habeant uaca-
re circa curam carceratorum, & etiam de
puteẽ aliquis, qui habeat uacare circa cu-
rationẽ eorum,& ſi aliquis eſt carceratus
& commodiè in carcere nõ poteſt curari,
& infirmitas eſt grauis,habita fide medici
de hoc debet ſub fideiuſſoribus liberari de
17 redeundo habita recõualeſcentia.¶ Con-
ſiderare etiam debent iudices circa quali
tatem,modum, & formam carcerationis,
& etiam circa ipſum carcerem,an dari de
beat,& an delictum ſit antiquum, an non
per

per.l.ſi diutino. ff. de pœn. quia ſi & per
leges diminuitur pœna,quanto magis di-
minuendus eſt carcer,vel totaliter tollē-
dus,ut iudici videbitur? carcer enim de-
pendet à pæna.l.diuus.ff.de cuſto.reo.hinc
eſt,ꝙ in regno, vbi venit imponenda pœ-
na vltra relegationem, habet locum car-
cer.vt in capi.tormenta.& latè per Affli.
in conſtit.humanitate & ſic eſt ſequela,
quia non poteſt eſſe maior ſuo principali
l.iuſtiſsimè.§.1.ff.de ædi.edi.§.fideiuſſor.
in fi.inſti.de fideiuſſ.l.ſi emptione cum gl.
verſi.acceſsio.ff.de contra empt.ſed imme
diatè ſequitur naturam ſui principalis.l.
ſi.& ibi Bart. C. per quas per no.acqui.&
cle.2.& ibi Car.de præben. Fran.Are.in l.
ex duobus.§.etiam.col.3.circa prin.verſ.
18 Bald.tamen.ff.loca. ¶ Et ex hoc infero,ꝙ
etiam ſi pro delicto veniret imponenda
pœna mortis,& ex diutino tempore eſſet
minoranda, quód vbi minoratur ex diſ-
poſitione iuris,vel aliter,debet eſſe pecu-
niaria,vel alia,quæ corpus non affligat,
ut latè Gramma.conſi.36.in ſin.& ſic in ꝓ
prijs terminis ex diuturnitate temporis
conſuluit Gram.in conſi.39.& cum rediga
tur ad pœnam pecuniariā,non debeat quis
pro eo carcerari:& quòd vbi delictum eſt
antiquum,non habeat locum carceratio.
eſt de hoc ritus in regno Siciliæ,ut refert
Capit.in deciſio.154.incipien.in cauſa do
mini comitis.& itá aliás obtinui in facto
Salerni.ſed nunc aduertas,quòd prædictę
conſiderationes procedunt, & habent lo-
cum,quo ad factum principale non autem
circa inueſtigationem criminis,& deten-
tionem perſonæ quia in his conſideratur
natura delicti, non diſpoſitio iuris alterās
ſeu diminuens pœnam.hinc videmus mul
tos caſus,in quibus pœna venit minoran-
da ex diſpoſitione iuris & tamen habet lo
cum tortura bene tamen fateor,quòd mi-
tiùs eſt carcerandus delinquens ex delicto
antiquo,quàm ex delicto de recenti,& to-
19 tum committitur iudicis arbitrio.¶ IN-
QVISIT. Vtrum contractus initis ꝑ
carceratum ualeat,nec ne? IVDEX Aut
eſt carceratus in priuato carcere, & clarū
eſt,quód non valet.ut conſuluit Bal.in cō
ſil 227.in 2.lib. & Franc. Areti. conſi.14.
12.colu.ſi verò eſt carceratus in iudicio,
& tunc aut fit contractus in vtilitatē car-
cerantis,& non valet ſecundum Bald.in l.
vnica.C.de confeſ.in 7.colu.& de utroque
dicto eſt deciſio Afflict in deciſio. 149 ſed
dubium ſtat,an valeat ſi contrahit in uti
litatem alterius,quam eius, qui eum car-
cerari fecit, & de hoc eſt deciſio Afflict
in deciſione.246.vbi dicitur, quód ualet
vide pro hoc Marſ.in praxi.crim.§ attin-
gam.numero vigeſimoprimo.vbi plenius.
& quid de cautela,qua vtuntur notarij fa
ciētes exire carceratū extra carceres, ut
ſic cōtrahāt,vide ibi.nu. 24. & ſequentib.
metus carceris durat etiam extra carce-
res;in tantum quód ſi aliquis ſe obligauit
in carceribus,etiam ſi ſoluat extra carce
res, præſumitur per mætum, quia non
præſumitur purgatus metus quando ſem
per inſtat.l.penul.ff. quod met.cau. conſu
luit Calcan. conſilio centeſimodecimo-
tertio,& Dec. conſilio 219. viſo puncto.
columna tertia.& Rebuf.in tract.de reſci.
contra gloſſa. vigeſimoſecundo. numero
3.ſecundo tomo, & hæc teneas menti.pro
his qui faciunt exire carceratum de car-
cere ſcientem ꝙ eſt reuerſurus. ¶ FIS.
20 Vtrum poſsunt ſubditi aſtringi pro officia
les ad cuſtodiam carceratorum? ¶ IV-
DEX. Dicas,quód non,ut habetur in ca
pitulis regis Caroli ſecundi,& firmat Af.
in conſtit.caſtellani,in primo nota. ¶ FI-
21 SCVS. Quod ſi aliquis priuatus propria
authoritate capit arreſtat,uel detinet ho
mines,an is puniatur de vſurpata iuriſdi-
ctione? IVDEX. Dicas,quód non: ſed
habet locum pæna ſtatuta per c regis Ca
roli primi,quòd incipit contra effrenatas
ed tu adde,quòd c.illud contra effrena-
tas,videtur expreſsè ſentire contrarium.
& expreſsius voluit tex.in l.2.C.de priua.
car.etiam tex.in c.amplius.nulli permit-
tit capturam in criminibus publicis, vbi
abeſſet magiſtratus,& ſi in eo caſu quis ca
piatur non poteſt detineri vltra duos dies
aliàs cōmittitur crimen priuati carceris.
& vide ea quæ dixi ſuprà in uerbo audiā-
tur excuſatores. in ſecunda impreſsione.
FIS.Sed quid,ſiquis vnum hominem tan
22 tū ceperit,arreſtauerit,uel detinuerit; an
ſit pœna corporalis? IVDEX. Afflict.
in conſti.duram.& diram.in 4. not.dicit,
quòd Neapo.in d.c.contra effrenatas. di-
cebat, ꝙ erat pœna legis Iuliæ de ui pu.
ſi



ſi cum armis:& ſi ſine armis,de ui priuata
ut l.v.in princi.ff.ad l.Iul.de ui pu.& qđ
poterit etiā puniri de priuato carcere.&
dicit eſſe text.in cap. terrerij & in c.quód
nulli.ubi expreſſè dicit, quòd ſi priuatus
hominē ceperit authoritate propria, ubi
non eſt magiſtratus, & tenuerit ultra per
duos dies,incidit in pœnam priuati carce
ris: & ſic hodie in regno quis non incidit
in pœnam priuati carceris, retinēdo quē
carceratum per duos dies,ut etiam firmat
ipſemet Afflict.in conſt.pœnam. in 18.no.
Ego enim ſatis dubito de hoc dicto, nam
licet Afflict.Id dixerit,& ego aliàs ità te-
nuerim,ut hic;tamen dictum docto.debet
intelligi ſecundum text. in quo ſe fundat,
ideò cùm tex.in d.c.ampliùs nulli, loqua-
tur quando quis capit aliquem in crimini
bus publicis,& magiſtratus abeſſet, nō eſt
ſumēda regula quòd non cōmittatur cri-
men priuati carceris ſi non detineatur ul-
tra duos dies, & ſic quòd per duos dies ſit
licitum & non ſit priuatus carcer.ut dicit
Afflict.corrigeretur enim l.1. C de priua.
car. quod non eſt dicendum. legum enim
correctio euitanda. Et ideò ſi in alio ca-
ſu præterquā in criminibus publicis capia
tur aliquis,habet locum tex.in d.l.1.& ità
aliàs habui in facto,& dicam fortè in d.cō
32 ſti.pœnā eorum,ſi Deus permittet.Scien-
dum tamen eſt,quòd carceratus omni die
dicitur grauari, & ideò tāquā á nouo gra-
uamine poteſt omni die appellare. ſecun-
dum Spec.in tit.de appella §.reſtat.uerſi.
& quid dices Bal.in l.2 in 2.col in fi.uer.
11.quæro.C.de epiſ.audien.& in l.i.C.ſen.
reſcin. non po.plenè Mar. in praxi crimi.
24.§.attingam num.10. ¶ Item ſciendū eſt,
quod carcerari dicūtur eſſe ſub protectio
curiæ,adeo, quòd occidi non poſſunt ſtan
te ſtatuto,quòd banniti poſsint occidi,ſe
cundum Bart.in l. in laqueum ff.de acqui.
re.do.& probatur in l.fin. C. de cuſto.reo.
& firmat Marſil.in l.1. num.5. ff.de ſicar.
25 ¶ Et adeo eſt uerum,quòd carcerati ſunt
in protectione curiæ, quód ſi aliqua mere
trix publica reperiatur carcerata, cogno-
ſcens eam carnaliter punitur,ac ſi cogno-
uiſſet mulierem honeſtam ſecūdum Par.
de Put.in lib.ſyndic in verbo, adulterium
& per Marſi. in ſingu. 150. incip. acceſſus
ad meretrices.& in d. l. numero.8.in fina.
26 ¶ FISCVS.Quód ſi aliquis carceratus
reperiatur in carceribus magnifici Strate
gi Salerni pro uno delicto,& magna curia
uicaria ſeu regia prouincialis audientia
ſcribat, quod eundem habeat inquiſitum
ſuper nōnullis alijs delictis,& idcirco præ
cipiēdo mādet quòd tute ipſum detineat,
quid faciet Strateg.ut non incidat in pœ-
nam? ¶ IVD. Non eſt dubitandum, quin
alius officialis poſsit recommendare in car
ceribus carceratum per alium iudicem ꝓ
alijs delictis,ut uoluit Ang.in lib.malefic.
in uerbo.fama publica in 12. colū. de quo
plenè per Marſi. in prax.cri. §. attingam.
numero.33.debet tamen primus iudex pro
cedere in cauſa uſque ad ſententiæ prola-
tionem.& demum proceditur ad inſtantiā
alterius iudicis pro delicto recommenda
to. & hoc, quando recommendatio fit ad
proceſſum. ſed ſi primus iudex condemna-
uerat carceratū ad pœnam mortis natura-
lis,non impeditur executio propter illam
recommendationem, ſi uero condemnaue
rat ad minorem pœnam, & facta eſt recō-
mendatio propter delictum, in quo cadit
maior pæna,tunc facta condemnatione in
prima,tradetur alteri iudici,ut tenet Bar.
in l.2.§.fi.ff de cuſt.reo.& hoc uerum intel
ligas,ubi primus iudex non habet poteſta
tem in carceratum cognoſcendi de illo de
licto,de quo per magnam curiam uicariā,
uel alium iudicem facta ſit recomenda-
tio,uel ratione priuilegiorum nō deberet
cauſa ad ipſum remitti.

## ¶ AVDIANTVR EXCEPTIO-
## nes proponendæ per eos.
## Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur declarare,an procedat ꝑ quære lam,an uero ex officio, & edi debet copia quæ relæ.*
2 *Accuſator tenetur declarare,ſi intendit facere partem in iudicio.*
3 *Accuſator non teneatur ſe inſcribere ad pœnam talionis.*
4 *Filius familias ſi accuſat,tenetur ſe obligare de conſenſu patris.*
5 *Clericus ſi accuſat, teneatur præſtare aliquos qui principaliter ſe obligent.*

*Accuſa-*

6 *Accuſator tenetur præſtare fideiuſſores de ſol uendis expenſis.*

7 *Accuſatore non præſtante fideiuſſores,uel non ſe obligante in caſu, quo tenetur, an procedatur.*

8 *Accuſatori non proſequenti accuſationem,an poſſit imponi perpetuum ſielntium.*

9 *Accuſatio debet continere ſubſtantialia.l.li-libellorum.num.10.11.12.*

13 *Accuſator debet legitimare perſonam ſuam num.14.*

14 *Exceptio illegitimitatis perſonæ poteſt opponi contra accuſatorem.*

15 *Mulier an,& quando accuſet. num.16.*

17 *Mulier & quando accuſet.num.16.*

18 *Vxor poteſt accuſare de morte mariti.*

19 *Mater an poſſit accuſare de morte filij.*

20 *Pater præfertur matri in quærela de morte filij.*

21 *Patre remittente quærelam de morse filij, an mater accuſet.*

22 *Soror an poſſit accuſare de morte fratris,ſi frater remiſit.*

23 *Mulieribus competit ius vindictæ per uiam iuſtitiæ.*

24 *Commater poteſt accuſare de morte ſui compatris.*

25 *Accuſari an liceat alieno nomine.num.26.*

26 *Accuſari an poſſit,qui ſemel deſtitit à quærela num.28,*

29 *Accuſator quando videatur deſiſtere.nume-30.*

31 *Transactio in criminalibus an ſit permiſſa.*

32 *Accuſare alius an poſſit ſi eſt tranſactum eum parte.& quid ſi cum parte, & curia.*

33 *Accuſatore deſiſtente in crimine vſurarum, an iudex poſſit procedere.*

34 *Accuſari an quis poſſit perempta inſtantia.*

35 *Accuſare quis prohibeatur, remiſiſſe videas.*

36 *Accuſatio popularis eſt in regno ſublata.*

37 *Accuſare omnes poſſunt,ſi proſequuntur ſuam vel ſuorum iniuriam.*

38 *Filiusfamilias an poſſit accuſare abſque conſenſu patris.*

39 *Accuſare an poſſit laicus clericum primæ tonſuræ.*

40 *Accuſator pendente ſua accuſatione, non poteſt recuſari.*

41 *Accuſatio facta à perſonis prohibitis parte non opponente,an procedat.*

42 *Accuſare qui prius poſſint, & qui prius admittatur,& an negligentibus illis admittantur alij,quorum minus intereſt.*

43 *Pater in accuſando de morte filij,an præferatur filijs,& nepotibus ex filio occiſo.*

44 *Pater an,& quando poſſit remittere iniuriam factam filio.*

55 *Abbas,ſeu prior monaſterij, an præferatur patri monachi in quærela de morte monachi.*

46 *Pacem an ſufficiat habere à maiori parte.*

47 *Accuſare an poſſit ſocius de morte ſocij,*

48 *Accuſator de falſitate an teneatur declarare in qua parte prætendatur falſum.*

49 *Dies commiſſi criminis an debeat declarari.*

50 *Accuſans aliquem de voluntate Titij ibidem præſentis,an videatur accuſare de mdndato Titij.*

51 *Accuſare an poſſit concubinarius eum,qui carnaliter cognouit concubinam.*

52 *Accuſatio contra ſyndicum, quòd non denuntiauit delictum,quomodo debeat fieri.*

53 *Accuſatio memoriæ hominis intra quantum tempus fiat.*

54 *Accuſatus ab vno,an ab alio accuſari poſſit.*

55 *Accuſare an alij poſſint remittente offenſo.*

56 *Accuſatio de pace rupta cui competat.*

57 *Accuſatio criminalis an detur pro leuiſſima culpa.*

58 *Accuſator an,& quando dicatur in euidenti calumnia num.59.*

60 *Accuſator,qui diu ſteterit ad accuſandum; eius accuſatio redditur ſuſpecta.*

61 *Accuſans de inſultu qualiter debeat formare quærelam.*

62 *Accuſator an debeat interrogari ſuper eo, quod excludat delictum.*

63 *Mandatum de quærulando debet continere omnes ſolemnitates, quas debet continere quærela.*

64 Exceptio,*quòd quis non poteſt accuſari,eſt dilatoria.*

65 Denuntiator *debet iurare.*

66 *Vulneratus ſi fecit quærelam de vulnere, & demum moritur,an poſſit procedi ex eodem iudicio intentato.*

## FISCVS.

ET quia carcerato reo ſolent opponi nonnullæ exceptiones per eum ad impediendum litis ingreſſum, & proceſſum ad vlteriora, & ne poſſit procedi ſuper quærela, vel inquiſitione,id ciico





circo, ſi placet, de eis aliqua dicamus.

1 ¶ IVD. Votis vtriſque tuis ſatisfaciam. Arrige aures,& attende his omnibus,quæ tibi dicam. ſciendum eſt, quòd ante omnia ſolent inquiſiti petere, quòd declaretur,ſi proceditur ad quærelam, vel ex officio. quod quidem declarare debet iudex,& facta declaratione, quòd ad quærelam proceditur,ſolet peti copia quærelæ,ut ſuper ea diſputetur, & edi debet. per l edita.C.
2 de eden. cum ſim. ¶ Qua edita ſolet peti, quód mandetur quærelanti, quòd declaret, ſi intendit facere partem in iudicio. ad quod tenetur iudex,quia per ſolã quærelam,inſtigationem, & ſolicitationem nõ intelligitur quærelantem facere partem in iudicio, ſed oportet declarari.vt dicit Maria. in ſuo Specu. aureo,in 6.& ultima parte principali.nu.12.quod eſt notãdum.
3 ¶ Facta autem declaratione per quærelantem, quòd intendit facere partem in iudicio,ſolet ſimiliter inſtari, quòd accuſator non aliter admittatur, niſi ſe inſcribat ad pœnam talionis, & det fideiuſſorem de lite proſequenda, vt tenetur facere de iure communi. quòd ſi non faciat, monendus erit, & ex contumacia extra ordinem puniendus, & condemnabitur aduerſario in expenſis, vt eſt textus in l. 3. C. qui accuſa.non poſ.& ad hoc, vt ſciatur, quando requiratur inſcriptio, dicit Bald.ibi,quod de maleficijs cognoſcitur quatuor modis,videlicet,per accuſationẽ,& tunc eſt neceſſaria inſcriptio:quod fallit ĩ crimine adulterij ut l.quamuis.C.de adul.ſecundum Sal. ibi.item fallit in crimine abigeatus.l.1.C. de abi.proceditur etiam per viam inquiſitionis,& tunc non eſt neceſſaria inſcriptio quia non ad paria debet iudicari iudex, & malefactor, aliquando proceditur per viã denuntiationis, & tunc etiã non eſt neceſſaria inſcriptio.l.diuus ff.de cuſto. reo.aliquando per viam exceptionis cognoſcitur de crimine, & etiam non eſt neceſſaria inſcriptio.d.l.diuus.& ita dicit Bal.poſt glo. ſed ibi Sali.in vltimo caſu, quando proceditur per viam exceptionis latius exorditur dicens, quòd aut excipiens ſtat in meris finibus exceptionis, & tunc non debet fieri inſcriptio.per gloſſam ibi,rationibus. de quibus per Sal. aut excipiens non ſtat in meris finibus exceptionibus, quia non tantum excipit,ſed ẽt puniri petit:& tunc ſe inſcribere debet.quia ex eo capite, quo puniri petit, agit, & accuſat, aut procedit per viam contradictionis,non enim eſt cõtradictio proprie exceptio, ſed eſt alicuius actus impeditio: puta, ſi opponatur alicui crimẽ, vt excludatur a promotione alicuius beneficij,honoris,& dignitatis; & tunc diſtingitur, aut ante confirmationem, & inſcriptio non eſt neceſſaria,aut poſt cõfirmationem,ne electus in epiſcopum confirmetur,ſeu conſecretur;uel ne literæ confirmationis tranſeant; vel ne alius actus neceſſarius fiat; & tunc eſt neceſſarium, quòd ſe inſcribat ad pœnam extraordinariam,nam ſimilitudo ſupplicij;non poteſt habere locum: & eſt ratio, quia non tantum ab obtinendo, ſed ab obtento repellitur,& ita dicit Sal.vbi ſupra. & cum hac opinione tranſit etiam Ang. & ibi ſubdit, quòd licet obijcienti crimen ad mærã repulſam non incumbat ſe inſcribere, tamẽ poteſt cõtra eum agi actione iniuriarum, ſi obiecit crimen contra parentem,uel patronum; ſecus ſi contra alium, dummodo non probauerit per potentiam aduerſarij, quòd deceptus fuit à teſtibus, & tunc apparet, quòd non animo iniuriandi iniecit, & ideo iniuriarum non tenetur,ſimiliter puniatur excipiens ad meram repulſam in cauſa electionis prælati, & dicunt etiam omnes Doct.quòd d.l.qui crimen.licet videatur velle inſcriptionem neceſſariam in publico crimine,tamen idem eſſe in crimine priuato.& dicit etiam Bald.in d.l.quód aut accuſator in totũ deſiſtit ſine punitione; & tunc punitur pœna Turpiliana l. 1. C.ad Turpili. aut accuſator tantum diſtulit,quòd inſtantia eſt perempta lapſu biennij,& tunc punitur quarta parte bonorum, & efficitur infamis. ut C. ut intra certum tem.l.1. aut accuſator eſt contumax intra tempus inſtantiæ differendo proceſſum:vt quia cum poſſit procedere, tamen contumaciter non vult procedere; & tunc punitur arbitrio iudicis per qualitatem delicti & contumaciæ, ita loquitur ſupra cle.lex. ſed an admiſsio inſcriptionis uitiet proceſſum?dicunt Docto.quòd non. & an, ſi non eſt data fideiuſsio de lite proſequenda,vitietur proceſſus? dicunt etiam ibi Docto. quód non; forma enim inſcriptionis erit

quod iurabit accuſator non animo calum
niãdi quærelam ſe propoſuiſſe:item iura-
bit, ſe ſubiturum eandem pœnam, ſi non
probat,quam reus pateretur, ſi probaret:
& præſtabit fideiuſſorem de lite proſequẽ
da,vt pulchre tangit Ange.de Aret.in lib.
malefi.in verbo,necnon ad quærelam pri-
ma col.ſed Ange.in d.l. qui crimen. dicit,
quòd inſcriptio prædicta non eſt in vſu ho
die.& Spec.in titu.de accuſa.§. vlti.verſic.
item quòd non,rectè.dicit, quòd hodie de
conſtit. multarum regionum non fiunt in
ſcriptiones : & iſta conſtitu. valet & dicit
etiam Gandi. in titu. quis poſſit accuſare.
quód hodie receſſerunt ab aula iſtæ inſcri
*ptiones : ſed tu regnicola* aduertas , quód
de iure regni eſt introductum , ꝙ accuſa-
tores ſe obligent ad certam pœnam pecu-
niariam de probãdo,vt dicit ritus magnæ
curiæ vicariæ incip.item,quòd curia ipſa.
& in alio ritu *incip.item curia ipſa cogno*
ſcit,& eſt ſublata inſcriptio ad pœnam ta-
lionis, ut firmat Afflict.in conſtitu. pœnã
calumniæ.& aduertas etiam,quód tempo-
re meo nunquam vidi ſeruari dictos ritus
4 de obligatione accuſatorum. ¶ Sed ſi eſt
filiusfamilias ille,qui denuntiat ſeu accu-
ſat,teneť ſe obligare,cui quidẽ obligatio-
ni.eſt neceſſe,quòd pater cõſentiat, verùm
ſi habuerit bona caſtrenſia,vel quaſi caſtrẽ
ſia , tenetur ſe ſimiliter obligare, & obli-
gationi conſentiat pater , vel eſt neceſſe,
ꝙ aliquis principali nomine ſe obliget ,
& non per *modum fideiuſſoris,ut dictat* ri
tus magnæ curiæ vicariæ inci.item ſeruat
5 ipſa curia,quód quando. & ſeruatur. ¶Et
ſimili modo,ſi eſt clericus ille qui accuſat
ſeu denuntiat , tenetur aliquos præſtare,
qui *principali nomine* ſe obligent de non
ſe concordando abſque curiæ licentia. &
de probando,& clericus non ſe obligat, ſed
illi ſolum principaliter ſe obligant ſi cle-
ricus eſt miſerabilis perſona,vel eccleſia-
*ſtica, ut dictat ritus magnæ curiæ vicariæ*
incip.item ſeruat ipſa curia,quód quando
6 clericus. ¶ Et ſi quærelator eſt aduena,&
non poſsidet in loco iudicij, tenetur p̄ſta-
re fideiuſſores de ſoluendis expenſis , quia
tenetur ad *expenſas abſoluto accuſato*,ſe-
cundum Bar.in l.cum ſatis.1. colum.verſ.
quod moderator. C. de agri.& cen.lib. 19.
Imó ẽt ſi poſsidet immobilia ĩ loco iuditij
tenetur præſtare fideiuſſorem de expenſis,
7 & ita ſeruatur.¶FIS.Sed pone, ꝙ in caſib.
in quib.accuſator *tenetur ſe obligare*, vel
p̄ſtare fideiuſſoriam cautionẽ de ſoluendis
expenſis , id facere non poteſt,nunquid vl-
terius procedetur contra accuſatum,an ab
ſoluetur ab inſtantia iudicij? ¶ I V D.Di-
cas,quòd ſi eſt caſus , in quo ex officio po-
teſt procedi,procedetur ad vlteriora ex of
ficio, quia videtur pars deſiſtere:qua deſi-
ſtẽte curia proceditur ut eſt c. regni inci.
Robertus Dei gratia,&c. Ad conſultatio-
8 nem. ¶ I N Q V I.Sed vtrum iſto caſu ad
petitionem inquiſiti poſsit,& teneatur iu-
dex imponere perpetuũ ſilẽtiũ accuſatori
*an non?* ¶ I V D. Dicas,quód ſic,quia qui
non inſtat quotidie accuſationi , non dici-
tur accuſaſſe.ſecundum Barto.in l.cum §.
1.ff.de iure patro. item eſt aduertendum,
quòd de iure municipali huius regni eſt ſa
*tis prouiſum in hoc*,per conſtitu.incip.ac-
cuſatorem,qua ſtatutum eſt,quód ſi accu-
ſator lite conteſtata in accuſatione crimi
nali nõ comparet in termino præfixo á iu-
dice ſibi ad aliquem actum faciendum in
lite,ob *eius cõtumaciam punitur in tertia*
parte bonorum mobilium, & ſi iterum ci-
tetur ad proſequendam accuſationem , &
fuerit contumax , punietur pœna centum
auguſtalium , idem erit , ſi renuntiat ex-
preſſe poſt *litem conteſtatam accuſationi*
inſtitutæ,in qua conſtitu.not. ibi Afflic.in
3 not. quód ſi iudex condemnauit accuſa-
torem ad tertiam partem bonorum mobi-
lium , quia poſt litem conteſtatam fuerit
contumax , & *iterum fuerit citatus*,ut in-
tra certum terminum compareret perſe-
quuturus accuſationem, & nõ comparuit,
licet ſuperſit inſtantia, vlterius non audi
tur,ſuper accuſatione, & ſic imponetur ſi-
lentium. & nihilominus condemnabitur
ad pœnam centum auguſtalium. fallit in
minoribus,& mulieribus accuſantibus.eſt
etiam alia conſtitu.incip. accuſatorum te
meritas.qua ſtatutum eſt, quòd ſi accuſa-
tor eſt contumax ante litem conteſtatam,
dicitur deſiſtere ab accuſatione,&punitur
in 6.parte bonorum mobilium, ut optimè
ibi not.Afflict.in 3. nota.& nihilominus in
expenſis condemnatur aduerſario,& nihi-
lominus poteſt imponi ſilentium ad peti-
tionem accuſati ſecundum Bald. in l. per-





emptorias.pe.col.in prin.verſ.quæro, vtrũ
reus.C.ſen.reſcin.non po.debet tamen præ
cedere duplex *monitio*,ut in auth. de hæ-
re.& fal.§.ſi quis autem,cum gl.in verſ.ad
monitus.& ibi Ang. 1.col & deeccle. titu.
§. ſi quis autem.& an non obſtante , quòd
ſit impoſitum ſilentium,aliquo caſu audia
tur, vide Boer. *in deciſ.* 255. 2.parte vide
etiam Ang.de Aret.in lib.malefi.in verbo,
nec non ad quærelam in 15.col.vbi plene.
9 ¶ Solet etiam ſimiliter opponi,quòd quæ-
rela deficit in ſubſtãtialib. poſitis per l.li-
bellorum.ff.de accuſa.quæ ſubſtãtialia de-
bent interuenire : aliàs quærela eſſe nul-
10 la. ¶ Et in tantum eſt verum hoc,quód ſi
ſit accuſatio de crimine ciuiliter,debet cõ
tinere in ſe annum, locum , & menſem,ſe-
cundum Bart. in l.prætor edixit.in prin.ff.
de iniur.& in l.idem exigit.ff. de do.& An-
gel.de Are.in §.ex maleficijs.inſt.de actio.
Alex.in l.edita.col.5.10.annot. & Bertran.
conſ.v16.nume. 5. in lib. 1. & quid ſi vnus
eſt percuſſus in vno loco , & *in alio* mor-
tuus, quis locus confinabitur? dic , quód
locus percuſsionis,ut ait lex.ff.ad l.Aquil.
& habetur plene per Ang de Aret. in lib.
malefi.in verbo, in platea communi.2.col.
& nota , quód vbi conſtat de iniurijs dictis
per confeſsionem iniuriantis , non requi-
ritur appoſitio loci,& temporis.ſecundum
11 Bertran. *in conſ.* 211. pri. lib. ¶ Item in
tantum eſt verum,quòd accuſatio nedum
debet eſſe certa reſpectu loci,ſed etiam re
ſpectu territorij,ubi eſt locus, ſecundum
Bar.in l de minore §.plurium quoque. &
*ibi Marſ.*7.col.verſ.*dicit tamen* ff de quæ-
12 ſtio. ¶ Tu uerò regnicola ſcias , quòd ho-
die parum ſeu nihil curatur de iſtis ſubſtã
tialib. l. libellorum,ſed ſi conſtet de facto
ipſius non obſtantibus,ac non obſtantibus
*quibuſuis nullitatibus , ineptitudinibus*,
procedatur ad vlteriora;ut cauetur per ri
tum magnæ curię vicariæ incip ien.Iſabel
la Dei gratia. & dicitur litera de ſupplen.
defecti.poſt literam, deteſtantes,quod qui
*dem notandum* eſt.Id enim optima ratio-
ne ſancitum eſt.Ordo enim in publicis iu-
dicijs non eſt ſeruandus l.ordo.ff de pu.iu.
& pulchre ad prædicta cõferunt dicta per
Guli.Ben in c. Raynuncius in uerbo mor-
tuo *itaque* teſtatore cl. 1.*num.*203. vbi re
fert quód in regno Franciæ extra ordinem
puniuntur delicta , & ad literam ſeruatur
13 tex.in d.l.ordo.ff.de pu.iu. ¶ Itẽ ſimiliter
poteſt inſtari & peti,quod legitimetur per
ſona quærelantis,ut eſt tex.in l.non igno-
rat C.qui accuſa.nõ poſſunt. vbi habetur,
quòd ſi aliqua mulier accuſat aliquem de
homicidio , commiſſo in nepotem , debet
probare ſe eſſe amitam & tenet Bald. in l.
vxor.1.colum.in medio.C.qui accuſare nõ
po.& plenè habetur per Felin. in cap. pri-
mo. de accuſa. & debet opponi & peti hoc
14 ante litem conteſtatam. ¶Item ſucceſsiue
poteſt opponi exceptio illegitimatis per-
ſonæ quærelantis; ut iõ dicit Felin.ꝙ de-
bet opponi , ut dixi , ante litem conteſta-
tam, niſi ſuperueniſſet poſt litem conteſt.
& ante litem conteſta. non erat in rerum
*natura,ſecundum* Bart.in l.*inde* Neratius
ff.de fideiuſſor.& eſt textus in l.*is*,qui reus
ff.de publi.iudi.& habetur per Felin. in d.
15 c.primo. ¶ Et primo poteſt opponi , quòd
eſt mulier,quæ accuſat,quæ repellitur ab
accuſando,ut l.de *crimine*.C.qui *accuſ*.nõ
poſſunt & hoc propter,ſexus fragilitatem:
hoc tamen non procedit , ſi ſuam ſuorum-
que iniuriam proſequitur.l.1.ff.de accuſa-
tio.& l. 2. & l. vxor.& l.ſenatuſcon.C.qui
accuſare non *poſſunt.& ibi* per Doct.Item
fallit in crimine ſimoniæ,quia in eo admit
titur,licet nõ reſpiciat proprium intereſ-
ſe,uel ſuorum. item fallit in crimine hæ-
reſis,& læſæ maieſtatis:item in crimine di
*lapidationis prælati , videlicet , ſui ſupe*
rioris.item accuſat de falſo teſtamento. l.
ſenatuſconſulto. & vide Aymo. Craue. in
16 conſilio.230 in ſecunda parte. ¶ Et in tan
tum eſt hoc uerum , quod quando mulier
accuſat perſequendo ſuam,uel ſuorum in-
iuriarum, præfertur omnibus accuſare vo
lentibus,qui non proſequuntur ſuam, uel
ſuorum iniuriam,ut eſt caſus in d. l. uxor.
uerſicu.niſi ad te & ibi Salicetus. ſi autem
in accuſatione de iniuria ſuorum concur-
runt mulier,& maſculus,tunc etiam ſi ma
ſculus ſit in vlteriori gradu, præfertur ta
men mulieri.l.3.ff.de libe.cauſa.maſculus
enim admittitur ad accuſandũ de iure cõ-
muni, fœmina ueró de iure ſpeciali. l.eius
militis.§. militia miſſus. ff. de teſtamento
militis ſecũdum Salicetum & Baldum in
dicta l. vxor. ſi uerò nec fœmina , nec ma-
ſculus proſequitur ſuorum iniuriam, caſu

quo mulier admittitur, ſi maſculus eſt ha
bilis, ille p̃fertur mulieri, ſi verò ſit in-
habilis, erit locus gratificationi. l. 4. §. ſed
& ſi mulier. ff. de liberis homi. exhibendis.
ſecundum Salicetum in dicta l. uxor. & ſe
quitur Angelus de Aretio in lib. malefi
ci. in uerbo, nec non ad quærelam. in 5.
colum. & ſequitur Gandi. in libro malefi.
17 in titul. qui accuſa. poſſunt vel non. ¶ Itē
intantum hoc procedit, quòd mulier ac-
cuſare poteſt de morte filij ſpurij, & filia
ſacerdotis de morte patris, ſecundum An-
gelum in l. 1 ff. de accuſatio. & ſequitur
Barto. ibidem. ſed Bald. in l. 1. C. qui accu-
ſare nō poſ. in primo caſu diſtinguit, quòd
aut de filijs naturalibus, & poteſt indiſtin
ctè: aut de alijs filijs, quos dignos naturali
ratione non cenſet lex; & tunc ſi ſunt nati
ex certo cōplexu, poteſt accuſare mulier
quia naturalis dolor illos impellit, aut ex
incerto complexu, ut vulgo concepti, &
tunc aut per reſpectum ad maternam li-
neam, & admittitur; aut per reſpectum
ad lineam paternam, & non admittitur.
vide Felinum in c. nonnulli. de reſcript.
Angelus Areti. in libro malefi. in uerbo,
nec non ad quærelam part. in ſecunda co-
18 lumna. ¶ Item uxor poteſt accuſare. de
morte ſui uiri, ut eſt gloſſ. in cōſtitutio in
cipiente, ſummo periculo. quam ſequi-
tur ibi Afflictus in nono notabili. quia ſi
poteſt de morte ſui cōſobrini accuſare, ut
dicta l. uxor. & l. ſororem ff de his, quibus
ut indignis. & in l. ſecunda. ff. de accuſatio
nibus, multo fortiùs de morte mariti, &
hoc propter ſuum intereſſe, non pro-
pter intereſſe mariti quia uxor non agit
de iniuria facta marito. lege quod ſi uiro.
ff. de iniurijs. niſi concernat etiam ſuam
iniuriam, ut nota. in §. patitur. inſtitu. de
iniur. & idem procedit in ſponſa, ut dicit
Areti. in d. §. patitur. in gloſ. in verbo, per
vxorem. in fin. & Afflict. vbi ſupra, uide Bo
19 er. deciſio. 233. ſecunda parte. ¶ Item ma
ter poteſt accuſare de morte filij. ut d. l. v-
xor. & l. ſenatus. C. qui accuſa. non po. & l.
de crimine. eo. titu. & probatur in conſtit.
20 regni. ſummo periculo. & ibi. no. gl. ¶ Ve-
rum ſi concurrunt pater & mater, p̃fert
pater ratione patriæ poteſtatis, & ratio-
ne ordinis literæ, ut eſt tex. in d. conſtitu.
ſummo periculo. & ibi not. Afflict. in no-
21 no not. & no. Sali in d. l. uxor. ¶ Sed ſi pa-
ter remiſit, mater poteſt accuſare. ſecūdū
Salic. in dicta l. vxor. & ſequitur Afflict. in
dicta conſti. ſummo periculo. in nono. no.
22 & ita uidi iudicari. ¶ Et ſoror poteſt ac-
cuſare de morte fratris occiſi etiam ſi fra
ter remiſiſſet, & feciſſet pacē cum interfe-
ctore. ſecundum Afflictum in conſtitu. in
ſtitiarij non per calendas. in fina. column.
23 ¶ Nam fœminis competit ius uindictæ iu
dicialiter accuſando; & ab eis debet etiam
haberi pax. ut pulchre concludit per plu-
ra Boer. in deciſio. 221. in prima parte. nu.
2. cum pluribus ſequen. p̃ quibus uide Ti
raque. in tractatu. de legi. cōmu. in prima
lege, nu. 58. & Guliel. bene. in repe. ca. Ray-
nutius. in uerbo, duas habēs filias. nu. 130.
f. 29. & an ſororibus interfectis obſtet ſen
tentia abſolutoria lata p̃ reo citatis om
nibus præter ipſas ſorores, uide Bal. conſ.
24 430. in quinto lib. ¶ Item cōmater poteſt
accuſare occiſores ſuit compatris. ſecūdū
25 Boer. in deci. 233. † Item ſecūdo principa
liter poteſt opponi, quòd alieno nomine
accuſat, quod non eſt licitum l. 2. C. qui ac
cu. non poſ. & p̃curator, tutor, curator, &
actor, adminiſtratorio nomine, accuſare
non poſſunt, ut dicit etiam ibi Salic. quan
do ergo uolunt accuſare, debent accuſare
nomine proprio: ad utilitatem tamen do-
minorum ſuorum. ut dicunt Docto. & Bar
to in l. 11. § primo. ff. de accu. ſed hāc cau-
telam impugnat Ang. de Areti. in lib. ma
lefi. in uerbo, nec nō ad quærelam. in quin
ta colum. uerſic. tertio. Gādi. in ſuo opere
malefi. in titulo. qui accuſa. poſ. uel nō, ſe
cunda colum. verſi. item accuſare prohi-
bētur, approbat dictam cautelam. dicit ta
men Iacob. But. in addi. ad d. locum, quòd
ad euitandum opiniones poteſt cogitalis
accuſator, ut declaret, ſi accuſat alieno no
mine, an proprio. & hoc per l. ſi duo ff. de
ſolut. & l. qui. in princi. ff. de tutel. Aduerte
tamen quòd hodie de iure regni indiſtin
ctè Syndic. uniuerſitatis, & p̃curator mu
lieris coniugatæ poſſunt accuſare alieno
nomine conſti. generalia iura, & habe-
tur latè quód Capic. deciſio. 5. Et licet Af
flict. in d. conſti. Generalia iura dixerit re-
quiri, ꝙ Syndicus habeat ſpeciale man-
datū, id verū eſt, in Syndico particulari, nō
autem in uniuerſali. ut dicit Capit. ubi
ſupra.



pra. Imò videatur ſentire, quod etiam
ſpecialis poſsit accuſare, & ſi dubitetur de
mādato debet admitti cum cautione rati.
26 ¶ Prædicta tamen non habēt locum in
fiſco, illuſtribus perſonis, mulieribus hone
ſtis, & minoribus; nam omnes iſtæ perſo-
næ poſſunt per procuratorem, tutores, &
curatores accuſare, ut habetur per Afflic.
in conſtitutio. beneficium in ſecūda glo.
& in conſtitutio. generalia iura. INQVI.
Nunquid in eodem libello plures poſsint
proponi quærelæ de diuerſis factis,
quæ diuerſis legibus puniantur? I V D.
Dic, quod Auguſt. Ari. in addit. ad Ange-
lum de malefic. in uerbo & ad quærelam
nu. 64. refert ex mente Angel. quòd ſi quis
accuſat proſequendo ſuam, uel ſuorum in
iuriam, poteſt de diuerſis factis in vno li-
bello plures accuſationes facere. & id uo-
luit Ange. ut ipſe refert in l. 1. C. ſi re. uel
actor, mor. fuer. in ſi. & eſt ratio, quia non
differt forma procedēdi in criminalib. a
ciuilibus, & in ciuilibus poteſt quis conue
niri in eodem libello de pluribus rebus.
27 ¶ Item poteſt opponi, quòd tacitè uel ex
preſſe renuntiauit accuſator accuſationi
l. accuſationē. C. qui accuſa. non poſ. & eſt
ratio p̃pter uarietatem euitandam. ſecū-
dum Auguſt. de Ari. addi. ad Angelum de
Are. in lib. malefi. in uerbo, nec nō ad quæ
relam. in ſexta columna in uerſic. quarto:
dicit, quod hoc procedit poſt quærelam in
ſtitutam, non ante, quia tunc, ſi quærela
non fuit propoſita, poteſt proponi. p̃ text.
& ibi Bart. in l. 4 §. ſi his. ff. de ſepul. uio. &
ibi Ber. de Landria. allegat Barba. conſil.
28 62 ¶ Hoc autem uerum eſt in tacita renū
ciatione, ut quo ad ſuum cōmodum accu
ſationem proſequi non poſsit, ſed tāquam
unus de populo bene poteſt, ſed ſecus eſt
in expreſſa renuntiatione. quia nec tan-
quā unus de populo poteſt, ut inquit Bal.
in l. accuſatione, prima colum. C. qui ac-
cu. non poſ & ſequitur Afflict. in conſtitu
29 tio. accuſatorem. in fi. col. ¶ Et eſt notan-
dum, quòd ſi accuſator poſt litem conteſta
tam nō comparet in termino ſibi præfixo,
uidetur tacitè deſiſtere, & tacite renūtia
re accuſationi inſtitutæ. ut eſt text. & ibi
no. Affl. in quinto no. in conſtitutio. accuſa
30 rem. ¶ Item eſt notandum, quòd ille, qui
tacitè deſiſtit, ſi allegat iuſtam cauſā qua
re fuerit contumax. poterit proſequi accu
ſationem, & illam probare, ut l. ſi accu-
ſatoribus. C. de accuſa. & in l. & ſi ſine. ff de
minori. ſed ille, qui expreſſe renuntiat ac
cuſationi, non poterit ulterius p̃ſequi ac
cuſationem iam inſtitutam. quia ad ius ex
preſſè renuntiarum nō datur regreſſus. l. ſi
filius. ff. de minor l. item quæritur. §. ſi uen
ditor. ff. de ædi. & firmat Afflict. ubi ſu-
31 pra. ¶ Et eſt ſciendum, quòd de iure con-
ſtituti. regni. in criminibus ingerentibus
pœnam ſanguinis, nullo modo licet deſi-
ſtere. & tranſigere. neque paciſci gratis in
quacunque parte litis, & trāſactio vel pa-
ctum factum non ualet, ſi curia ipſam, uel
ipſum nō acceptat, ut habeť in conſtitutio
poſt citationem. iuncta conſtitu. priuſquā
citatæ partes, & procedit hoc indiſtinctè
ante comparitionem partium, & poſt com
paritionem, tam ante litem conteſtatam,
quam pòſt, & iudex non obſtante tranſa-
ctione poteſt proſequi ex eodē proceſſu,
& non eſt neceſe incipere proceſſum de
nouo. ex quo tranſactio non ualuit, & ſic
in regno eſt correcta diſpoſitio legis, tran
ſigere. C. de tranſa. in eo, quòd permittit
tranſactionem in pœnis ſanguinis. & ſi ſit
trāſactio aliquo dato accuſatori, ut à lite
diſcedat. ſi quidem fiat antequā citatus &
accuſatus comparēt, punitur accuſator ad
duplum eius quod recepit, quam pœnam
fiſco perſoluit. ſi vero fiat poſt comparitio
nem accuſati, & ante litem conteſtatam,
punitur accuſator ad decem auguſtales fi-
ſco applicandos, ſi uero fiat poſt litis con-
teſtationem, tunc puniuntur ambo, ſcili-
cet, accuſatus, & accuſator ad duodecim
auguſtales pro quolibet, & nihilominus iu
dex poteſt cauſam proſequi, ut probatur.
in dicta conſtit. ibi, cauſa nihilominus ſuo
ordine. ſed ſecundum formam ritus, ſi par
tes ſe cōcordant ſine licentia curiæ puniū
tur ad x tarenos tātum. vt eſt ritus in nu.
128. incip. item quòd ſi partes. bene tamē
poteſt aliquid accipi per accuſatorem ab
accuſato pro æſtimatione damnorū & ex
penſarum, ut tamen non incidat in pœnas
præfatas. ut probatur in §. 1. illius conſti-
tutio. non tamen intelliga, ut tunc ualeat
trāſactio in præiudicium fiſci, quia num
quam ualet, ſed ſolum euitatur pæna. ſi ve
ro ſumus in criminibus non ingerentibus

pœnam ſanguinis non eſt permiſſa tranſa-
ctio, niſi in crimine falſi. & ſic concordat
cum iure communi.ſed in iniurijs leuibus
permittitur tranſactio, & pactum antequã
partes compareant coram iudice poſt cita
tionem, ſed poſt comparitionem non per-
mittitur,ut colligitur ibi a contrario ſen-
ſu,& bene declarat Maria.in ſua prac.in 6.
& vltima parte, num. 63. per totum.
32 ¶ I N Q. Quid ſi de delict.ſit tranſactum
cum parte,an alius poſsit accuſare? IVD.
Dicas, quód vbicunque ſit tranſactio,
etiam ſi in caſib. permiſsis,non excluditur
ab accuſando, niſi ille qui tranſegit, alius
autem tertius non excluditur, ſed admit-
titur ad accuſandum,& ſi iſta trãſactio nõ
valuit, poteſt ipſe idem tranſigens proſe-
qui,ſecundum Feli.in c.de his.de accu.col.
1.verſi.1. limita.& ibi Abb.& alij Docto.
poteſt etiam fiſcus inquirere, non obſtan-
te tranſactione,in caſibus, in quibus tran-
ſactio fieri non potuit in præiudicium fi-
ſci,verùm licet nõ obſtante tranſactione,
ut dixi tertius admittatur ad querelandũ,
non tamen poteſt proſequi eundem proceſ
ſum, ſuper quo tranſactum eſt,nec etiam;
iudex ex officio, ſed oportet de nouo for-
mare alium proceſſum, & hoc in caſibus,
in quibus eſt permiſſa tranſactio, in caſi-
bus uerò non permiſsis poteſt accuſator &
iudex proſequi eundem proceſſum. ſecun-
dum Bar.in l.tranſigere.C.de tranſa. col j.
in fi.& col.4.in 4.oppo.& ſequitur Alexã.
ibi in 4.colum.& magis communiter ſcri-
bentes.& plenè per Maran.vbi ſupra num.
48.Sed ſi eſt tranſactum cum curia, & par
te.in caſibus permiſsis,vlterius non poteſt
moleſtari,ut per Pau.Grillan.in tra. de re
la.carce.in 6.quæſtio,ut quia facta ſit com
poſitio. quia tunc ſit abolitio proceſſus, ut
per Pau.de Put. in lib.ſyn.li.in verbo, com
poſitio & Pau.Grilla.vbi ſupra. quæ com-
poſitio fieri debet lite pendente, non lata
ſententia, quia tunc nõ poſſet fieri abſque
authoritate principis. item debet fieri cõ-
poſitio ex cauſa rationabili,ut quia nõ eſt
ſolitus ſimilia,vel alia delicta patrare, ſed
eſt honeſta perſona:item debet fieri, quan
do non plenè conſtet, aliàs crimine liqui-
dato debet ferri ſententia,niſi de iure poſ-
ſet minorari pęna ut habetur per Pa.Gril-
la.vbi ſupra in tit.de compo. in prin.ſed in
regno extat ritus magnæ curiæ vicariæ in
cip. item quód nullus.quo cauetur, quód
non valet compoſitio, nec fieri debet, ni-
ſi crimine verificato.item debet fieri com
poſitio parte concordata, vt ſunt plures ri
tus inci.item ſeruat ipſa curia nullum.itẽ
quòd dictus locum tenens: item quòd vbi
proceditur. item compoſitio non poteſt
fieri in criminibus enormibus, & maximè
ubi officiales non poſſunt commutare pœ-
nas,ut eſt in regno per pragm. inci & quia
facilitas. ubi tamen venit imponenda pœ-
33 na corporis afflictiua,& non aliter. ¶FIS.
Quid in crimine vſurarũ, ſi accuſator de-
ſiſtit ab accuſatione ante ſententiã, an iu-
dex poſsit procedere? INQVIS. Videtur
dicendum, quòd non, quia in crimine in
quo venit imponenda pœna publicationis
omnium bonorum (vt eſt crimen vſurarũ)
permiſsa eſt tranſactio.ſecundũ Mod. Per.
in l.tranſigere. C. de tranſa. & ibi Lance.
Dec.col.pe.& Alex.conſil.9.in 2. colum.in
2.volum.ſed dicit Bar. in d.l.trãſigere col.
2.quòd vbi permiſſa eſt trãſactio parte de
ſiſtente,iudex cognoſcere non poteſt ergo
&c. ¶ I V D.In contrarium eſt Doct. And.
de Iſer. in conſti.vſurariorum.quem ſequi
tur Afflict ibi in gl.in verbo deferendi.ubi
dicit,quòd parte deſiſtẽte, iudex procedit.
argu l.3. C. de abolitio.& de hoc eſt ritus
magnæ curiæ vicariæ incip.ſi moritur.ſub
rubrica. quòd accu.de curia põt procede-
34 re. ¶FIS.Vtrum perempta inſtantia poſ-
ſit quis accuſari? ¶ I V D. Dicit Salic.in
l.3.aliàs, quòd de crimine. in 2. colum.4.
oppo de accuſa. quòd aut perijt inſtantia
culpa iudicis,& poteſt iterum accuſari,aut
perijt culpa partis, & iterum non põt ac-
cuſari,& ita in indiuiduo decidit Capi. In
35 deciſio.206.incipien.in cauſa. ¶ Item po-
teſt opponi, quód ſunt de perſonis, quæ
prohibentur accuſare. de quibus per An-
ge.de Aret.in lib.male.in uerbo, nec nõ ad
quærelam.& per Gandi. in opere ſuo.in ti-
36 tu.qui accuſ.poſ.uel.non. ¶Et generaliter
poteſt opponi, quòd non proſequitur ſuã,
uel ſuorum iniuriam,& quòd in regno eſt
ſublata popularis accuſatio,vt dictat ritus
magnæ curię vicarię incip.Item quòd nul
37 lus laicus.Eſt tamen ſciendum quòd om-
nes illæ perſonæ quæ prohibentur accuſa
re(de quibus per Ange.ubi ſupra)ſi proſe-





quitur ſuam,vel ſuorũ iniuriam, poſſunt
accuſare:& non aliter repelluntur l.hi ta-
men omnes.ff.de accu in princ. ſi ſunt iudi
38 cij,& diſcetionis capaces. ¶ F I S. Vtrum
filiusfamiliàs poſsit accuſare abſque con-
ſenſu patris? ¶INQ.Videtur,quòd non ſe-
cundum Specu.in titu.de accu.in prin.ver-
ſic. ſed quid ſi accuſator filius. ¶ F I S C.
Contrariam opinionẽ tenent Di. Barto.&
Ange.& Imo.in l.fi.§.1.ff.de verbo. oblig.
& Bar.in l.inter liberas.§.1.& in l.filiusfa-
miliás.ff. de adulter. quòd non requiritur
patris conſenſus. & ita firmat Angel. de
Aret.in li.malefi.in verbo,necnon ad quæ
relam.col.24.verſi.quæro,quando. ¶ IVD.
Hanc vltimam opinionem ego tenerem,ſi
non eſſet ritus magnæ curiæ vicariæ inci-
piens:item ſeruat ipſa curia, quòd quando
qui vult,quòd filiusfamiliàs non admitti-
tur ad denuntiandum, vel accuſandũ abſ-
que obligatione, cui interueniat cõſenſus
39 patris. & ſic cogitare. F I S C V S. An
laicus poſſit accuſare clericum primæ ton
ſuræ? ¶ I V D. Dicas, quód non vt de-
cidit Anto.Corſet in ſing. in verbo,accu-
ſatio & vide dom. Alexan.in conſ.8.incip.
ſuper hac conſultatione in 2. colum.1.lib.
quod quidem credo nõ procedere, ſi pro-
40 ſequitur ſuam.ſuorumq; iniuriam ¶Item
poteſt principaliter opponi, q ipſe primo
accuſauit accuſatorem ſuum quo caſu pen
dẽte accuſatione non põt accuſari in quo
dubio diuerſimode reperitur ſtatutum de
iure cõi, & de iure regni. nam prim. dicit
Angel.in lib.malefic. in verbo, necnon ad
quærelam.nume 16.diſtinguens,quod aut
nomen rei receptum inter reos, aut non,
aut vſq; ad cõcluſionem in cauſa, aut poſt
concluſionem in cauſa, aut vſque ad ſentẽ
tiam,aut poſt ſententiam.primo caſu poſt
nomẽ rei receptũ ẽ inter reos, & tunc aut
vult inſcriptionem accuſationis facere ad
finẽ ne ſibi currat terminus,& ut poſt ſen-
tentiam poſsit accuſator proſequi accuſa-
tionem,auditur.ut l.neganda. C.qui accu.
non po.ſiue accuſet ſuum accuſatorẽ, ſiue
alium,dummodo nõ ſaciat in fraudem, ut
tardet exequutionem ſententiæ ferendæ.
aut vult accuſare ad finem, vt procedatur
ſuper ea;& tũc aut ſuam, aut ſuorum iniu
riam proſequitur,& audiť contra quemli-
bet,ſiue de maiori,ſiue de pari,ſiue de mi-
nori,vt d.l.negãda.ſi autem ſuam, vel ſuo-
rum iniuriam non proſequatur, & tũc aut
vult accuſare de maiori crimine,& põt quẽ
libet ſiue accuſatorem, ſiue extraneum ac
cuſare.d.l.neganda. Sed in hoc eſt aduer-
tendum,quòd iſte,qui reaccuſat, aut reac-
cuſat de maiori,quod quidem ſi eſt verum
& probetur, & extinguetur ex toto crimẽ
obiectum contra ipſum nunc reaccuſantẽ,
& tunc non ſolùm non auditur, ſed impo-
nitur ex toto ſilentium ipſi primo accu-
ſanti ſuper ſua accuſatione,donec ſecunda
accuſatio diſcutiatur. & ex euentu cauſæ
procedatur poſteà, vel non iſte,eſt caſus l.
1.C.qui accu.non po.aut delictum, de quo
ſit reaccuſatio poteſt eſſe tale, quod ipſum
poterit eſſe,& etiam poterit eſſe crimẽ pri
mo loco intentatũ,& tunc audietur,ut ſu-
per ſecundo pariter procedatur, ſicut pro-
ceditur ĩ crimine,quód ſibi aſcribitur iſte
eſt caſus d l.neganda.Si autem vult accu-
ſare de pari, uel minori, idq; poſt nomen
ſuum receptum inter reos, nullo modo au
ditur.vt l.is,qui reus.ff.de pub.iud. ſiue ex
traneum accuſet, ſiue ſuum accuſatorem.
fallit in vxore obijciente de lenocinio.ſe-
cundo caſu principali nulli dubiũ eſt, q
niſi à lege prohibeatur,permittitur ei re-
accuſare ſuum accuſatorem,& quemlibet
aliũ, ſiue de maiori,ſiue de minori,ſiue ď
pari,ſiue ſuã,ſuorumq; iniuriã proſequa-
tur,ſiue non,ẽt ad finem,ut ſuper ſua ac-
cuſatione procedatur.& iſto caſu,ſi accu-
ſat ſuũ accuſatorem,& diſcutiť ſup utra-
que.Si autem accuſat extraneum,tũc quã
dolibet poteſt,procedere,ut ſolertior erit
veruntamen citatus pro uno iudicio, non
cogetur cõparere ꝑ alio.Tertio caſu prin
cipali poſt cõcluſũ in cauſa,& ante ſenten
tiam:& quarto caſu principali poſt ſentẽ-
tiam & tunc aut fertur abſolutoria,& cla
rum eſt, q accuſatus accuſare poteſt de
quolibet crimine, aut fuit condẽnatoria,
& tunc aut fuit condemnatus de crimine
priuato tantũ, & per conſequens non fuit
effectus infamis.& poteſt quẽlibet de quo
uis crimine accuſare,aut fuit condẽnatus
de publico iudicio,& ſic eſt infamis,& tũc
aut vult accuſare extraneum de nouo,&
nullo mõ auditur de aliquo crimine, niſi
pro crimine læſæ maieſtatis, aut uult ac
cuſare ſuum accuſatorẽ,& tũc aut per ſen

tentiam debet perdere vitam naturalem,
& non poteſt, aut libertatem, & ciuitatem
tantum, & poteſt. hæc ſunt verba Angel.
vbi ſuprà. ſed in regno ſunt iura municipa
lia, quæ obſeruātur in regno, ut in ritu in-
cip. item ſeruat ipſa curia. & in ritu incip.
itē ſiquis, vel ſigna accuſatus quibus caue
tur, quòd accuſatus non poteſt nec ipſe, ne
que mater, neque pater, filij, fratres, nec ſin
guli familiares, niſi eodem die, & ex nouo
delicto accuſari, & ſimiliter eſt c. incip le-
giſlatoris. vbi cauetur, quòd nullatenus ac
cuſator poteſt per accuſatum reaccuſari,
ſiue de maiori, ſiue de minori crimine, ſiue
proſequatur ſuam ſuorumq; iniuriam, ſi-
ue non, ſed ſi quærela fieret, præſtatur fide
iuſſoria cautio de ſtādo iuri determinata
prima quærela, verum pōt accuſari de no
uo delicto, verum ſi ambæ quærelæ proce-
dunt ex eodem fonte, proceditur ſuper
vtraque vt refert fuiſſe deciſum in ſacro
41 regio conſilio Gramma. in deciſ. 54. F I-
S C V S. Quid ſi eſt facta quærela à perſo-
nis prohibitis? an ſi nō opponatur, ſit nul-
lū, quicquid fiat? ¶ I V D E X. Dicas, quòd
non, ſed debet opponi, ſecundum Barto. in
l. 1. ff. ad Turpilia in §. accuſationem & ibi
Alexan. & habetur per Alexan. in l. elegan
42 ter. §. ſiquis poſt. ff. de condi. indeb. ¶ Vnū
tamen ſciendum eſt in hac materia, quod
eſt principalius, & ſicut fundamentum in
domo, quòd negligentibus illis, quorum
magis intereſt, accuſare, admittuntur illi,
quorum minus intereſt, ut eſt gloſſ. not. in
l. ſenatuſconſul. C. qui accu. non poſ. & ibi
not. Salyc. tamen illos, quorum magis in-
tereſt, pœnitere poteſt vſque ad conteſta-
tionem litis excluſiue, & admittuntur ad
accuſandum. ut eſt tex. not. in l. 3. §. item ſi
is, cuius intereſt. ff. de ſepul. vio. ubi opti-
me probatur. & not. Salic. ubi ſupra. & Al-
beri. de Roſa. dicit in d. §. item is, cuius in-
tereſt, quòd ante conteſtationem litis non
dicitur perfectè ius quæſitū alteri accuſan
ti, ita, quòd priores per pœnitentiam non
admittantur. & de his omnibus eſt tex. no.
in l. ſepulchri. ff. de ſepul. violat vbi dicit
prius eſſe admittendos illos, quorum ma-
gis intereſt, & illis ceſſantib. admitti, quo-
rum minus intereſt. qui ſi poſteà velint ac
cuſare, & reperiatur in accuſatione proceſ
ſum vſque ad condemnationem, vel ſaltē
vſque ad conteſtationem litis incluſiuè, ſe
cundum gloſ. in d. l. ſepulchri. non debent
admitti aliquo modo ad accuſandum. &
quamuis ſint primò citandi illi, qui ad ac-
cuſandū prius debent admitti, quám alius
admittatur, tamen dicit Boer. in deciſio.
120. in prima parte nume. 8. quòd de ſtylo
curiarum quilibet proximior admittitur,
vſquequò alius magis proximus apparue-
rit inſtigans: quæ omnia notes in actu pra-
ctico, quia habui in facto Salerni, tempore
quo ibi erā iudex, ſub die 6. Nouembris.
43 an. 1547. & ſeruaui, vt ſupra. ¶ Et nota,
quòd Boer. in d. deciſio. 120. latè diſcutit,
an pater præferatur in accuſando de mor-
te filij fratribus, & nepotibus ex ipſo filio
præmortuo, & plura dicit, tandem verò cō
cludit, quòd pater præfertur, niſi pater col
luderet, & componeret cum occiſore. ve-
rùm ſi fratres, & nepotes ex filio voluerint
intereſſe accuſationi, & ſimul cōcurrerint,
tunc admittētur omnes ſimul de æquitate
pro ipſorū intereſſe. & ibi habetur, an pa-
tre remittente admittantur fratres, adde
etiam, quòd quilibet tertius poteſt compa
rere, & inſtare. ſi ſua intereſt. ſecūdum Ay-
mo. Graue. in conſ. 230. in ſecunda parte.
44 ¶ Et an, & quando pater poſsit remittere
iniuriam factam filio, vide Boer. in deciſ.
120. in prima parte. ubi ponit regulam
cum pluribus fallentijs. & Iaco. de Bello-
uiſ. in ſua praxi. cri. in verbo, quòd dictus
reus, in tit. de iniur. in 7. colum. vbi plenè.
& adde, quód ſi eſt facta iniuria filio per
coniunctam perſonam, non poteſt pater
eam remittere, licet aliàs poſſet. ut habēt
per Ludo. de Roma. in ſingu. quod & refert
& ſequitur Marſil. in l. diuus Adrianus. ff.
45 ad l. Pom. de par. nume. 2. ¶ F I S. Quid ſi
filius alicuius effectus fuerit monacus, &
fuerit occiſus, quis præferetur in accuſan-
do, paterne ipſius, an abbas, ſeu prior mo-
naſterij? ¶ I V D. Dicas, quòd vterque ad-
mittitur, pater, & abbas, quilibet pro ſuo
intereſſe & remiſsio vnius non obeſt alte-
ri, quominus agere poſsit, ut habetur per
Boer. in deciſ. 22. in prima parte per to-
tam. An vero religioſus iniuriatus remit-
tens iniuriam, poſsit demum agere contra
iniuriantem nomine monaſterij, uide Iac.
de Bellouiſ. in praxi. cri. in titu. de iniur. in
uerbo quòd dictus reus malitioſè. in 10.
colum.



46 lum. vbi tenet, quòd ſic. ¶ I N Q V I S I-
T V S. An ſufficiat habere pacem á maio
ri parte? I V D. Dicas, quòd ſic. ut uoluit
Bar quem ſequuntur doct. in l. 4. §. Ca-
to. ff. de verbo. obliga. & ſequitur Boer. in
deciſio. 221. prima pa. num. 3. de hac queſt.
ne abundantiſsimè vltra omnes vide Pet.
à Pla. epitom delicto lib. 1. c. 46. ſed tu re-
gnicola, aduerte, quód facta eſt de nouo
ordinatio regia, & pragma. qua cauetur, q
niſi omnes qui de iure debent & poſſent
quærelare, remiſerint nō poterit fieri trā
46 ſanctio ſeu compoſitio. ¶ F I S. Nunquid
ſocius poſsit accuſare de morte ſocij in
mercatura, vel in aliquo artificio? ¶ I V D.
Dicas, q ſic. ut dicit Maſuer. in ſua praxi
cri. in titu. de expenſis, inter. & damnis. fo.
107. col. 2. verſ. item propter homicidium
refert ac ſequitur Nicol. Boer. in deciſio.
48 233. in ſecunda parte. ¶ Item ſolet inſtari
quòd accuſator falſitatis declaret, in qua
ſpecie prætendatur falſum, & in quo loco,
& in qua parte. in quo Capi. in deciſ. 79.
arguit pro & contra. tandem verò videtur
ſentire, quòd non teneatur. ¶ I N Q V I.
49 Nunquid ad exigentiam accuſati, vel inq
ſiti teneatur iudex inquirens, uel accuſa-
tor declarare idem commiſsi criminis? &
vſ dicendum, quòd ſic, per doctri. Bartol.
in l. 2. §. ſi quis Epheſi. ff. de eo, quod cer.
loco. & in l. is. qui reus. uerſi. ſed quæro an
in accuſation. ff. de publi. iud. ubi dicit, q
æquum eſt, quòd declaretur ne auferatur
reo defenſio, & ut libellus ſit talis per quē
reus plenè inſtruatur, an velit cedere, an
verò cōtendere. vt l. 1. ff. de eden. & facit
pro hoc l. pen. ff. de interro. actio. ¶ F I S.
Sed contrariam opinionem tenuit Imo. in
in d. l. is. q reus motus. quia in l. libellorū
dicitur, quòd nō debet cogi accuſator ap
ponere diem. nec obſtat. l. pe. ff. de interro.
actio quia illa debet intelligi in caſibus
in quibus a iure nō reperitur facta pmiſ-
ſio in ſpecie ſpecificata. quia clauſula ge-
neralis nō refertur ad ſpecificata. ut l. do-
li clauſula. ff. de uer. obli. ¶ I V D. Ego pu-
to opinionem Bart. eſſe ueriorem, & ſic, q
debet declarari. & hoc per id. quod ipſe.
met dicit in d. l. libellorum. verſi. circa tē
pus. in fi. quia. accuſator propter hoc non
grauatur quia licet cogatur apponere diē
non tamen probare; & ſi non probat, non
per hoc reus abſoluetur. & ita firmat Au.
de Are. in lib male. in verbo, de anno præ-
ſenti. & hanc opinionem dicit Augu. de
Arim. in addi. & Bald. in l. 1. C. de re iudic.
& Roma. in l. Pomponius. §. rei perduel.
lionis. ff. de acqui. hære. intelligendo tamē
opinionem Imo. in d. l. is, qui reus. proce-
dere, q non poſsit iudex cogere quærelā
tem ad inſtantiam partis, ut declarat diē,
ſed ex officio bene poteſt. & ita intelliga-
tur opi. Barto. poteſt tamen pars implora
re officiū iudicis. ut declaretur dies. ſed di
cit Ang. vbi ſupra, quòd ita demum cogi-
tur apponere diem, ſi reus exprimat in iu
dicio diem, in qua vult facere defenſiones
ſecundum Sali. in l. pen C. de accu. hodie
autem vanum eſſet petere hoc, in tribuna
libus regijs, & nunquam obtineretur. ſed
aduerte quòd nuper dum in ciuitate Cā-
paneæ in quadam cauſa cuiuſdam carmi-
ni fuiſſet petitum declarari diem? & non
fuiſſet ibi declarata, fuit adita regia audiē
tia, & fuit dictū, q dēbat declarari, ſed ap-
pellata fuit magna curia & credo q reuo
cabitur decretum illud quia totum abſq;
50 cauſſa. ¶ F I S C V. Nunquid accuſans
aliquem de voluntate Titij ibidem præ-
ſentis, uideatur accuſare de mandato Ti-
tij? ¶ I V D E X. Dicas, quòd non, ſecun-
dum Barto. & Dyn. in l. poſt dotem. 4. col.
uerſi. ecce accuſo Titium. ff. ſolu. matri. &
per Flori in l. ſed & ſiquis. §. ſi duos. ff. de
vſufru. ¶ An concubinarius poſsit accuſa
51 re eū, qui carnaliter cognouit eius concu
binam? dicas q non, niſi ſit eius patronus
ſecundum Bartol. in leg. ſi vxor. in prin-
cip. ff. de adulter. & ibi per Alexandr.
52 ¶ Et eſt aduertendum, quòd accuſatio cō
tra ſyndicum, quòd non denuntiauit ma-
leficium commiſſum inter Titiū, & Seiū,
non tenet, non ſpecificato loco commiſſi
delicti. ſecundum Bald. in leg. 1. C. de his
qui. ut indi & l. actor. C. de probat. & Bal.
in addi. Specu. in titu. de libe. conce. uer. ac
53 cuſo. ¶ F I S. Intra quantum tempus de
bet fieri accuſatio memoriæ hominis
in caſib, in quibus permittitur? I V D. Di-
cas q intra quinquennium a die mortis
l. 2. C. de apoſta. & Ludo. in ſingul. in uer-
54 bo, accuſatio. 161. de crimine. ¶ F I S C.
Vtrum accuſatus ab uno, poſsit ab alio ac
cuſari? ¶ I V D E X. diſtinguendi ſunt
tres

tres caſus.aut enim prima accuſatio pen
det,& non poteſt alius accuſare, quia ob-
ſtat exceptio impeditiua proceſſus, ſcili.
ego ſum ab altero accuſatus.ſecundũ Bar.
in l.ſenatus. ff. de accuſatio.& hoc poteſt
euenire,quotieſcunq; offenſus(verbi gra-
tia)accuſaret,& alij conſanguinei proſe-
quendo iniuriarum ſuorum porrigerent
ẽt quærelas.certe iſtæ quærelæ conſangui
neorum non debent admitti durante quę
rela offenſi: ſed bene poterunt aſsiſtere
in iudicio pro eorum intereſſe ſuper quæ
rela offenſi,ut ille iniurians puniatur ſuf
ficienti pœna.nam per iſtam iniuriã vnũ
tantùm dicitur delictum,& ſolúm ſemel
fuit offenſa reſpublica,vnde quando unus
accuſat,agit, ut ſatisfiat reipublicæ per
legitimam & ſufficientem pœnam.leg.li-
citatio §.quod id licet. ff. de publi. unde
eo ipſo,quòd aliquis eſt accuſatus ſemel
criminaliter,non tẽditur ad aliud ꝑ hãc
vnicam accuſationem,niſi ut ſatisfiat rei
publicæ,cuius intereſt, ut delicta punian-
tur.l.ita vulneratus.ff.ad leg Aquil.& ſi-
cut ſi iſta ſatisfactio eſſet effectualiter fa-
cta ꝑ impoſitionẽ pęnæ nõ poſſet alius ac
cuſare,pari modo, quando ſatisfactio eſt
in fieri,quòd pendeat proceſſus.& hac cõ
ſideratione utitur Robert. Venu.in ſua ci
uili pract in 6.& vltima parte. nu. 54.nat
fuit lata ſententia condemnatoria ad pœ-
nam ſufficiẽtem,& minimè poteſt ab alio
accuſari.quia ſemel ſufficienter punitus
non debet iterum puniri,ut dixi, aut fuit
abſolutus ſciente nouo accuſatore,& mi-
nimè poteſt acccuſari per ea,quæ habent
in l.ſi cui.§ iiſdem.& ibi Barto ff de accu-
ſa.remanent ego duo caſus tantum, in q
bus alius accuſare poteſt,ſcilicet quando
non eſſet ſufficienter punitus, itẽ quando
eſſet abſolutus ignorante nouo accuſato-
re,q ſuam uel ſuorum iniuriam proſequit
& ita clarius declarat Rober. Venu.in lo
co ſuprà allegato & Ange.de Are.in libro
maleſi.in verbo nec non ad quærelam co.
55 25.¶ F I S C V S. Quid ſi principaliter
offenſus remitteret offenſori?an ſui cõſan
guinei poſsint accuſare? ¶ I V D. Dicas,
q; non obſtante remiſsione unius, poteſt
alter conſanguineus proſequendo iniuriã
ſuorum accuſare criminaliter ex quo iniu
ria facta vni de agnatione, cenſetur facta
alteri,& omnibus de agnatione.l.lex.Cor
nel.& ibi Barto.ff.de iniur.non autem po
teſt conſanguineus accuſare ciuiliter ꝓ
iniuria facta ſuo coſnanguineo,ſed crimi-
naliter tantum,vnde ſi formaret libellum
ſecundum conſtitu.uarietates pœnarum.
æſtimando iniuriarum,libellus nõ proce-
deret,ut ad longum congerit Robert.Ve.
ubi ſuprà.num.51. Et dico uobis vnum
quód fac.reg.con.collate. ſcripſit regiæ.
audientiæ principatur citra quòd nõ ob-
ſtante remiſsione facta per offenſum,pro-
cederet contra offenſorem ad inſtantiam
conſanguinei offenſi,& hoc fecit in cau-
ſa M.Aſcanij Capo craſſo inquiſiti de
morte M.Ioannis Laurentij manganarij,
qui habuerat remiſsionẽ á dicto Io.Lau-
rentino.Et poſtea facta eſt ſuper hoc prag
56 matica.¶FIS.Cui competat accuſatio de
pace rupta,quando ambo ſe offenderunt,
nec conſtat,quis primò oſtenderit? IVD.
Dicas quòd nulli competit in dicto caſu,
ſecundum Bart.in l.cum pater.§.libertis.
57 in fi.ff.de leg.2.¶ FIS. An accuſatio cri-
minalis detur pro leuiſsima culpa? ¶ I V.
Dicas,quòd non,ſed bene datur pro dam-
no dato iniurioſe alicui dolo,uel culpa e-
tiam leui ſecundum Ba.in c.iniuria.2 co.
uerſicu.quęro,an ſit damnum,de pa.iura.
fir.quia pro leuiſsima non competit actio
criminalis, ſecundum Cy. in l.ſi quis non
dicam rapere.C.de epiſc.& cleri & Bal.in
58 d.c.iniuria. ¶ I N Q. Quid enim ſi quis
offenſus non conqueritur,& declarat ĩ iu
dicio vel extra coram teſtibus, quòd non
intendit exponere quęrelam nec intendit
in ſcriptis remittere,quia ſibi eſſet dede-
cus,ſed videat habere offenſus pacẽ cõ cu
ria,quia quod ad ſe ſpectat,nihil vlt vide
dere an cenſeatũ remittere,& ſic poſsit cu
ria trãſigere.¶ I V D.Dic,quod ſic tex.eſt
ibi no.Barto.in l.1.§.ſi dominus qui eſt
59 §.ſi ff.de ſena. ſillania. Cogita. ¶ I N Q.
Vtrum hæredes occiſi qui tenentur uẽdi-
care mortem defuncti poſsint facere pacẽ
cum occiſoribus? ¶ I V D E X. Dicas qđ
ſic,ut tenet nouiſsimè Pet. a Plaza in epi
to.deli.c.39 num.25.& recolo aliàs dixiſ-
ſe in pract.cri.Can.quæ nunc eſt in ſtãpa
60 & non reperitur ad manus meas.¶ I N-
Q V I. An, & quando accuſator dicatur
in euidenti calumnia? ¶ I V. Dicas quòd
olim



olim eo ipſo, quòd non probabat, erat in
calumnia præſumpta, niſi probaret cõtra
rium: ſcilicet quod non eſt in aliqua calũ
nia,ut quia probat eſſe famam publicam,
uel aliter.ſecũdum Bar.in l.athletas. § ca
lamniator.uer.puto autem.ff de infa.& Fe
li.in ca.fortis.de calumniato.& ſecundum
Bar.in l.2.ver.vltimo no. C. ſi ſer. aut li-
ber.li.10. & Ang.in l. cũ quidã.§. q. dicit.
ff.de acquiren.hære.hodie autem in regno
per conſti. pœnam calumniæ.de pœn. ca-
lum.conſ.calum.iſtud eſt correctũ. ſed tũc
quis punitur de calumnia, quando proba
tur, quód fuit accuſator in euidẽti calum
nia.& hoc ꝓbato, debet iudex omnino ip
ſum condemnare ad pœnam calũniæ,quæ
eſt ſimilitudo ſupplicij,aliàs ipſe iudex pu
nitur pœna infamiæ.& duarum librarum
auri ut in c.regis Roberti incip.accuſato
rum temeritas.& probatur in q conſti.pę-
nam calumniæ.punitur autem hodie accu
ſator non probans ad pęnam, ad quam ſe-
obligauit dd probando, ut habetur latius
per Afflict.in d.conſtit.pœnam calumniæ.
63 3.& 4.no.¶ Vnde in regno dicitur aliquis
in euidenti calumnia, quando ex actis
apparet,quod eſt in calumnia euidenti,vel
apparet ex legitimis præſumptionibus.ut
l.licet.de leg.1. item dicitur accuſator in
euidenti calumnia, ſi accuſatus probat,
quód accuſator dixit, dabo ei magnã bri
gam.Item dicitur accuſator eſſe id euiden
ti calumnia, ſi præter id, quod non pro-
bauit ſuam accuſationem, concurrat pro
batio,quod accuſator conuerſatur cum ac
cuſato,uel ſi concurrat prohibitio accuſa
tionis à iure.item dicitur in euidenti ca-
lumnia in caſu poſito per conſti. incip.peſ
ſimam.ut colligit hæc omnia Afflict.in cõ
ſti.pęnam calumniæ. primo nota. uerſicu.
iuxta hoc quęro ¶ Vnũ tamen non omit-
63 to, quód ſi accuſator diu ſtetit ad accuſan
dum eius accuſatio poſtea redditur ſuſpe
cta,& præſumitur eſſe in dolo ut cõſuluit
Bald in conſ.37 primo lib. incip. quidam
tabellio.in fin.intantum. qđ Marſi. in ſua
praxi.§ diligenter nume.101.adducit hãc
doctrinam pro indicio faciẽte in fauorem
reorum,licet incorrupte alleget Bald. in
3.li.& eſt in 5. ¶ Et nota, quod accuſans
64 de inſultu debet dicere, quòd ſtantem ſub
protectione Dei, & regis ſecurum Tit. cũ
Tit.eo tempore, & loco aggreſſus eſt ut
no.in conſtitu. fidelium noſtrorum. & ibi
per Afflict. in 2. nota. & ideo debent ap-
poni hæc uerba; quód ex tali inſultu non
ſolum offenſus fuit ipſe inſultatus, ſed ẽt
Deus,& rex, ſub quorum protectione e-
rat ipſe offenſus.nam rex ſtudet dare ſecu-
ritatem in regno ſuo, ut plene cõgerit Af
65 flict.in loco ſuprà allegato ¶ I N Q V I.
Vtrum inquiſitus poſsit petere, qđ inter
rogetur accuſator ſuper eo,quod excludit
delictum? ¶ I V D.Dicas, quod ſic, ut fir-
mat Alber.de Roſ.in l.ubicunque. ff.de in
terro.act.in fin.& ita dicit uidiſſe practica
ri,& obtineri.& ideo poteſt peti,quod in-
terrogetur accuſator,an uoluntate ſua ac-
cuſatus de furto rem accepit, & an teſtes
66 producti ſint ei inimici,vel ſimilia.¶ Vnũ
tamen non omittam.uos ſcitis, quód in
regno mulieres cõiugatæ,& uniuerſitates
poſſunt accuſare per ꝓcuratores cum ſpe
ciali mandato,ut cauetur in conſtitu.gene
ralia iura.ideo ſciatis, quod in mãdato de
quærulando, quod fit per mulierem,& uni
uerſitates,debent apponi omnes illæ ſolen
nitates & requiſita, quæ debent apponi in
accuſatione:aliàs mandatum non eſſet ef-
ficax,ut in indiuiduo conſuluit Roma. in
conſ.40. incip. mandatum mihi oſtenſum
& refert & ſequitur Bernar. de Landria.in
addi.ad Angel.de Areti.in libro maleſi.in
uerbo,hæc eſt quædam inquiſitio in addi.
incipien.locus & tempus.quod eſt ſummè
67 notandum,quia pauci aduertunt.¶ Vlte-
rius aduertas,quòd exceptio,quòd non po
teſt accuſari,eſt dilatoria, & debet oppo-
ni ante litem conteſtatam, & nomen rei
receptum inter reos,aliàs ſi non reponatur
tur, proceſſus remanebit ualidus. ut l.ſi
maritus.§.præſcriptiones ff.de adult.& ita
dicit Bart l.has accuſare.in prin.ff. de ac-
68 cuſa.¶ Et ſi fortè proceditur ad denuntia-
tionem aliquorum ad id deputatorum,ut
puta,iſtorum nuntiorum, ſeu baiulurum
curiæ,poteſt opponi, quòd denuntiatores
ipſi non iurauerant in principio eorum uf
ficiorum,quo caſu non debet admitti corũ
denuntiatio iuxta doctri. Ang.in l.ſi uacã
tia.C. de bonis uacan. & Ang.de Arer. in
lib.maleſi.in uerbo,necnon ad denuntiam.
2.colum.in fi.& ibi uide, quæ alia poſſunt
opponi aduerſus iſtos denuntiatores.

¶ Et

69 ¶ Et notandum, quòd ſi aliquis fuit uulneratus a Titio, & contra eum ipſe uulneratus fecit querelam de ſimplicibus uulneribus, & ob id fuit formata inquiſitio contra Titium, & ipſe fuit captus & carceratus, & fuerunt ei datæ defenſiones, & proceſſum fuit ad alios actus, demum ſi uulneratus moriatur ex illis uulneribus, nõ poteſt procedi ex illo iudicio intentato, ſed debet abſolui obſeruatione primi iudicij de ſimplicib. uulneribus, reſeruato tamẽ iure procedendi de morte ſequuta ad uindictam & pœnam corporalem imponendam, & ſic ex integro debet formari inquiſitio de morte, ut docet Ange. Are. in lib. malefi. in verbo, in platea communi. in fin. ſed cogita, ſi procedit in regno, ubi accuſatore deſiſtente proceditur cũ coadiutore curię. per capitulum regni incip. Robertus, &c. ſpectat ad præſides, & ſic non ſequitur abolitio per mortem quærulantis.

70 ¶ I N Q. Vtrum uniuerſitas poſsit agere ꝑ iniuria facta uni de uniuerſitate. ¶ IV. Dicas, quòd ſic, nam qui tangit membrum totum corpus tãgit. l. uulgaris. ff. de fur. & alijs in iuribus & rationibus de quibus ꝑ

71 Oldr. conſ. 66. inci. an ex delicto. ¶ I. N. Q. Vtrum hodie poſsit opponi exceptio rei iudicatę in criminalibus cum rarò detur abſolutoria. ¶ I V. D. Dicas quòd tribunalia regia non obſeruant abſoluere diffinitiue, ſed tantum ſeruant liberare ſub cautione prout etiam ſeruatur in regno Francię ut atteſtatur Rebuff in prohem. conſtitu. in glo. 5 num. 118. lib. primo, & tempore quo eram gubernator in terra Vaſti, aliás Piſtonij, uibi regiam prouiſionem, quód etiam in terris baronum ità fieret: vnde ſi nõ eſſet ſequuta abſolutoria nõ poſſet opponi exceptio rei iudicatæ & litis finitæ ſed ex nouis poſſet de cauſa cognoſci, ubi autem de facto eſſet ſequuta abſolutoria, ꝓculdubio exceptio militaret. Imo & in eo caſu ſententia non trãſit in rem iudicatam, quo ad procuratorem regium aduenientibus nouis probationibus Itá refert fuiſſe deciſum Rebuf. in allegato loco de anno 1540. ſed in regno pluries obtinui contrarium, ideo cogita.

## ¶ DENTVR CAPITVLA quòd ſuffocauit uxorem. Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio debet continere eaſdem ſolennitateſ quas accuſatio.*

2 *Inquiſitio non poteſt alteri committi.*

3 *Pœna corporalis nunquam imponitur, niſi ubi interuenerit dolus. numé. 4. 5. 6.*

7 *Maritus calce percutiens uxorem pœna mortis puniatur ſi illa moriatur ex illa percuſſione. 62.*

8 *Tortura non habet locum, niſi ubi delictum ſcelere fuerit commiſſum.*

9 *Vxor reperta ſuffocata in lecto uiri, an præſumatur a uiro interfecta. 15. 36.*

10 *Mortuus repertus in domo, præſumitur occiſus ab his, qui ibi erant.*

11 *Mortuus repertus prope domum alicuius, præſumitur contra dominum domus.*

12 *Repertus in loco delicti habet indicium contra ſe.*

13 *Delictum de nocte commiſſum probatur per coniecturas.*

14 *Argumentum a communiter accidentibus facit indicium & 15.*

16 *Suffocatio quomodo probetur. 17.*

18 *Mors quomodo multipliciter eueniat.*

19 *Mors ſubitanea quomodo poſſit cauſari.*

20 *Condemnari quis non poſſet niſi ſit conuictus aut confeſſus.*

21 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*

22 *Indicia debent eſſe certa, & clara in genere ſuo.*

23 *Probationes debent eſſe ueriſimiles.*

24 *Condemnari non poteſt quis ex indicijs indubitatis.*

25 *Indicia relinquuntur arbitrio iudicis. & quomodo.*

26 *Fama an, & quando faciat indicium ad torturam. nu. 27, 28 35. 36. 37.*

29 *Fama bona in genere probata, tollit indicium famæ publicæ. nu. 30.*

31 *Fama publica quòd quis non commiſit delictum quid operetur num. 31. 33. 34.*

38 *Sepultura mortuorum quomodo fiat, & an, ſi non ſit ſecundum conſuetudinem, inducatur ſuſpicio. num 39.*





39 *Clandeſtinitas inducit ſuſpicionem.*

40 *Maritus lugens mortem vxoris, habet indicium contra ſe num. 41. 42. 46. 48.*

43 *Maritus quantum debeat amare vxorem.*

44 *Maritus induens ſe veſtibus feſtiuis mox a morte vxoris, habet indicium contra ſe.*

45 *Paupertas excuſat maritum, ſi nõ ſepeliuit uxorem cum pompis.*

47 *Coniectura una tollit aliam.*

49 *Indicia quando ſunt ſufficientia ad torturam,*

50 *Indicia purgantur per bonam famam.*

51 *Indicia facientia pro reo, faciunt, ut ad torturã non poſſit deueniri.*

52 *Coniectura ſemper eſt capienda, ut excludatur delictum.*

53 *Indicium vnum tollitur per aliud.*

54 *Vxor de ſero uiſa incolumis ſi de mane mortua ſit, præſumitur a viro interfecta.*

55 *Delictum grauiſsimum eſt, occidere vxorem.*

56 *Iudex non debet ſeruare ordinem iuris in atrociſsimis delictis num. 57.*

58 *Tortura non poteſt dari indicijs non præcedentibus.*

59 *Defenſiones aduerſus ſigna ſuffocationis.*

60 *Maritus occidens ſuam vxorem, perdit ius ſuccedendi.*

61 *Maritus non adhibens medicos vxori infirmæ qui puniatur.*

63 *Maritus an poſsit occidere vxorem in adulterio deprehenſam.*

64 *Maritus non vindicans mortem vxoris occiſæ, quomodo puniatur.*

65 *Maritus non poteſt, niſi modicè, & ex cauſa, verberare vxorem.*

66 *Vxor licitè recedit à viro, ſi malè ab eo tractatur.*

67 *Maritus malè tractans vxorem, eſt excommunicandus.*

68 *Maritus tenetur præſtare cautionẽ vxori, quæ receſsit ab eo.*

69 *Maritus non poteſt contrahere matrimonium cum ea, quæ conſenſit morti prioris vxoris.*

70 *Maritus ſi malè tractat ſuam vxorem, fit ſeparatio habitationis, & thori.*

71 *Vxor poteſt agere contra virum iniuſte eam verberantem, actione in factum.*

72 *Vxor non tenetur ad virum redire, ſi ei inſidiatur gladio.*

73 *Maritus ſi vxorem verberauit baculo taliter, quod ſanguis exiuit, ex officio non poteſt procedi.*

74 *Maritus malè tractans vxorem, perdit lucra dotis.*

75 *Vxor an poſſit maritum accuſare, quod eã vulnerauit gladio.*

## FISCVS.

SOlet oppoſitis exceptionibus peremptorijs, & dilatorijs, & prouiſo ipſis non obſtantibus fore procedendum ad ulteriora, procedi ad editionem capitulorum: idcirco hunc ordinem ſeruemus. ego quidem formabo capitula, intentionẽque meam contra inquiſitos iuribus, & authoritatibus coadiuuabo: econtrario veró ut inquiſite ſtudeas quæ tibi contraria videbuntur, euacuare, tu autẽ iudex opiniones iuris cõſonas approbes, & non iuri cõſonas reijcias. ¶ I V D. Incipe tu Fiſce. tu deinde ſequere Inquiſite, ego autẽ conabor pro uiribus meis Deum, & iuſtitiã prę oculis habẽdo, per tramites iuris lites veſtras dirimere. ¶ F I S. Præmittam prooemium, quod ſolet in principio capitulorũ poni, in quo; quo animo delicta, quæ prætenduntur, per te Inquiſitum cõmiſſa ſint enarratur. ¶ C A P I T V L A. Specialis inquiſitionis faciẽdæ ex officio curiæ, magnifici Strategi ciuitatis Salerni cõtra & aduerſus Tit. de nonnullis criminibus & delictis per eundem commiſsis, & ſignãter quód ſuffocauit vxorem; item, ꝙ fuit læno eiuſdem vxoris, item, ꝙ commiſit falſitatem; item, ꝙ a pluribus repertus fuit in fragranti crimine; item, ꝙ eſt notorius delinquens; item, quòd commiſit crimen læſæ maieſtatis; item, quód ſororem uenenauit; & de alijs, ut in informationibus, & actis dictæ curiæ latius continetur; inſtante regio procuratore fiſcali, & petente per dictã curiã contra eundem debite, & diligenter inquiri debere & repertũ culpabilem condigna pœna puniri, prout iura, ſacræque regni conſ & capitula uolunt & mandant, & in caſu ſemiplenè probationis prædictum Tit. cogi & compellit iuris & facti remedijs oportunis ad eruendam ab eo de prædictis veritatem, ſuper quib. omnibus, &c. quæ omnia, &c. & proteſtatur, &c. non ſe aſtringeus, &c. & infrà par-
1 ticulariter deſcribere, &c. ¶ Sciendum tñ eſt, ꝙ illę ſolẽnitates quę requirũtur in

accuſatione requirſitur ēt in inquiſitione.
ut plene per Affl.in cōſt.hi, qui.in 13.not.
2 ¶ Et aduertendū eſt, quòd officiales debēt
per ſeipſos inquiſitiones formare, nec alte
ri poſſunt eas faciendas committere, ut ha
betur in c.regni inci.itē iuſtitiarij inqui-
ſitiones. ¶ I N Primis inquirendum eſt,
quód de anno 1550. regnantibus, &c do-
minante, &c. ſub præſidatu. &c. de menſe,
&c. in loco, &c. dictus Tit. ſuis iuribus non
cōtentus, ſed animo diabolico inſtigatus,
& ſpiritu nequam ductus, temere, doloſe,
ſcienter, & appenſat è, non aduertēs, quàm
graue ſcelus ſit uxorē ſuffocare, Lucretiā
ſuam uxorem ſub protectione Dei, & Cę-
ſareæ maie.conſtitutā, & ſecum in eodem
cubili dormiētem, ſuffocauit, taliter, quod
mortua propę ipſū reperta fuit de mane.
de qua morte fuit, & eſt publica uox, & fa
ma inter homines, & per homines dictę ci
uitatis, quod inquirendum eſt, &c. quod
fuit, &c. incidendo in pœnam, &c.
3 ¶ Cum miniſterio ponuntur illa uerba
in capitulo, temere, doloſę, &c. quia
quoties imponenda eſt pęna corporalis
ex delicto, nunquam imponitur, niſi do-
lus interuenerit, ſecundum Bar. in l. 1. §. 1.
ff. ſi quis te. li. eſſe iu. fuer. uerſ. iuxta hoc
quæro & habetur per Afflict. in conſti. ter
5 minum uitæ. ¶ Occidens enim caſu, non
punitur pœna mortis, ut latè per Marſi. in
conſ. 77. nu. 7. pri. lib. & conſi. 91. num. 15.
in 2. lib. & conſ. 128. num 22. & conſi. 37.
nu. 4. in eo. uolu. & Pet. de Anca. conſ. 283.
& habetur per Afflict. in conſti. terminum
5 uitę. ¶ Et intātum eſt verum iſtud, ut qđ
ſi quis aliquem occidit in ludo pugnorū,
uel alio ludo permiſſo, nō puniatur pęna
mortis ut latè conſuluit Deci. in conſ 9. &
6 conſi. 77. num. 53. pri lib. ¶ Item in tātum
hoc procedit, ut quod ſi rixantibus Anto
nio, & Bernardino, eis ſe interpoſuerit ad
ſe dādū rixam uxor. B. eamque percuſſerit
A. prope renes. ob id illa abortum fecerit
non puniatur pœna mortis, ut late habe
tur p Signo. de Home. in conſ. 1 incip. ſta
7 tuto ciuitatis. ¶ Item intantum eſt verum
iſtud, ut debeat apparere, quod ſcienter &
doloſe. quód ſi maritus percuſſerit calce,
non p̄ſumitur dolus & uoluntas occiden-
di & ſic ſi moriatur ex illa percuſſione, nō
debet pœna mortis puniri, ut plenè habe
tur per Sign. de Home. in conſ. 63. Titius
calce percuſsit. & Fran. Are. conſi. 147. ui-
ſa conſultatione in 2. & 3. dubio. uerſi. ve-
nio nunc ad ſecundum. col. pe. & antepe &
Ange. conſi. 27. incip. quidam uictor de ca
8 ſtro. ¶ Item intātum eſt verum, ut, niſi ap-
pareat delictum ſcelaratè & appenſate cō
miſſum, non habeat locum tortura, ut eſt
text. unicus & ſingu. in l. 1. §. item illud ff.
ad Sylla. & uide ad prædicta Boer. in deci.
9 38. pri. parte. ¶ Nunc uero ad delictum
principale condeſcendendo dico, quód ex
hoc ſolo, quód reperta ſit uxor in lecto
mortua prope maritum, præſumit̄ occiſa
ab eo intantum, quod poteſt condemna-
ri, uel ſaltem torqueri. & hoc ex pluribus,
& pri. arg. tex. in l. ſi. C. ad l. Cor. de ſicar.
& ibi not. per Bal. ubi habetur, quòd quā
do crimen non poteſt probari per regula
rem modum probandi, procedit probatio
quodāmodo irregularis. & ibi dicit Bald.
illam legē eſſe notandam contra necantē
ſuum maritum. & ibi etiam no. Salic. quòd
delictum præſumitur factum per exiſten-
tes in domo ſi domi ſit factum delictum.
ſecundo probatur per tex. l. ſi quis in gra-
ui. §. ſi maritus. ff. ad Syllà & ibi per Ludo.
Ro. & in l. 1. §. ſi uir aut uxor. eo. tit. quia ſi
in domo nulli ſerui ſunt, maritus per illū
10 tex. feciſſe uidetur. ¶ Tertio, quia nos ha-
bemus, ꝙ ſi reperiat̄ mortuus in domo
aliquis homo, reſultat iudicium cōtra exi
ſtētes in domo, ut præſumatur interfectus
ab illis, qui in ea erant, & ex eo poterunt
torqueri, licet non cōdemnari. quia poſſet
eſſe, quod eo aliquis cū ſic mortuum por-
taſſet, uel ibi interfeciſſet, quod non poteſt
dici in caſu noſtro, ſecundum Dyn. per illū
tex. in l. 1. §. ſi quis in uil la. ff ad Syllan. &
ibi Ro & Moder. arg. text. l. 1. §. ſi. ff. de ex-
tr & in l. 1. in ſi. ff. de his qui deie. per quæ
iura ibidē uoluit Par. de Pu. in li Syndic.
circa finem. in uerbo mādauit. col. 5. uerſ.
ſi reperitur corpus & Ange. in lib. maleſi.
in uerbo, fama publica: nu. 53. in caſu uerò
noſtro non pōt præſumi, quod alius, quàm
uir interfecerit uxorem, nec quod alius il
luc eam mortuam detulerit, poſtquā mor
tua recepta eſt in lecto: ergo nedum reſul
tat indicium contra eum ad torquendum,
11 ſed etiam ad condemnandum ¶ Quarto,
quia ex hoc ſolo, quòd quis mortuus repe
riatur



tiatur prope domum alicuius, reſultat p̄-
ſumptio contra dominum domus ſecundū
Bart. in l. ædiles. ff. de uia pu. Roma. in l. 1.
§. ſi quis in uilla in prin. ff. ad Sy. de quo
plenè per Mar. An. Blan. in repeti. l. ſi ff. de
quæſt. num. 298. & ibi habetur, quomodo
intelligatur: quāto fortius debet reſultare
ſufficiens ꝓbatio contra virum, in cuius
12 lecto eius vxor eſt reperta ſuffocata?
Quintò, qa repertus in loco delicti. & vbi
quis iacet occiſus, habet indiciū cōtra ſe
taliter, ꝙ poterit torqueri. ſecundum An.
in lib. male in uerbo, fama publica. 4. colu.
uerſ. quæro an vnum indicium. allegat
Bar. in l. fur. manifeſtus. ff. de fur. & eſt indi
cium propinquum. ut per Bar. in l. ſi. ff. de
quæſtio. & ibi per Mar. Ant. Blan. nu. 295.
cum ergo maritus ſit repertus, & reperia-
tur in eodem lecto, ubi eius vxor mortua
iacebat, ſequitur, quòd reſultat indicium
propinquum, ꝙ ipſe fecerit: taliter, quòd
ſine dubio poteſt torqueri, imò fortè con-
demnari. ¶ Sextò quia, ſumus in delicto
13 nocte commiſſo, & difficilis probatio-
nis. quo caſu admittitur probatio per cō-
iecturas. l. filium cum definimus, ff. de his,
qui ſunt ſui, vel alie. iur. & l. ſi vicinus. C.
de nup. l. cōſenſu. §. a barbaris. ff. de re mili
ta. c. veniēs. 11. in ſi de teſt. in talibus enim
lex eſt contenta probationibus, quæ habe
ri poſſunt; quamuis plenè non ſunt, ſecun
dum Fede. de Sen in conſi. 119. incip. nulli
dubium. ubi pro hoc allegat Inno. & Hoſ.
in c. ſuper eo. quod me. cau. & idem uoluit
Bar in l. ſi quis ex argentarijs. § pen. ff. de
eden. & tales probationes factæ per conie-
cturas in talibus caſibus. dicuntur manife
ſtę probationes. l. licet. ff. de leg. 1. l. ſi quis
locuples. ff. de manu. teſt. & not. & Barto. in
l. ſi quando. C. vnde vi. ea enim quæ de
nocte ſiūt, probabiliter ignorantur. ut no.
glo. in l. ſi cum ex exceptione. §. in actione
verſ. ignorantiam. ff. quod me. cau. quā ad
hoc allegat Bal. in cap. porró tit. quę fuit
prima. cau. bene. amitte. & plenè per Alex.
in conſ. 20. aliàs. 166. in 2. lib. & per Soc. in
conſ. 54. in 3. lib. ¶ Septimó, quia a com-
14 muniter accidentibus vxores ſolēt per ui
ros interfeci uarijs de cauſis, ergo cōtra ip
ſos uiros reſultat indicium, ut per Bal. in
ſi. in ſi. ff. de hæredi. inſti. & plene per Mar.
Ant. Blan. in repe. l. ſi. ff. de quæſt. nu. 257.
15 & 268. ¶ Octauo, hoc confirmatur ex no
tabili conſi. 5. Hip. de Marſil. in nu. 4. in pri-
mo. li. vbi in proprijs terminis conſuluit
quòd ſi reperta eſt vxor mortua in lecto
mariti, & non conſtat eam mortuam mor
te violenta, (quia fortè fuit ſepulta ante-
quam hoc perueniret in notitiam iudicis)
ſed conſtat de fama publica eam eſſe mor
tuam morte violenta ab eius uiro, ꝙ ob
hoc ſolum poteſt uir ille torqueri, & ſic in
indiuiduo caſus iſte deciditur per eum, tā
tò magis, quando reperta ſunt ſigna ſuffo
cationis, in vxore reperta mortua, hoc ꝓ-
cedit, ut in ſeq. capitulo patet. ¶ ITEM in
quirendū eſt, qualiter repta mortua Lu-
cretia vxor dic. Ti. de mane fuit viſa, & re
cognita à plurib. & diuerſis pſonis & qua
liter in gutture ipſius fuerūt reperta & re
cognita plura ſigna ſuffocatiōis, & mortis
violentę, & ita veriſimiliter, & communi
iudicio expertorū videbatur. quod inqui-
19 rendum eſt, &c. quod fuit, &c. ¶ Per hoc ca
pitulū propriè probat̄ delictum in genere
fore commiſſum, probando fuiſſe uiſa &
recognita ſigna ſuffocationis in gutture,
vel alijs partibus ſuæ perſonæ, & ante oīa
hoc debet conſtare, ut inquiſitio procedat
& hoc procedit, ſi hoc apparere pōt, aliàs
ſufficit probare famam publicam eſſe, ꝙ
mortua fuit, & quòd violenter per ſuffo-
cationem, ut dicit Hippo. de Mar. in dicto
17 conſ. 5. ¶ Hæc. n. ſigna in gutture probāt
ſuffocationē, ſicut dicimus de tortura quę
probatur per ſtigmata & ligaturas, quę in
brachijs apparent poſt torturam ar. l. ſtig-
mata. de fabri. lib. 11. & firmat Par. de Pu.
in lib. ſyndi. in verbo, tortura. verſ. quia ſe
pe. ibi, & adde, quia poterit. ¶ I N. Prædi
ctis non obſtantibus contrariā partem de
iure ueriorem eſſe exiſtimo, quòd prædi-
cta ſola de per ſe nedum non ſunt ſufficiē
tia ad condemnandum, ſed minimè ad tor
18 quendum. & hoc ex pluribus. Et primó
quia licet mors regulariter duob. modis
naturaliter contingat, primò propter infir
mitatem, quæ multipliciter hominem gra
uat, ut ait Pſalmiſta in pſona humani ge-
neris, Pſal. 37. Nō eſt ſanitas in carne mea.
ꝓpriè verò infirmitas dicitur carnis, qua
elementis, & humorib. turbatis caro ipſa
afficitur, inficitur, & tandē diſſoluit̄, adeò
autem reperitur caro humana infirma, ut
vix

vix reperiatur,qui nõ ab vtero matris ali
quam infirmitatem ſecum adduxerit,quę
cum frequenter moleſtet, & tandem peri-
mat,ut indies videmus.ſecundo mõ mors
contingit homini ex ſenecture.nam dicit
Apo ad Heb.8. omne quod antiquat, &
ſeneſcit,propè interitum eſt: hæc autem
ſenectus plena eſt miſerijs,quæ annũciãt,
domum corporis cito ruituram.vnde Bo.
li.1.de conſola.inquit,venit properata ma
lis in opinata ſenectus,de quib. plenè Ec
cl.c.fi. & ſępe ex ſenio ſenſus decſficit.pro
pter quod dicitur Pſalm.70. Ne proijcias
me in tẽpore ſenecturis,cum defecerit uir
tus mea,ne derelinquas me.& plenè enar
rat Guliel.Benedi.in repeti.c. Rainutius.
in verbo,mortuo teſtatore.el prim.nu 9.f.
94.taliter, quòd prima facie ho: ũ duorũ
altero nõ interueninte pręſumatur, ꝙ
ſit mortua vxor morte violenta, & ſic re-
ſultet indicium contra virum,apud quem
reperitur mortua,tamẽ etiam alio mõ po
teſt cõtingere mors naturaliter ex impro
uiſo caſu,& ſubitaneo.iuxta illud Eccle.c,
9.Neſcit homo finem ſuũ,ſed ſicut capiun
tur piſces hamo,& aues laqueo comprehẽ
duntur,ſic,capiuntur homines in tempore
malo;ſcilicet impręmeditatè,& præter in
tẽtionem varijs autem modis & cauſis ue
nit mors ſubitanea,& ex improuiſo homi
nibus æqualiter,infirmis, ſenibus,iuueni-
bus & non infirmis,ut multis exẽplis pro
bat Guli.Bene.in c. Rain.extra. de teſt.in
verbo,mortuo teſt.el pri.nu.9.cũ pluribus
ſequentib.mors enim ſubitanea uarijs ex
cauſis ſolet euenire,aliquando propter ni
miam lætitiam,aliquando propter nimiũ
dolorem & cordis triſtitiam, & alijs cau-
ſis,ut recitat Valer.lib.9.in tit de mortis
nõ uul.¶ Itẽ mors ſubitanea põt euenire
19 ex nimio cibo,& nimis abundanti cæna ſe
cundum Galen.in lib.pri. de acc.mor.aut
ut alij vertunt,de diferen. morbo.& idem
Galen.in initio primi libri ſcribit, tempe
rantiam ſiue ſymmetriam calidi & frigidi
ſicci,& humidi naturalem eſſe ſanitatem,
pręſertim ſimilium partium.quam Ariſt.
in 3.q.encyclica primæ ſectionis definit,
ſecundam valetudinẽ mediocritatẽ quan
dam eſſe.quocirca tradit Plato in Timęo
corpus noſtrum his quatuor qualitatibus
conſtare,ſicco,humido,frigido, calido. vt
quod ſit compactum ex terra,aqua aere,&
igne, ex quibus quum vnum plus æquo
aut excedit,aut deficit,flaceſcit corpus,&
in ægritudinem labitur, & ita mediocrita
te ac tempetãmento de corporibus ſubla-
to,mutationes uariæ,morbi, corruptiões
propè infinitæ irroborant,atq. inualeſcũt.
cuius Platonicæ ſentẽtię teſtimoniũ citat
Gale.in lib.de ele.ſed & Alemeon quoque
ſcribit,ſanitatem iſnaomia contineri:hoc
eſt,æqualitate potentiarum quarundã,vi
delicet,humidi,calidi,ſicci,frigidi,amari,
dulcis,& id genus aliorum & ſi monarchia
in his aliqua ſe oſtentarit,confeſtim oriri
morbos,deinde quoque mortem cõſequi,
ut retulit Plutar. in lib.poſtremo de pla-
citis philoſophorum.c.quoque poſtremo.
prætetea Ariſtoteles in primo omniũ pro
blemate inquit,quare magnæ exuperãtiæ
peſtilentes ſunt? quoniam aut exceſſum,
aut defectum faciunt,qua quidem re mor
bum conſiſtere certum eſt.videmus enim
eum,qui ſupra modum bibit,aut comedit
crapula & ebrietate perire,contra,qui ni-
hil bibit,& comedit,aut minimum edit,
marceſcere, & in pthſim', hoc eſt tabem
incidere.eodem modo,qui nõ dormit, aut
qui minimum,neceſſe eſt morbo perire &
alias infinitas authoritates medicinæ ad
hoc vide per And.Tiraquel.in trac.de no-
bilita.c.31.num.367.cum pluribus ſequẽ
tibus.& num.405. & hoc maximè proce-
dit,ſi fortè probaret,quód dicta eius vxor
de ſero comedit uarios & diuerſos cibos,
quia ait Plinius libr.11.capi. 53.ꝙ cibus
vtiliſsimus ſimplex eſt:aceruatio ſaporũ
peſtifera,& condimenta perniciosiora. &
Galenus in commentario Hippocratis de
victus rõne in morbis acutis, tradit alio-
rum authoritate ciborum, varietatẽ præ
ſertim verò vbi uarijs cõſtant facultatib.
eſſe nocentiſsimam, ut pote quæ ingeſta
ipſa prope concoqui prohibeat. & in li.de
iuuamentis mẽbrorum cap 4.ſcribit, res
cõpoſitas ex multis rebus uel locioris eſſe
corruptionis,quàm ex paucis compoſitas,
& alias infinitas authoritates de hoc uide
per And.Tiraquel in tract.de notabilita.
capitu.31.num.452.folio.191.& ſic ex his
concludit,quód cum uxor potuerit ab im
prouiſo alia morte,quàm violenta, etiam
naturali mori,etiam ſi reperiatur mortua
a pu



apud maritum, non ſit concludens proba-
20 tio,vt poſsit maritus condemnari. ¶ Se-
cundò hoc probatur,quia cautum eſt in iu
re,quòd nunquam quis condemnatur, niſi
ſit teſtibus conuictus, uel ore proprio cõ-
feſſus,vulgata l.qui ſententiam.C. de pœ.
in caſu uerò propoſito neutrum iſtorũ in-
teruenit, ergo nõ põt habere locum cõdẽ-
21 natio. † Tertiò,quia in criminibus proba
vxo. actio. & in l. vltima. C. de donat. ante
nup & in l. ſicut C. de præſcrip. 30. vel 40.
anno. & in l. aſsiduis. poſt prin. C. qui po. in
pi. habe. hinc eſt, quòd apud Græcos mulie
rib. dabatur tutor, & curator: ut refert Ti-
raquel. de legi. connub. in 1. l. nu. 67. & ſcri-
bit etiã Quintilianus in declama. 3. matri
monia ab ipſa rerum natura eſſe inuenta;
ſicq́; mares fœminis iungi, vt imbecillior
ſexus præſidiũ ex mutua ſocietate ſumat.
10 Quid ergò dicemus de marito, qui non
cuſtos ſuæ vxoris; ſed lupus & deuorator
efficiẽ de eiuſmodi quũ conqueretur, ſi ip
ſemet erit vaſtator caſtitatis ſuæ vxoris,
ac ſui honoris deſtructor, ipſi proponaẽ id,
quod dicit tex. in §. neceſſe eſt: 47. diſt. vxo-
res ergo (ut tandem cõcludamus) nõ ver-
berib. ſed potius exemplis corrigamus, &
á uitijs, ſi quæ ſint, ad uirtutum ſtudia pro
uocemus. Audiat etiam quod dicit text. in
c. indignantur. in ſi. 32. quæſtio. ſexta; pudi-
ceq́; uiuentes uxoribus bonos mores colen
di authores ſimus: iuxta Iuriſcõ. ſententiã
in l. ſi uxo. §. iudex. ff. de adult. virorũ enim
dicta factaq́; ſunt uxoribus ueluti ſpeculũ
ad cuius intuitũ ſuos ipſæ mores forment
atque componant. nam cùm ſemper aliàs
exempla ſint magni momenti ad corrigen
da, uel deprauanda hominum ingenia, tum
ea maximè, quæ à domeſticis, proficiſcunẽ
ut probat tex. in l. 1. C. de emen. pro. & il-
lud Satyrograph. poe. ſa. 4 uelocius & ci-
tius nos corrumpũt uitiorum exempla do
meſtica magnis cùm ſubeãt animos autho-
ribus. hinc ait Petrarcha de remed. adue.
for. dialo. 22. quòd perſæpe uxori dux atq;
exemplũ laſciuię uir fuit hinc Plutarchus





in præceptis connubialibus ca. 17. inquit,
uir corporis ſtudioſus vxorẽ reddit laſci
uo cultui deditam voluptuoſus amatoriã
& libidinoſam boni honeſtiq́; amator mo-
deſtam, & honeſtam, & rurſum fere in vm
bilico eiuſdem operis, ne putes (ait) a ſu-
perfluis profuſisque ſumptib. vxorẽ tẽpe-
raturam; ſi te in his minime continẽtem
conſpiciat, quin potius auratis poculis pi
ctisq́ cubiculis, mulierum & equorum pha
leris gaudentem videbis nõ enim fieri po
teſt, ut à mulieribus luxus remoueatur,
quo uti circũfluunt, ꝓpterea & diuus Au
guſtinus in c. ſi dicturi. 32. quæſt. 6. nos mo
net, ut quales volumus vxores noſtras in-
uenire, tales & ipſæ nos inueniant, & ſi in-
tam, intacti ſimus, ſi puram, puri. nõ enim
illa poſſet, quod nos non poſſumus, & idẽ
alibi in lib. de decem chordis, ſi caput in-
qt, eſt uir, melius debet uiuere, & ꝓcede-
re in omnibus factis ſuis vxorem, ut illa
imitetur eum. quocirca bene dicebat Gu
liel. in loco ſuprá citato, quem etiam re-
fert & ſequitur Tiraquel. de legi. connu.
in 9. l. num. 172. quòd vir debet puniri ob
adulterium commiſſum per eius vxorem
& quòd ita in multis partibus ſeruaẽ qua
ſi non poterit committi ſine eo, quòd vir
ex ſuis malis moribus dederit causã uxo
ri talia perpetrandi. hæc conſuetudo ſan-
cta eſt, & vbiq; deberet ſeruari. ex his ꝓpe
modũ habes, quàm puniri debeat uir, qui
factis & re vxorem inducit ad adulterium
committendum. ITEM inquirendum
eſt, quòd de anno, &c. de menſe, &c regnan
tibus, &c. dominante, &c. ſub præſidatu,
&c. d T. ad ſuam domum accedẽs reperijt
dictam eius vxorem in actu adulterij cũ
tali, &c. in camera exiſtente in dicta eius
domo, & proprie. & quòd id non ægrè tu-
lit, ſed eos dimiſit ibidem, ut commodius
explerent adulterium, dando eiſdem com
moditatem, & locum taliter, ut fuerit cõ-
miſſum adulterium, quod inquirẽdum eſt
12 &c. quod fuit, &c. ¶ Vltra hæc, quæ ſu-
prà dixi, alia concurrunt, videlicet; quòd
uir reperijt vxorẽ in actu adulterij, & ꝙ
id non ægrè tulit, ſed tacuit, & retinuit
vxorem taliter. atque hoc quidem ſolum
cõuincit ipſum de lenocinio. qa dicit tex.
in l. mariti. circa prin. & l. 2. §. lenocinij. in
ff. ſecundum vnam lecturam. ff. de adultę.
quód maritus habẽs ſupectam vxorem de
adulterio, & eam retinens, lenocinium cõ
mittit. quod eſt verum, quando ſuam ſciẽ
tiam obumbare non poteſt, dicens, quòd
non credebat, ſed ſi uiderit ſcholarem ei
pluries loquentem. & manus in ſinu tenen
tem, uel eam oſculantem, & ſic ſuſpliari
debuit uehementer, tunc non excuſatur a
crimine lenocinij. ut d. l. mari. ut declarat
Sali. in l. crimen. C. de adulter. quãto for-
tius in caſu iſto, in quo præſupponitur in
ueniſſe vxorẽ in actu adulterij, ut eſt tex.
11 in l. crimẽ. C. de adulte. ¶ Et licet Sali. in
d. l. crimen. dixerit, quòd etiam ſi maritus
ſciens vxorem eſſe adulteram, nihil dicat,
& eam retineat, non tñ incidant in crimẽ
lenocinij, niſi apparuerit eam ad id indi-
xiſſe. & quæſtum ex ea feciſſe, per d. l. mari
ti. §. qui quęſtum tamẽ de iure regni iſtud
dictum Salice. non procedit, quia per con-
ſtitu. inc. maritum. cauetur, quòd maritus
velut leno punitur, ſi vxorem in adulterio
deprehendit, & eam retinuit, nec occidit
adulterum, ſed dimiſit. cum capere & occi
dere potuerit, ſecus, ſi ſine ſua culpa aufu-
13 gerit, ut ibi habetur. ¶Et tunc dicitur ma
ritus deprehendiſſe vxorẽ in adulterio cũ
eam reperijt in actibus uenereis, puta, te-
nentẽ manus ad pectus, uel alios actus in-
neſtos facientem, non enim requiritur, ut
reperiat adulterũ cum virga in vulua, ut
declarat Affli. in conſti. regni, incip. ſi ma-
ritus. in ulti colum. ibi, & pondera. tex. ibi,
in ipſo actu. ¶ IVDEX. Quænam ad-
uerſus hæc, quæ tibi obijciuntur, affers In
quiſite? ¶ INQVISITVS. Audias
quæſo patienter, uidebis proculdubio om
nia euacuari adeó, ut nihil obſtare uideã-
14 tur. ¶ Et primò quatenus dicatur, ꝙ vir
duxit plures iuuenes in domum, eos ſolos
relinquendo cum vxore in domo, probabi
tur intrinſeca & inueterata amicitia eo-
rum, quos apparebit in domum induxiſſe,
item probabitur bona fama uitę legalitas
& conſcientia ipſorum, ut meritò, confide
re potuerit eaus maritus. nam hæc excu-
ſant, ut in proprijs terminis habetur per
Ang. in l. mariti. § qui quæſtum ff de adul
ter. ꝓ quo faciunt, quæ plenè ſcripſit Mar
ſi, in practi. cri. in §. principium ubi multa
15 de hoc. ¶ Amici enim & propinqui pariſi-
cantur ſecundum Abb. in cap. requiſiſti.

de teſti & Alexand.in l. non ſolum. § qui
alieno.ff de procu & faciunt ea, quæ ſcri
17 bit gloſ.in l. 1 C de ſica. ¶ Amicitia autẽ
facit ceſſare actionem,quæ aliàs compete
ret.ſecundum Specul in tit. de fur.verſic.
17 quid ſi amicus.¶Hinc eſt,quód amicus in
timus põt accuſare de iniuria illata ami-
co ſuo,quia iniuria ipſius dicitur . & ideo
poteſt eam proſequi ſine mandato,ſecũdũ
Bal.in l.1.C.qui accuſar.non poſſ & Alex.
19 in d.§.qui alieno.¶ Hinc eſt etiam , quód
amicus admittitur pro amico ſine manda
to,cum cuatione rati, ſicut coniũctus pro
coniuncto, ſecundum Guliem.de Cu.in l.
ſed &, de pro.licet ibi Rapha.Fulgo intel
ligat de amico coniuncto maxima amici-
tia,de quo per Ludo.de Roma.in ſignu.in
verbo amicus.& per Bart.in l.non ſolum.
§.qui alieno.ff de pro.prima colum.uerſi.
fallit in coniuncta perſona. & ibi omnino
per Alexan.ubi etiam dicit , quòd amicus
agit interdicto recuperãdæ po.l. 1.C.ſi per
uim,uel alio modo, & per eum in l. cum
alienam.C.de lega.& in l.exigẽ.de prob.&
19 per Feli.in c.coram.de offi. deleg.¶ Item
probetur bona fama,& uita uxoris tunc tẽ
poris,& intimus amor,qui erat inter eos.
nam ſemper quando maritus poteſt mõ
aliquó adumbrare ptobationem,lenocinij
per aliquam excuſationem, non puniť de
lenocinio,ut habeť in l.mariti.§. qui quæ
20 ſtum.ff.de adult.& ibi per doc.¶ Quò ve
rò ad id,quod dicitur, reperijſſe adulterũ
in ſua domo cum vxore;& ipſum dimiſiſ
ſe,poterit probari,quód ipſe maritus erat
debilis,& adulter ille fortis , robuſtus, &
nimis ualens de perſona ſua,taliter, q nõ
poterat modo aliquo,ſine magno pericu-
lo ſuæ perſonæ occidere, uel capere ipſũ ,
uel ſuam vxorem.itẽ,q ille erat armatus
ipſe verò inermis.item,quòd adulter erat
potẽs in ciuitate.item,quòd ſi in ipſo actu
uel poſt occidiſſet ſuam vxorem,abſq; du
bio adulter ille etiam interemiſſet ipſum.
item, quòd ille erat potens & ualens ad
hoc faciendum.item , quòd pluries mina-
tus fuit ſeipſum occiſurum.ſi in iudicio ,
extra iudicium de hoc conquereretur,uel
malè tractaret ſuam vxorem. Hæc autem
probando ſe excuſat,ut habes per Afflict.
in conſtitu.incip.qui coram ſe ſpectante.
21 in prin.vbi pulchrè ¶ Metus enim mortis
terret etiam conſtantiſsimos uiros.ſecũ-
dum Bal.in trac.ſchiſma in 2.col dicitur
ētiã iuſtiſsimus metus mortis,ēt ſi mors
non ſit ſequuta.l.ſi quis fumo.§ pen. ff.ad
leg Aqui.& ibi dicitur iuſtus metus , ubi
eſt iuſta ſuſpicio.l.ſi 1.col.in fi C. de iure
deli.per l.nouiſsimè.ff.quod fa.tuto.aut.&
metus iuſtus excuſat à culpa occidẽdi,ſe-
cundum gloſ.in l.ſed & ſi.ff. ad l. Aquil.&
inſtitu.de interdi.†.recuperandæ.per glo.
22 & l.3.†.armis.ff.de ui,& ui arma.¶ Et me
tus iuſtus probatur probando potentiam
& malam conſuetudinem alicuius,ſecũdũ
Barr.in l. 1.ff quod ui , aut clam.& in l.de
pupillo §.ſi quis ipſi,de no.ope.nun. & Ab
bas in cap.ſi.de appella.item probatur ex
minis,ſecundum Bar.in l.famoſi.§. 1.ff.ad
leg.Iulia.maieſt.& l.3.§.quolibet.ff. quod
me.cau.de quo plenè per Spec.in tit. quod
met.cau.Item poterit probari de bona fa
ma,uita,& conditione ipſius, & q non eſt
uerìſimile , quód ipſe uoluerit cõmittere
lenocinium in ſuam uxorem,cũ mirè fue-
rit zelotypus.item,quod non eſt uerìſimi
le,quòd ſciuerit dictum adulterum forni
cari cum ſua uxore ante deprehenſionẽ in
actu adulterij,attento quia ſemper tenue
rit,& tractauerit eam uti caſtiſsimã ; nec
dictus adulter uideri potuerit habere cõ
uerſationem cum ea.Item , quòd dũ eſſet
in actu accuſandi ipſam vxorem,fuerit ei
a pluribus dictum,ut non faceret,nã alio
qui certó futurũ eſſet,ut ab adultero occi
datur.Item quòd ſemper ex poſt facto fuit
uiſus odio perſequi dictum adulterũ;tali-
ter,quód uerìſimiliter occidiſſet,ſi potuiſ
ſet, & alia plura poſſunt probari,quæ cu-
23 rioſus aduocatus ſtudeat inuenire.¶ Et ſi
fortaſſe probetur feciſſe quæſtum de uxo-
re,ꝓbentur prædicta;& ultra probeť pau-
pertas mariti,per conſt.inci.matres, quæ
24 ubi in terminis deciditur . ¶ IVDEX.
Optimè quidem inquiſite prȩcogitaſti de
fenſiones,quæ fieri poſſunt aduerſus ea,q
propoſita &obiecta fuere per fiſcum,adeo
certè,ut meritó abſolutoria ſperari ipſis
probatis poſsit,& ne ſicco calle pertrãſeã
materiam iſtam,in qua tractatur de crimi
ne,quod eſt maius delictum,quàm adulte
rium,quia adulter peccat in ſe,& unã fœ-
minam,ſed leno peccat in ſe,& duos alios
peccare facit imò eſt maius delictum,quã
homi-



homicidium,ut per Angel.de Aret. in lib.
maleſi.in verbo, che me hai adulterata la
mia don.in ſi.aliqua dicam. ¶Et primó eſt
ſciendum,quòd in regno ſunt tria iura mu
nicipalia ſuper hoc crimine lenocinij ma-
riti vltra regiam pragmaticam,quȩ loqui
tur de lenocinio in genere,& primũ eſt cõ
ſtitu.maritum.qua cauetur,quòd maritus
deprehẽdens vxorem in adulterio, & eam
detinens,& liberè dimittẽs adulterum, ut
leno puniatur. ſecundum eſt conſti.qui co
ram ſe ſpectãte.qua cauetur,quód permit-
tens vxorem adulterari & mœchari,nõ po
teſt eam accuſare de adulterio,quia videť
conſentire adulterio.& per illam conſti.di
cit Affli.quòd nec maritus ipſe poteſt pu-
niri de lenocinio.tertium eſt conſt.quam-
uis vxorem. qua cauetur, quòd ſi maritus
habens ſuſpectam vxorem de adulterio eã
retinet,non eſt hoc poteſt de lenocinio cõ-
dẽnari, ſed tunc punitur de lenocinio quã
do patenter & euidenter cõſtiterit tenere
uxorem ad turpe lucrum,tunc enim condẽ
natur de lenocinio.& efficitur infamis : &
ſic,ut uides,in duobus caſib. maritus in re
gno conuincitur de lenocinio,primo quan
do deprehendit uxorem in adulterio, & eã
retinet,& liberè dimittit adulterum:ſecũ-
do,quando patenter conſtat maritum deti
nere uxorem ad turpe lucrũ.remanet por-
rò, quòd ſi maritus permittat uxorem lu-
xuriari cum alijs, non tũ puniatur de leno
cinio , niſi appareat eam tenere ad turpe
lucrum ut in d.conſtitu.qui coram ſe ſpe-
ctante. & ibi per Afflict. ſed eſt aduerten-
dum, quòd omnes iſtæ tres conſtitutiones
ſunt informes cum iure communi, uideli-
cet, cum l.§mariti.ff de adulter.nam ibi ēt
ſolum punitur maritus in dictis duob. ca-
ſibus,quando quæſtum de uxore facit, uel
quando deprehendit uxorem in adulterio.
ſed ſi alias patiatur uxorem delinquere,di
cit ibi tex.in d.leg.mariti §.qui quæſtum.
quòd hic caſus extra legem poſitus eſt , &
eſt ratio ſecundum Ange.ibi. quia licet ſit
in culpa , non tamen eſt in dolo, & ad pu-
niendum lenocinium requiritur dolus, &
ſic inferri poteſt ex dictis.Angel.& Alber.
de Roſ.ibi quòd ſi aliter apparebit , quòd
doloſè maritus patiebať delinquere uxo-
rem,& quòd ad hoc ipſam inducebat,licet
quæſtum de ea non fecerit , quód punitur
de lenocinio. quia plus eſt inducere uxorẽ
ad adulterium,& pati ipſam adulterari,ac
permittere,quàm deprehendere uxorem ĩ
27 adulterio, & eam retinere. ¶ Secundó eſt
ſciendum,quòd ſi maritus accuſauerit vxo
rem de adulterio, eaq; fuerit de adulterio
condemnata, ſi deinde eam ſibi reconcilia
uerit, & in ſuam domum receperit , licet
text.in d.l,mariti.dicat,quòd cenſendus &
iudicandus ſit vt leno,tamen ibi Ange.di-
cit,quòd hodie hoc eſt correctum per tex,
authen.ſed hodie.C.de adult.& idem dicit
Salyc.in l.ſine metu.C.eo.tit.& ibi hoc fir-
mat gloſſ. ſed iſtud intelligitur,quando il
la uxor fuerit emendata & correcta,& fue
rit ad melioris vitæ frugem conuerſa. vt
dicit Iaco.de Bellouiſ.in practi.cri.in ti.de
leno.4.colum.verſic.& committitur leno-
28 cinium. ¶ Tertiò eſt ſciendum quòd mari
tus leno ſuæ uxoris punitur pœna mortis
naturalis,ſecundum Affli.in conſti. mariti
29 lenocinium. ¶ Quartò eſt ſciendum quòd
mater,quæ fuit lena ſuæ filiæ punitur pœ
na trũcationis naris:& hoc eſt uerum quã-
do quæſtum facit ex ea,& prȩtium recipit,
vt habetur per cõſti. matres. ſed ſi quæſtũ
non facit, ſed ſolum conſentit filiam luxu-
riari , & mœchari, extra ordinem punitur
vt dictat regni conſtit.incip.matres. Excu
ſabitur aũt mater , ſi fecerit id propter ex
tremam paupertatem, & non habebat vn-
de uiueret niſi quȩſtum de filia feciſſet,pro
bando etiam,quòd filia conſenſit dicto le-
nocinio,ut habetur in alia conſtitu. incip.
30 matres,quæ. ¶Quintò eſt ſciendum,quòd
fœmina, quæ fuerit lena alterius fœminæ
extraneæ,& ſibi non coniunctæ, prima ui-
ce fuſtigabitur,& ſignabitur in fronte,pro
ſecunda vice truncabitur ei naſus,ut habe
tur in conſti.lenas.ſed ſi fuerit mater lena
filiæ vel ſororis , pro prima vice eſt pȩna
31 truncationis naris,ut ſuprà dixi. ¶ Sextó
eſt ſciendum,q ſi non fuerit ſequutus effe
ctus(quia fortè mulier,cum qua lenociniũ
commiſerat) noluit cõſentire, punitur le-
no pœna arbitraria ſecundum Afflict.in d.
32 conſtitu.& lenas. ¶Septimò eſt ſciendum,
quòd maſculus ob lenocinium cõmiſſum
in quancunque fœminam , punitur pœna
mortis naturalis.ſecundum Affli.in d.con
ſtitu.lenas.ut erat de iure communi,ut ha
betur in authen. de leno.in princip. & ita

cautum eſt per regiam nouel.prag.incipi.
Ferdinandus dei gratia,&cæ. deſiderãtes
itaque hac ciuitate,circa quam pragma-
33 ticam,ut aliqua dicamus eſt.¶ Primo no
tandum in tex.ibi eſſe peſtiferum genus,
nephandumq́ue nomen lenonum,quòd ge
nus lenonum eſt peſsimum ſceleratum,
nephandum,crudele,odioſum,peſtiferũ &
communis uaſtatio caſtitatis, & quod iõ
lenones ipſi ſint expellendi de ciuitate,ut
in authen.de leno.§.ſi quis autem cõſcri
ptionem.imò tanquam leproſi ſunt fugiẽ
di,& expellendi,ne inficiant,decipiant, &
ſubuertant bonas mulieres ſuis peſsimis,
peſtiferis artibus, & doloſis ſubuerſionib
ac odioſis fallacijs,& ne de bonis faciant
prauas,& inuitas faciant uolentes, ut C.
de rap.uir.l.unica.circa uerſi.ſi enim ipſa.
& §.ſin.& pulchre habetur per Ia.de Bel
uiſ.in pra.cri.in ſecundo de leno.ubi mul
34 ta habes ¶Et ob id emanauit conſt.incip.
quæ paſsim uenalem.quæ vult;ꝙ meretri
ces,& lenones debent expelli, ut non ha-
bitent in uicinia honeſtarum mulierum,
ne aliæ bonæ corrũpantur,ut bene in hoc
cõcordat tex.noſter in d regia pragma.
35 ¶ In tex.ibi,qui miſerandas puellas a ca-
ſtitate,& c.notatur, ꝙ caſtitas eſt amica
Deo & quód ſola poteſt animas hominum
præſentare coram eo,ut concordat tex.in
authen.de leno.in §.ſancimus igitur.
36 ¶ In tex.ibi modo blãdicijs.notatur,quod
à pari procedunt deducere,attrahere,& in
pellere mulieres ad luxurioſam uitã blan
dicijs,uel minis.hinc eſt,quòd committẽs
ſtuprum uel uiolentiã,punitur pæna mor
tis.& ſtuprum uiolentum nedum dicitur,
quando interuenit uis & uiolenta uera,ſed
etiam,ſi interueniſſent blanda uerba.& al
lectamẽta,ac doloſæ permiſsiones.& iſto
caſu parificãtur hæc,ut habeat locum pæ
na mortis.ſecundum Afflict.in conſ.ſiquis
37 rapere.in 2.no.in 3.q.¶ In tex.ibi,ultimo
ſupplicio debere condẽnari,dubitať num
leno ſit puniendus hac pæna,ſi unica tan-
tum uice lenocinium cõmittit.& uideť di
cẽdum,ꝙ ille iudicãdus eſt leno & ut le-
no puniendus,qui ex cõſuetudine talia cõ
miſit,& ſic ad minimũ per duas uices, ut
habetur per Iaco.de Bel.uiſ.in ſua practi.
cri.in tit.de lena.in uer.alius etiã modus
confirmatur.& etiam ex tex. ipſius regiæ
pra.ibi, lenones, qui mulieres q̃ſtuarias
proſtituunt.non diciť quis leno, ut poſsit
puniri illa pœna, ſi plures mulieres ꝓſti-
tuit,nam numeris pluralis uerificať ſaltẽ
in duobus l. ubi nu.ff. de teſtibus . nec po-
teſt uerificari in uno tantũ, ſecundũ Pau.
de Caſt in conſ 14.quẽ ẽt uide in conſilio
102.& cõſ.234.& tenet Io.An.in add.Spe.
tit.de teſt.§.1.uerſ.4 quæſtio.cogitandum
tamen eſt in facti contingentia & pronunc
38 decido.¶ In tex. ibi, receptatores eorum.
notatur,quod receptãtes huiuſmodi leno
nes, puniuntur ſecundum qualitatẽ perſo
narum,uidelicet baro & uniuerſitas in un
cijs ducentis, nobilis Burgenſis in uncijs
cẽtũ,plebeius,uel uillanus in uncijs quin-
quaginta de iure uerò communi indifferẽ
ter puniuntur talium receptatores in decẽ
libris auri, & in amiſsione domus. ut in
auth.de leno.§.ſi quis autem patiatur.
39 ¶Hic autem occurrit dubium an taberna
rij receptantes dictos lenones puniantur
hac pœna.& videtur dicendum, quód non
quia(vt dixi ſupra in verbo bãnum) tales
tabernarij non tenentur de receptatione
contumaciũ.per Doctr.Bar.in l.omnes.C.
de agri.& cenſit.ergo idẽ dicendũ eſt in ca
ſu noſtro. tu vero dicas,quód aut per tran
ſitum ignoranter receptaſſent, & tunc pro
cedant prædicta,etiam in hoc caſu, aut cõ
tinuo.vel per plures dies receptaſſent ſciẽ
ter,ut quia ibi tenebãt meretrices,& iſto
caſu tenentur ad pœnam prædictam.
40 ¶ In tex ibi,mandantes.duo notantur,pri
mum quòd in hoc crimine ex officio proce
ditur,& tenẽtur officiales ſub pœna uncia
rum centum inquirere,ſecundum quod of
ficiales inferiores a magna curia vicaria
poſſunt inquirere, & capere lenones, non
tamẽ poſſunt contra eos procedere ad pu-
nitionem ipſorum, ſed debent ſic captos
bene cuſtoditos remittere ad magnã curiã
vicariam,per eandem plectẽdos:non obſtã
tibus priuilegijs primarũ cauſarũ, ac alijs
quibuſcunq; ut ibi late habetur, quod eſt
41 mirabile.¶ Eſt etiam ſciẽdum,quòd leno
eſt peior,quã diabolus, ut habetur per Io
42 an.Neuiza.in ſyl.nup.nu.42. ¶ An interfi
ciens lenonem puniatur,& poſsit crimina
liter accuſari,uide Iacob.de Bello uiſ.in
43 pra.nu.74.¶ Item eſt ſciendum, quod le
nones à teſtimonio repelluntť. ſecũdũ Bal.
in



in tract.de teſtib.allegat.l.athletas.§ 1.ff.
de infa.& habetur per Steph.Auſre.in tra.
44 de repro.teſt.nu.63. ¶Item eſt notandum,
quód lenocinium vilis perſonæ,eſt crimen
extraordinarium; ut habetur per Bart. in
5 l.leuia.ff. de accuſa. ¶ Admittuntur tñ le-
nones ad teſtimonium de his, quæ fiunt in
poſtibulo, ut per Mar. in conſ.102.num.2.
in 2.lib.item quando aliter veritas haberi
non poſſet,ut per eundem in conſ. 113.nu.
29.in 2. lib.& conſ.127.nu. 8. in eod.lib.&
de his hactenus.

## ¶ITEM QVOD COMMI- ſit falſitatem. Rub.

### SVMMARIVM.

1 Falſum committitur per eum, qui aliquem ſup-
ponit loco abſentis dicentem, ſe eſſe illum.
num. 9.
2 Notarius nõ habet neceſſe cognoſcere contrahen
tes per nomen & cognomen.
3 Indemnitas probatur per ſigna nu. 4.
5 Inſtrumentum nunquam reprobatur per teſtes
Inſtrumentarios, niſi probetur eſſe illos ipſos,
qui deſcripti ſunt in ipſo inſtrumento.
6 Inſtrumentum probatur falſum eo ipſo, quòd
probetur contrahentium aliquem fuiſſe abſen-
tem tempore celebrati contractus.
7 Vtens falſo inſtrumento punitur de falſo,& præ
ſumitur fabricaſſe.nu.8 11.21.
10 Identitas nominis arguit identitatem corporis.
11 Clauſula:ſi,& inquantum, operatur, ut vtens
falſo,non puniatur de falſo.
12 Delinquere nemo præſumitur.
13 Falſitas ne committatur nimia ſubtilitas adhi
benda eſt.
14 Falſum ut excludatur, ſemper interpretandus
eſt actus.
15 Falſitas vt excludatur,lex præſumit uarietatem
loci,& temporis.
16 Vtens falſo inſtrumento poſtquàm certioratus
eſt de falſo,non euitat pænam falſi, & iam ſi
produxiſſet cum clauſula,ſi, & quatenus nu.
23 24.
17 Exceptionem habens in principio cauſæ, & non
opponens, non poteſt e m poſteà opponere.
18 Accuſatio redditur ſuſpecta, ſi nimis tarde fuit
propoſita.
19 Notarius ſi nimis tardauit in regiſtrando inſtru
mentum in protocollo, præſumitur ſuſpectus.
20 Dolus præſumitur in eo, qui poteſt obuiare de-
licto,& non obuiat.
22 Falſo utens,& ipſum fabricans, etiam ſi dixe-
rit,nolle uti,punitur.
25 Teſtes ſingulares non probant.
26 Teſtium ſingularitas arguit dolum.
27 Teſtes diſcordes inter ſe ipſos,non probant.
28 Teſtes quando ſint ſingulares.
29 Teſtes contrarij ſibijpſis, nunquam ſunt ad con
cordiam reducendi.
30 Teſtes deponentes de abſentia contrahentium,
debent dicere, quòd tota die cõtractus fuerunt
abſentes.
31 Suſpitio falſi habetur pro veritate.nu. 32.
33 Dolum excuſat quælibet cauſa.
34 Bono viro credendum eſt.
35 Falſum non poteſt dici, quod adiuuatur primor-
dio veritatis.
36 Falſitas non eſt,ubi non eſt dolus.
37 Falſitas non committitur,ubi quis longo tempo-
re ſtetit in poſſeſſione,uigore inſtrumenti quod
dicitur falſum.
38 Falſitas ubi nocet, punitur.
39 Vtens inſtrumento continente plura capitula
in capitulo uero,ſi aliquod capitulum eſt fal-
ſum,punitur de falſo.
40 Vtens falſo teſte, qui aduerſario non nocet, &
producenti non prodeſt, punitur de falſo.
41 Vtens falſo articulo per falſum teſtem, etiam ſi
renunciat,punitur.
42 Falſa ſcriptura priuata uten,ſita punitur, ſicut
ſi publice vteretur falſa.
43 Teſtes falſos producens compellitur eos iterato
in iudicio producere.
44 Teſtes falſos, uel ſcripturam falſam producens
quando puniatur num. 45.46.47.48.49.50
51.52.53.
54 Inſtrumentum productum ſi cum dicatur fal-
ſum, producens ſurripiat de manibus notarij,
& in ignem proijciat,an puniatur.
55 Teſtes falſos ſubducens, an, & quando punia-
tur.
56 Falſum crimen eſt deteſtabilius ueneficio.
57 Falſum eſt crimen exceptuatum ab indultibus.
58 Notarius an dicatur falſarius, ſi aliter ſit di-
ctum,quàm ſcriptum.
59 Error notarij per quot teſtes probetur, & an
præſumatur, ſi admittit ſolennitates inſtru-
mentorum.nu. 61.
62 Notarius an, & quando poteſt corrigere erro-
rem ſuum
63 Notarius a poſſit ſupplere clauſulas omiſſas
ab alio

*alio notario.*
64 *Inſtrumentum per quot teſtes probetur falſum, & quomodo.*
65 *Notarius an, & quando puniatur de falſo inſtrumento, ſi probetur aliter dictum, quàm ſcriptum.*
66 *Notarius, an puniatur de falſo, ſi ſcripſit, talis habuit, & recepit, & reuera non habuit. num 67.*
68 *Inſtrumentum falſum in vno capitulo, an ſit falſum in omnibus.*
69 *Notarius an dicatur falſarius, ſi atteſtetur omnes canonicos interfuiſſe, cum vnus abſuerit.*
70 *Notarius falſum conficiens inſtrumentum, qua pæna puniatur.*
71 *Notarius poteſt per torturam cogi ad exhibendam primam imbreuiaturam.*
72 *Teſtis deponens contra fiſcum qua pæna puniatur.*
73 *Falſum non committit, qui falſum deponit, credens eſſe verum.*
74 *Teſtis vno modo extra iudicium, contrario in iudicio deponens, an falſarius dicatur, & de falſo poſſit puniri?*
75 *Dictum teſtis extra iudicium habet vim confeſſionis contra teſtem.*
76 *Delictorum omnium quærenda eſt cauſa.*
77 *Iudex animum cuiuſque nõ euentum animaduertit.*
78 *Cauſæ non indicant niſi iunctæ cum uitio perſonæ.*
79 *Probatio bonæ famæ tollit delicti præſumptionem.*
80 *Falſitas ceſſat in magna multitudine. & in num. 94.*
81 *Coniectura non niſi duobus teſtibus probatur.*
82 *Cauſa aliquid faciendi, ex quot & quibus ſumi poteſt.*
83 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contigit abeſſe.*
84 *Coniectura vna aliam tollit.*
85 *Contractus redditur nullus per defectum ſubſtantialium.*
86 *Nulla, & inualida in conſideratione non habentur.*
87 *Falſitas ut non cõmittatur, nimia ſubtilitas adhibetur. & in nu. 91.*
88 *Suſpitio in crimine falſi quando, pro veritate habenda.*
89 *Caſſatura in contractu incorporata facta incontinenti præſumitur.*
90 *Delictum eſſe in genere commiſſum, uerè non præſumptiuè probandum?*
91 *Falſitatis diffinitio.*
92 *Falſitatis ſuſpitio ceſſat ex teſtium multitudine, & alijs.*
93 *Præſumptio delicti ceſſat ex probatione bonæ fam.*
94 *Præſumptiones fieri non poſſunt de non veriſimilibus.*
95 *Depoſitioni ex præſumptionibus coadiuuatæ ſtandum potius, quam depoſitioni in tormentis factæ.*
96 *Crimina occultè commiſſa per inhabiles teſte probantur.*
97 *In cauſa falſi criminaliter intentata liquidiſſimæ probationes requiruntur.*

## FISCVS.

AVdias quæſo domine Iudex, quæ contra Inquiſitum objiciuntur in crimine falſi, & tu Inquiſite arrige aures, quia uix vllas video poſſe parari defenſiones. ¶ ITEM. Inquirendum eſt, quòd de anno, &c. de menſe, &c. regnautibus, &c. dominante, &c. ſub præſidatu, &c. Salerni, &c. d. Tit. tenere, doloſe, ſcienter, & appenſatè obripiẽdo notario, animo falſum committendi, ipſum induxit ad fabricandũ inſtrumentum remiſſionis, tãquam initę per hæredes dicti quõdam Tit. & tamen re vera ſuppoſuit, & induxit Tat. & Tat. quos aſſeuerabat eſt hæredes dicti quondam Tit. cùm ipſos aliter nõ cognoſcebat notarius, inducendo etiam d. Tit. & T. ad mutãdum ſibi ipſis nomina, & cognomina, taliter, ꝙ dictum inſtrumentum fuit confectũ & expletum. incidendo in pœnam, &c. quod in-
1 quirendum eſt, &c. quod fuit &c. ¶ Falſum veró comittit ille, qui ſcienter & dolosè per obreptionẽ inducit notarium ad faciẽdum aliquem cõtractum tanquam factum ab aliquo, qui erat abſens, ſupponendo aliquem aſſeuerãtem, & dicentẽ, eſſe ſe illum & ſic ſe nominantem per nomen, & cogno-
2 men. ꝑ tex. l. qui veluti. C. de fal. iuncta. l. ſi qs obrepſerit. ff. de fal. ¶ Et ſi notarius hoc bona fide fecerit, non punit̃, quia notarius non debet, nec habet neceſſe cognoſcere cõtrahentes. ſecundum Bar. in l fi. § j. in 9 col. C. de iur. delib. & in rub. de fide inſtr° in 4. col. debet tamen tpe rogotus uidere

& e



& audire partes loqui. ſecundum Inn. in c. fraternitatis. extra, dę teſt nec habet neceſſe cognoſcere nomina teſtium: niſi quãdo habet neceſſe facere mention̄ de qualitatibus eorũ puta; nũ ſint idonei, & poſſidentes in bonis. ſecũdũ Bal in d. rub. de fide inſtr. in quarta col nec tenet̃ reddere rationem de identitate contrahentium.

¶ ITEM inquirendum eſt, qualiter oẽs teſtes deſcripti in prædicto inſtrumẽto deponũt examinati ꝑ ſigna, & ueras cõiecturas ex quibus de facili perpendit̃ non fuiſſe hæredes dicti quõdam Tit. qui contraxerunt, ſed alios ſuppoſitos in uicẽ eorũ, ut ſuprà dictum eſt, quód inquirendum
3 eſt, &c. † Semper, quando conſtare non põt de nomine, & cognomine alicuius, vel de identitate, ſufficit probare ſigna ipſius, ex quibus verificatur identitas, vel diuerſitas hominis ſecundum Ang. Areti. in §. quadrupli. inſt. de act. & Bal. in l. ſi quãdo. C. de teſtib. & dixi ſuprà in verb. vel eos verbaliter citari faciat.

¶ ITEM inquirendũ eſt, quòd hæredes dicti quondam Tit. fuerunt, & ſunt minores, impuberes, & abſque barba, paruam perſonam habentes. & quod illi, qui contraxerunt, fuerunt, & ſunt maiores, barbã habentes, & longi, quod inquirendum eſt,
4 &c. quod fuit, &c. ¶ Diſsimilitudo autem ſignorum exiſtentium in perſona contrahẽtium in uicem abſentium, & ipſorum abſentium, nulli dubium eſt, quin inducat diuerſitatem perſonarum. ſecundum Bar. in l. ſenatus. ff. de accu. in fi. & in in l. demõſtratio. in fi. prin. de cõdi. & demonſtra. & per cõſequẽs uidet̃ cõuinci inqſitus de falſo.

¶ ITEM inquirendum eſt, ꝙ teſtes examinati ſuper dictis ſignis, ſunt illi ipſi, qui ſunt deſcripti in inſtrumento, & uocantur ijſdẽ nominibus, & cognominibus, quibus illi, & eædem perſonæ ſunt quò ad omnia, quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c.
5 † Semper enim, quãdo quis vult reꝓbare inſtrumentum tanquam falſum per teſtes deſcriptos in ipſo inſtrumento, eſt neceſſe, quod probet eſſe illoſmet teſtes, qui in ipſo inſtrumento deſcripti ſunt, aliàs non reprobatur, ut dicam infra.

¶ ITEM inquirendum eſt, qualiter eo die, quo prætenditur dictos hæredes d. quõdam. Tit. feciſſe dictum inſtrumentum in ciuitate Salerni. erant & fuerunt in ciuitate Baroli, taliter, quòd impoſsibile ſit, fuiſſe in dicta ciuitate Salerni, ꝙ inqrendũ
6 eſt. &c. quòd fuit: &c. ¶ Non eſt dubitandum, ſi probetur contrahentem fuiſſe abſentem tempore celebrati cõtractus quin ex hoc inſtrumẽtum reddatur falſum, per l. optimam. C de contra. & commi. ſtipu & inſtit de inuti. ſtipula. §. item verborum & c. ex tenore de teſt. & habetur per Alex. in conſ. 190. in 6. lib. & et ibi habes, quomodo intelligitur & habetur per Boer. in deciſio. 165. in prima parte. & ſic non eſt dubitandum, quin debeat procedi ad condẽnationem ex prædictis ¶ ITEM. inquirendum eſt qualiter dicto inſtrumento falſo Tit. uſus fuit in iudicio, ipſumque produxit, & præſentauit, & uſus fuit uſque ad finẽ cauſę ſcienter. & dolosè, quæ omnia cõſtant ex actis cauſæ, quæ reproducuntur ſi. & in quantũ. incidẽdo in pœnã, &c. quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c.
7 ¶ Ex hoc etiã conuincitur quis de falſo, quòd utitur inſtrumento falſo in iudicio, vt habetur per Ang. in auth. de non alie. §. quia uero. col. 3. colla. 2. & habetur per Bal. in conſi. 156. in 5. libro, & hodie eſt deciſum in regno per nouell. prac. incip. te
8 ſtem falſum. ¶ Et intantum id eſt uerum, vt vtens re falſa, præſumatur eandẽ fabricaſſe, niſi doceat expreſſe de fabricante ſecũdum Bal. in l. maiorem. C. de fal & Alexã. in l. ſi quis obrepſerit. ff. co. ti. & ſic clare patet, debere procedi ad condẽnationem inquiſiti ex prædictis. ¶ IN. Audiſtis, quód in ore vulgi eſt, audias alteram partem, ſi vis recte iudicare. quare conſiderẽtur quæ aduerſus hæc obiecta proponũtur, & uidebuntur omnia abſque fundamento ſtare,
9 † Et primo eſt aduertendum, quód tria ſunt pro parte fiſci q̃ adducũtur, primum, diuerſitas ſignorum ſuppoſitorum ad cõtrahendum cum his, quorum nomina & cognomina ſunt appoſita in inſtrumento. ſecundum eſt abſentia probata die celebrati cõtractus eorum, quorũ nomina fuerũt deſcripta in inſtrumento. tertium eſt uſus inſtrumenti prætenſi falſi. Ad primum, & ſecundum euacuandum poteſt probari, ꝙ ipſe inquiſitus nunquam cognouit hæredes dicti quõdam Tit. nec cum eis fuit viſus & auditus habere & habuiſſe aliquam

conuer-

conuerſationem,& cognitionem,maximè,
cum ſint de diuerſis locis,item, quòd ſtan-
te dicto inquiſito in ciuitate Salerni,quo
dam die fuit ei relatum, iſthuc aduenisse
duos iuuenes , qui diicerētur hæredes d.
quōdam Tit.item ꝙ hoc audiens accesſit
ad eos interrogando,quo nomine & cogno
mine vocarentur , qui dixerunt ſe uocari
& cognominari nominibus & cognomini-
bus,de quibus in inſtrumento , aſſerentes
ſe eſſe hæredes d. quondam Tit.item,qua
liter ipſos rogauit de remiſsione prędicta,
qui libēter promiſerunt, prout poſtea eſſe
ctualiter fecerūt. itē qualiter non doloſè,
ſed bona fide dictus inquiſitus credēs præ
dictis induxit & rogauit notariū ad fabri
candum dictum inſtrumētum.item quali-
ter ꝓ remiſsione prædicta ſoluit ducatos
centum quos non ſoluiſſet , ſi ſciuiſſet il-
los non eſſe hæredes dicti quondam Tit.
Item,ad hoc demōſtrandū probetur, quod
de facili poterat habere remiſsionē a ue-
ris hæredibus dicti quondam Tit. cum di
cta pæcuniarum quantitate,& ſic non eſſe
uerisſimile, quòd uoluiſſet ipſam habere à
falſis,& non ueris hæredibus . Item,quod
ueri hęredes dicti quondam Tit.uocantur
& cognominantur illiſmet nominibus &
cognominibus, quibus illi deſcripti in in-
10 ſtrumento . ¶ Et ſic identitas nominis ar
guit identitatem corporis , niſi contrariū
probetur.l.qui habebat. ff. de ma. teſta &
pèr Alex.in d.l.diuus. de cuſto . reo.& una
cōiectura tollitur per aliam.ut plenius q̃
alibi, per Boer.in deci. 165.pri.parte.ubi
docet,quomodo tollantur indicia.
11 ¶ Quò verò ad id, quod dicit , quòd vſus
fuit in iudicio dicto inſtrumento , reſpon-
detur,quod uſus fuit cum clauſula ſi,& in
quantum,quæ eſt clauſula conditionalis,
(Hæc enim clauſula quòd faciat euitare
falſitatem, tenuit Rebuf. in commentar.
conſti in 3.tomo. tra. de contu . & defect.
num 25. fol. mihi 104. ) taliter . quòd id
quod ponitur ſeu producitur cū illa clau-
ſula,videtur ſub conditione poni ſeu pro-
duci & reſoluta conditione , habetur pro
non producto & præſentato.l.in tempus.in
princ ff.de hære inſti. l. hęc conditio.ff.de
condi.& demon.l.cum ad præſens.ff.ſi cer.
peta.l.cōditiones in præteritum. ff.de uer
bor.oblig.& habetur ppr Bar. in l.ambitio
ſa.ff.de decre.ab ordi.facien. antepe.colu.
Bal.in l.edita.C.de eden.in 19. col in repe
titione.Philip.Corne.conſ.80.primo libr.
in deciſiuis conſultationibus. nu 4. & cōſ.
183.nu.2. in præſenti conſultatione. in 3.
lib.hinc eſt, quod per illā clauſulam eui-
tatur falſum per producentē,ut docet Cy.
in l.ſi falſos.C.de fal And.de Iſer & Affli.
in cōſti.qui falſo inſtrumento. nec obſtat,
quòd non fuit extenſa, ſi & in quantum in
ſtrumentū apparebit verū , quia ibi eſt po
ſita dictio,&c quæ extēditur, ut ſupra.nec
obſtat quatenus poſſet dici.quod illa clau
ſula operatur , ut quatenus probet pro
producente intelligatur productio facta,
quatenus vero contrá , non , quia reſpon-
detur,quòd uirtus clauſulæ non eſt arctā
da cum habeat largas habens ; & vtrumq;
eſt apta ſignificare , & in iure clarum eſt,
quòd eſt conditionalis,ut ſupra dixi:& nō
eſt conditionalis in uno,& in alio nō,quia
lex generaliter loquens generaliter eſt in
telligenda,ut eſt notiſsimi iuris. ex quib.
ad ultimum infertur, quod cum facta fue
productio cū dicta clauſula apparet ipſum
uoluiſſe libere illo uti,ſed ſub conditione,
ſi pro ſe faceret,& ſi ueritatem contiueret,
nō enim dicitur facere pro eo id,quod fal
ſum eſt,ſed contra eum,cū ex eo poſſet pu
niri criminaliter, & in perditione cauſæ.
12 ¶ Et non eſt præſumendum,ipſum uoluiſ-
ſe delinquere l.merito.ff. pro ſocio.Bal.in
l.moucor.C.ſi ſer. expor. vel ſemper enim
capienda eſt cōiectura,ut excludatur deli
ctum,ut conſuluit Cor. in conſi. 101.in 2.
lib.nu.25.etiam,ubi concurreret coniectu
ra , & præſumptio includens delictum.nā
debet attendi exc.uſiuè, ut potius iudicet
non delictum ut per Gramma.in deci.18.
nu 5.& conſuluit Lud. Ro.in conſ.68.uiſis
in propoſitis.habetur per Bar.in l.non ſo-
lum §.ſed ut probari.ff de no.oper. nunci.
ſemper enim quādo quid producitur cum
clauſula,ſi, & quatenus , uidetur excludi
falſum,quia falſum pro eo non facit:qa eſt
delictum punibile , & non cauſat victoriā
cauſæ ſe perditionem,& ipſius punitionē.
13 ¶ Et de iure,ne cōmittatur falſitas,nimia
ſubtilitas adhibenda eſt. l.fi. & ibi Bal.C.
14 de fideiuſ ¶ Intātum , ut ſi ſit aliquod uer
bum aptum importare falſitatē, fiat inter
pretatio. ut non importet.ſecundum Bal.
in



in l.j.C.de ſa.ſan.eccle.& in l.errore.C.de
teſta.& Bar.in l.gerit in 5.col. ff.de acqui.
15 hære.¶ Hinc etiam videmus, quód ut ex
cludatur falſitas, lex præſumit varietatē
loci vel temporis. ſecūdum Bal. in l.impe
rator.2.col. ff. de ſtatu. hom.Alex.in l.iu-
ris gentium.§.quòd fere ff.de pact & Sal.
in l.de tutela. C.de reſt. in integ. & Alex.
in cōſ.70.in prima parte. ¶ FIS. Ne ultra
ꝓgrediamur, ad hoc vltimum fundamē-
tum de uſu inſtrumenti reſpōdeo,ꝙ etiāſi
prædicta poſſent procedere, tamē non pro
16 cedant,quando ꝓducēs certioratus , quòd
ſit falſum inſtrumentum productum cū di
cta clauſula,ſtatim nunc renūciat uſui ip-
ſius , ſed uſque ad finem cauſæ perſeuerat
utens ipſo,quia licet poſtea renuntiet,nō
euitat pœnam falſi,ut habetur per Sali.in
l.ſi falſos.C. de fal. & Gandi. in tit.de fal.
2.col.uerſi.ſed pone. ratio eſt, quia licet a
principio potuiſſet dici , ꝙ erat ignorans,
& habuiſſet ex hoc excuſationē, certiora
tus tamen de falſitate dicitur in loco,ut.
ff de libe.homi.ehiben.l.2.§.ff. ſi is, qui.&
arg ff.de pact. l.iuris gentiū.§. ſine, & l 2.
§.circa. de do. exceptio . & ſequitur Ang.
de Are.in li.male. in uerbo. falſario.in 7.
17 col.in fi.uer.ſed pone; Titius:¶ Quod qui
dē corroboratur , quia licet quis ſit tutus
aliqua exceptione,ſi potuit opponere ante
litem conteſtatam , & non oppoſuit , non
pote ſtea amplius ſe tueri. ſecundum Sal.
in l.ita demum. ff. de pro & exceptio non
oppoſita in prima cauſa per malitiam,nō
poteſt opponi in cauſa appellationis.ſecū
dum Abba.in capit.primo de except.
18 ¶ Item confirmatur,quia ſi accuſator diu
ſtetit ad accuſandum,eius accuſatio,reddi
tur poſtea ſuſpecta , & præſumitur eſſe in
dolo,ut conſuluit Bal.in conſ.37.primo li
bro.incip.quidam tabellio.in fin. & ſequit
Marſi.in ſua praxi.§. diligenter.num.201.
& ibi. allegat conſ. Bald. incorruptè , ſed
19 voluit eū allegare.ut ſuprà. ¶ Tertió con
firmatur,quia ſi notarius tardauit in regi
ſtrando inſtrumentū in protocollo, oritur
ſuſpicio de falſo contra eum ex illa tardi
te;ſecundum Paulum de Caſtro, in conſi.
281.in cauſa iſta quinque.col. prima lib.
primo & pari modo ſi pars diſtulit produ-
cere inſtrumentum, oritur ſuſpicio de fal
ſo contra eum,ut probat in l.ſi qs forte.§.
1.ff de pęn.ibi nec.n.debebant tam magnā
rem tandiu reticere & per Old. cōſ. 115.
factum tale eſt uacante eccleſia. & ſequit
illum Aymo Craue.in conſ. 28.aſſertū te
20 ſtamentum num 6.in pri.li.¶ Quartò cō
firmatur quia dolus præſumitur in nō ob
uiante delicto,cum poteſt , ſecundum Ab.
Sicu.in cap.quantitate.de ſen.excom. fa-
cit: 13.q 3.c.qui poteſt.cum ergo hic vſus
fuit uſque finem cauſæ,& orta quæſt.falſi
non renuntiauit.non poteſt euitari quin
21 de falſo puniatur.¶ Item hoc confirma-
tur,quia licet aliás quis in falſum non in
cidat,utens inſtrumento falſo niſi facta in
ſtantia,ut declaret,an uelit uti,& ei aſsi-
gnato termino ad declarandum iuxta do-
ctri Bar in l.diuus.ff.de fal.la 2 quam ap-
probat Ange.de Are.in lib.male.in uerbo
falſario in 7.col.verſi.ſed cautela eſt.tamē
quando falſitas eſt notoria,in actis abſq;
partis inſtantia debet declarare , ſe nolle
uti,aliàs in falſum incidit. ſecundum Sal.
in l.ſi falſos.C.de fal.& eſt ratio,quia prę
ſumitur eſſe in dolo,quī nō facit id , ad ꝙ
ſcit & ſcire debet ſe teneri ſecundum Bar.
in l.tutor qui repertorium , in 2 col.2. in
fi.ff.de adminiſtratur.& l.dolus.& ibi Bar.
ff.man.& l procuratorem § dolo.eodem ti
tulo.& Alexan.in l.ubi.ff.de edendo. ſed
data notorietate falſitatis tenetur renun-
tiare,ergo ſi non renuntiat, uidetur in do
lo.item non eſt dubium, quód falſitas eſt
de genere prohibitorum.quare quandocū
que eſt notoria,qui ei non renuntiat,uide
tur eſſe in dolo ſecundum Bal.in l.dolum
C.de dolo.& ibi Doct.& no.in l.ſi non con
uitij.C.de iniu.& in l.1.C.de falſ. cum er-
go,quando notoriè conſtaret ex actis de
falſitate prædicta,non renuntiauerit uſui
dicti inſtrumenti,non poteſt euitari,ut de
22 falſo non condemnetur . ¶ Immo plus
dico,quod licet renūtiaſſet a principio or
ta quæſtione falſitatis,uel anteà,adhuc nō
euitaret falſum,quia præſupponitur ipsū
fabricaſſe falſum quò caſu licet renuntiet
adhuc tamen punitur de falſo,quia nō eſt
ſimplex uſus,ſed concurrit fabricatio fal-
ſitatis,ut habetur per Angel.de Are.in li.
malefi.in uerbo,falſario.¶ I N Q.Subtili-
ter inſurrexiſti domine Fiſce aduerſus ex
cuſationes & defenſiones per me poſitas ;
ſed parum,aut nihil ueritati efficere poſ-
ſunt

23 ſunt. ¶ Quare ſciendum eſt; quód prædi-
cta omnia procedunt,& habent locum,quã
do verè falſitas apparet in actis probata,
ſecus,ſi præſumpta tantùm.ut in terminis
decidit noſtrorum iuterpretũ verus anti-
ſtes Albe.de Roſa in l.diuus.ff.de fal.la 2.
ſequitur pater practicæ crimina Angel.de
Aret.in lib. maleſi. in verbo falſario in 7.
24 columna.¶Item procederent dictæ doctri
næ,quando producens eſſet certioratus de
falſitate, & eſſet inſtatum, vt declararet,
an intenderet vti,per doctrinam Bald in l.
fin. C. ſi ex fal. inſtru. in fin quia non de-
bet ex ſeipſo vltro renuntiare, quam do-
ctrinam corroboro per deciſionem Capi.
67 in fin.cùm ergo in caſu noſtro non con-
ſtet de dicta falſitate notoriè,nec ſit certio
ratus,prædictæ doctrin.nõ procedunt, nec
obſtant, & quòd non probetur ex actis fal-
ſitas inſtrumẽti uerè patet,quia teſtes de-
ponentes ſuper ſignis contrahentium,& di
uerſitate ſignorum eorum qui reuera erãt
hæredes dicti quondam talis,omnes ſunt
25 ſingulares. ¶ Et clarum eſt,ꝙ teſtes ſin-
gulares non probant, ut habetur in leg.ob
26 carmen §.ſi.C.de teſtibus. ¶ Imò teſtium
ſingularitas arguit dolũ ſecundum Bal. in
l.iuriſiurandi.C.de teſti.in 2. col.verſi.de-
27 inde no. ¶Item dicti teſtes ſunt diſcordes
inter ſe, ut uideri poterit, & ſic non pro-
bant ſecundum Bartolum.&Alex.& doct.
in leg.2.§.creditum. ff. ſi certum petat. &
Barto.in l.inſulam.§.fructus. & ibi Imo.in
pri.oppoſ.uerſ & hoc inducit.& ibi Alexã.
ff.ſolu.matri.& Ioan. And. in addi.Spec.in
ti.de teſti.§.iam de interrogatorijs.&Bar.
in l.infinita.§. ſi ante hoc decretum. ff. de
damno infect.Ang in l.qui ſententiã.C.de
28 pœnis. ¶ Et quòd teſtes examinati ſint ſin
gulares,probatur,nam tũc dicuntur teſtes
ſingulares, quando eorum dicta recipiunt
ſeparationem ex diuerſitate factorũ ſecun
dum Baldum in l 1.C.ſi unus ex plu. appe.
ad fin.ante uerſ.quæro utrum. & Barto!.in
l.2.§.ſi dubitetur.quemadmo. teſta.aperi.
& Bal.in l.apud antiquos prima col. uerſi.
item not. illam uulgatam.C.de fur.& in l.
pri.§.q.de teſta.& in l.2 in 2. colum. C de
bon.poſſ.ſecundum tabu.cùm ergo dicti te
ſtes partim dicant, quód d. T induxit ad
faciendum contractum, & quòd ei dixit,
quòd d. tales eſſent hæredes quondam T.
& quòd uocaretur nominibus & cognomi
nibus, ut in inſtrumento: partim uero,ꝙ
ipſe nihil dixit:ſed quód dicti tales aſſere-
bant ſe eſſe hæredes,& uocari & cognomi-
nari, ut inſtrumento cauetur: ſequitur,ꝙ
ſunt ſingulares,& contrarij:item diſcordes
in ſignis contrahentium, ut patet ex actis
ergo ſequitur, quód eis non eſt adhibenda
29 fides. ¶ Item duo teſtes primi examinati
ſunt contrarij ſibijpſis: quo caſu nunquam
ſunt reducendi ad concordiam,ſic quidem
ut probent,ſecundum gloſſ. But. & Abbat
in cap.in noſtra.de teſti. Barto.in l.eos. de
fal.Iacob.But.in l.cum de ætate.de proba-
tio.But.in c.cum tu.de teſti.uer.de primo
& Alexan in l.inter ſtipu.§.1. de uer. obli.
Alex.in conſ.132.in prima parte. & conſil.
42.in 4.parte.& in l.1.de no. oper. nuntia.
30 ¶ Præterea teſtes deponentes de abſentia
hæredum d.quondam talis,non deponunt,
ꝙ per totam illam diem contractus fue-
runt in ciuitate Baroli,& quód non potue-
runt alibi eſſe, ut requiritur. ſecundum
Alex.in conſ.190.in 6. lib. & ſic ex his ha-
betur nõ eſſe probatam falſitatem. ¶F I S.
Vtique ſi cuncta rimares, & perfunctoriè
31 non pertranſires,agnoſceres ueritatẽ. ¶Scis
enim, quód ſuſpitio falſi ꝓ ueritate habe-
tur.niſi ille ſuſpectus probet veritatem: ſe
cundum dom.Archid.in capit.memoriam.
19. diſtinct.allegat. l. iubemus. C. de pro-
bat & plenè habetur per Marſ.in rubric.
ad leg.Corne.de fal. & ſic licet plena pro-
batio fortè non adeſſet, non poſſet tamen
negari, multas ſuſpiciones, & indicia, ac
præſumptiones de falſitate adeſſe, ex qui-
bus meritò debeat procedi ad condemna-
tionem. I N Q V I S I. Si bene inſpice-
rentur doctores loquentes de hoc,nõ vtiq;
32 ita dixiſſes. ¶Nam prædicta procedunt,ut
poſsit ad capturam procedi; non aũt quò
ad condemnationem, ſecundum Afflict. in
conſtitution. qui literas.de fal.& dicit hoc
uelle text. in l. iubemus. & Dec. in conſil.
175.incip.in cauſa falſitatis. immo Gram.
in conſ.30. nume. 5. tenet, quòd prædicta
procedunt in actione falſi ciuiliter intẽta-
ta,non autem,quando criminaliter. Item
eſt aduertendum ꝙ dictum Archid. & Ge.
habet locum quãdo ſuſpitio falſi oriretur
ex uitio uiſibilis ſcripturę,puta ex abraſio
ne,uel cancellatione,aut vituperatione in
loco



loco ſuſpecti,non autem, ſi extrinſecus ꝓ
ueniant ſuſpitiones. ut diſtinguit Inn.in
cap 1.col.pen. verſ.item nota. vtile eſſe ꝙ
tabellio.ex de fide.inſtrum. & Spec.in tit.
de inſtru.edi.§.breuiter cõmemorauimus
colu 4.num.13.verſ.& not quòd tabellio
& Paul.de Caſt.in le. iubemus.C.de pro-
batio.& plenè & pulchrè per Iacob. Man-
34 deli.de alba.conſ.99.per totum.Præterea
nonnè habemus,ꝙ quælibet cauſa etiam
iniuſta,excuſat á dolo,ut eſt glo.in l.pla-
gij.in verbo,iuſta.C.de pla.& l.1.in fin.de
abi.l.igitur.§.illud.ff.de lib.cau.& Alexã.
in §.duo fratres.in 9.column.ff.de uerbor.
obliga.Iaſon.in l.ſiquis maior.9.columna.
C.de tra.Ang in l.fin.in princ ff de eo,per
quem fa.erit.ubi etiam dicit, quò d cã te-
meraria excuſat è dolo.Bartho.So.in cõſ.
116.incip.viſis narratis. uide circa tertiã
dubitationem prima parte vbi dicit,quòd
quælibet cauſa beſtialis excuſat à dolo.,
Sed ad hæc vide quæ dicã inferius nu.46
in fin.cùm ergo ex probatis in proceſſu ſa
tis conſtet,quòd inquiſitus habuit iuſtam
cauſam credẽdi,illos nominatos in ꝓceſ-
ſu fuiſſe,& eſſet hæredes veros dicti quon
dam talis(quia ipſi hoc aſſerebant, & ab
alijs erat ei relatum)ſequitur, ꝙ excuſa-
tur à falſitate,maximè,quia erant, & ui-
debantur boni uiri.Et habemus etiam, ꝙ
credendum eſt bono viro,ut eſt gloſſ.not.
in l.Titio fundus.ff.de condit.& demõſtra
tio.quam dixit ſignu.Bal.in cap.ſanctorũ.
de præſcrip.& in c. cúm contingat.de re-
ſcrip.& Pet.de Anc.in c.ſi. extra.de appel.
& Angel.in l.prima.ff de eo,per quem fue
rit.& Ioan.de Imo.in conſtitutio 104.&
plenè per Marſi.in practi.crimi.in §.prin-
35 cipium.nu.8.¶ Præterea illi deſcripti in
inſtrumento vocantur, & cognominantur
ſicut illi hæredes dicti quondam T.& ſic
dictum inſtrumentum adiuuatur primordio
veritatis,& ſic non poteſt dici falſum.nã
in iure eſt cõcluſio communiter approba-
ta,quòd non poteſt dici falſum id,quod ad
iuuatur primordio veritatis l.cùm filius.
§.hęres meus & ibi Barto.Ioan.de Imo.&
Alber.de Roſa.de leg.2.& l cum,qui § fi-
nal.ff.de ſolut.pro quo conſuluit Aymon
Craue.in conſ.46.nume.8 primo lib.Phi-
lip.Cor.in conſ.26.hæc conſulatio.nume.
36 15,11.lib.¶ Imò ſtantibus prædictis,inui
tis dentibus eſt dicendum,quòd non adeſt
dolus in eo,& ubi non eſt dolus, & certa
ſcientia,non datur falſitas ſecundum Ho.
in c.in ſumma.extrá.de cri.fa.per leg.nec
exemplum.C.de fal & l.quid ſit falſum. &
l.diuus.ff.eo.ti.ſequitur Marſ. in rubrica.
ff.de fal.Veronen.conſi.21.& conſ. 24.Ber
trand.conſ.175.3.libro numero 8. Marſil.
in conſi.111.num.14 2.lib. & conſ.70.nu.
7.pri.liq.& conſi.77.nume.primo.11.lib.&
conſi.89 num.12.lib.Bal.conſi.33. 3 libro
nume.2.Alber.de Roſa.in d. le. nec exem-
plum.& in l ſi ex l.nume.4.ff.ad l.Iuliam.
de adulter.& in l.ex quibuſdam §.diuus.
ff.de iure fi.Ang.de Ar.in lib male.in uer
bo falſario.in prin.& nouiſsimè eſt ſtatu-
tum in regno per regiam nouellam prag-
maticam incip.teſtem falſum.¶Præterea
37 diu eſt,quòd dictum inſtrumentum confe
ctum fuit, & productum in iudicio, & ibi
admiſſum,idque ſuo vigore.diu eſt etiam
quòd d.T.inquiſitus non fuit moleſtatus,
quo caſu videtur dici poſſe, quòd falſitas
non cõmittatur,per ea, quæ ſcribit Aymo
Cra.in conſ.65.num.11.primo lib. ubi ſi-
quis utitur inſtrumento, licet falſo, quũ
longo tempore ſteterit in poſſeſsione,non
committitur falſitas:quia ex quo lõgo tẽ
pore illud inſtrumentum fuit obſeruatũ,
cenſetur approbatum,& per cõſequẽs ceſ-
ſat falſitas.allegat pro hoc Bal.in cõſ.37.
quidam tabellio.lib.pri.pro quo etiam di
cit facere id,quod ſcribit Cy.inter cõſilia
Bald.in allegationibus ſuis,quæ ſunt poſt
conſi.Bal.400.ſuper primo puncto, colu.
prima.lib.4.allegat etiam Bald.in conſil.
403.quæritur,an per ſolam diffamationẽ
38 in ſi.lib.6.¶ Præterea tunc falſitas puni-
tur,ubi aduerſario nocet,& adfert damnũ
ut late domine Iudex dixiſti in 4.parte
tertiæ partis principalis huius praxis.hic
autem nullum damnum adfert, ergo non
punitur.¶ I V D E X.Datis pro ueris his,
quę per inquiſitum adducta fuerunt, cúm
pro maiori parte in facto conſiſtant, non
eſt dubitandum quin excuſetur á falſo, &
ita cenſeo iuris eſſe ſed ne uideat ſurda au
re pertranſire,in hac materia falſitatis ali
qua ſummatim dicere decreui,ut ſic ualea
tis materiã criminis falſitatis ſcire.& pri.
ad materiam regiæ pragma teſtem falsũ.
39 eſt ſciendum, quod adeò eſt uerũ, quód
vtens

vtens ſcriptura,inſtrumento ,vel teſtibus falſis puniat de falſo,ut ſi aliquis produxerit inſtrumentum plura capita cōtinēs & eo utatur in capite uero,ſi tamen id ipſum etiam contineat capitulum falſum,licet eo non utatur, quód de eo non ſit vis quæſtionis teneatur tamen pęna falſi ſecundum Io.And. in addi.Specu.in titu.de inſtr.edi.§.poſtremò aliàs eſt in §. ſequē. in addi.quæ incip.huic dicto.quem refert & ſequitur Alexan.in l.ſi vnus,in fin.C.de teſta.& eſt ſatis notabile dictum & habetur per Gandi.in ti.de falſa.2.col.uerſi.ſed quid ſi inſtrumētū,& in §. ſubijciamus.eo.
40 ti.¶Ita intantum eſt uerum,quod vtēs falſo puniatur de falſo,ut ſi quis vtatur teſte qui aduerſario nō nocet,& producenti nō prodeſt,nihilominus teneatur de falſo.ꝑ doctri.Bald.in l.ſi.C.ſi ex fal.inſtru.quam ad hoc allegat Berta.in ſuo repertorio.in verbo falſum.uer.105.ubi ad hoc alle.Pa. de Caſt.conſ.148.& habetur per Gandi.
41 in titu.de fal.uerſi.ſubijciamus. ¶ Itē nō procedit præcedens concluſio,ut ſi aliquis produxerit falſum teſtem ad probādū falſum articulum, licet poſteà renunciet,puniatur tamen pœna falſi.& eſt ratio , quia non eſt ſimplex uſus:ſed concurrit fabricatio falſitatis,niſi teſtis deponeret extra articulum.ſecundum Bar.in l.ſi falſus.C.de fal.Bar.& Bal.in l.3.in fi.de.C de fi.inſtru. pro quo uide Capitium in deciſio.67.inci
42 pi.in cauſa magnifici Annibalis. ¶ Item adeò procedit,ut etiam puniatur de falſo producens ſcripturam priuatā falſam , & ea vtens,ſicut puniretur, ſi produceret publicam ſcripturam falſam.ſecundum Bal. in leg.ſi.naprima colum.in fine. C. de fin. inſtrumen.& Barto.in l.penul.C.de proba. & habetur in leg. Lucius.ff.ad municip.&
lo hauea fatto dire, viſum eſt, ipſius adeſſe
cõfeſsionem, quo caſu dixi bene fuiſſe pro-
uiſum, licet renuntiaſſet quærulator, & nõ
30 fuit deuentum ad ſentẽtiam. † Et blaſphe
mans Deum coram iudice, põt ad pœnam
pecuniariam puniri, ut habetur per gl. cap.
Deus omnipotens, in verbo, iudicis. 2. q. 1.
& in l. j. C. qui & aduer. quos refert & ſe-
quitur Caſſa in conſuet. Burgu. in ti. lamẽ-
de de ſimple reſcouiſſe. nu. 3. fo. 74. ſed glo.
illa non loquitur de blaſphemante, ſed ge
neraliter de committente delictum coram
iudice. vnde dubito, pp regiam prag. qua
cauetur pœnam non poſſe commutari in
pecuniariam in blaſphemia.

## ¶ ITEM QVOD COMMISIT crimen læſæ maieſtatis. Rubrica.

### *SVMMARIVM.*

1 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui mit*
*tit nuntium uel literas hoſtibus populi Roma-*
*ni num 8.*
2 *Socius criminis admittitur contra ſocium crimi*
*nis in crimine læſæ maieſtatis.*
3 *Teſtes ſingulares, & varij probant in crimine*
*læſæ maieſtat s.*
4 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui mit-*
*tit pecuniam hoſtibus populi Romani nu 9.*
5 *Teſtes inhabiles & infames admittuntur in hoc*
*crimine læſæ maieſtatis num. 87. 108.*
6 *Minores torqueri in hoc crimine læſæ maieſta-*
*tis.*
7 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, cuius ope*
*ra iniuſſu principis obſides liberati ſunt. &*
*num. 19.*
11 *Congregans armatos in ciuitate à quibus oritur*
*mouetur q; ſeditio committit crimen læſæ ma-*
*ieſtatis nu. 16. 17. 18.*
12 *Tractatum faciens de ſumendo arma aduerſus*
*regem, crimen læſæ maieſtatis committit*
*num 22.*
13 *Conſilium dans hoſtibus in perniciem regis com*



*mittit*

*mittit crimen læſæ maieſtatis.nu.23.*

14 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui hoſtes ſollicitat, vt arma ſumat contra regem num. 24.*

15 *Item, ſi quis concitauerit exercitum regis ad tumultum.nu.25.26 27.28.29.*

19 *Seditioſus quis proprie dicatur.*

20 *Seditio quid ſit.*

21 *Congregans gentes, ut faciat ſeditionem, ſi non ſequatur effectus an puniatur.*

28 *Filius non præſumitur, ꝙ ſit diſſimilis patris.*

30 *Crimen læſæ maieſtatis non committit ille, qui fuit cum hoſtibus citra vſum armorum, & quaſi per caſum.*

31 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui quo modo opem hoſtibus tradit. numero. 37. & 38.*

32 *Item committit tradendo victoriam hoſtibus. nu.39.40 & 41.*

33 *Item committit tenendo arcem contra voluntatem principis.nu 42.44.*

34 *Item committit tradendo arcem hoſtibus. num. 45.46.*

35 *Item committit bellum gerendo cum hoſtibus regis abſque permiſſu principis. numero. 47.*

36 *Item committit creando magiſtrum militum abſque licentia principis.nu.48.49.*

43 *Literæ regis non ſunt ſemper exequendæ.*

50 *Crimen læſæ maieſtatis committitur recuſando exercitum ſucceſſori tradere. nume. 64. 65. 66.67.*

51 *Item committitur de relinquendo exercitum regis, & accedendo ad hoſtes num. 68. 69.70. 71.72.*

52 *Crimen læſæ maieſtatis committit, qui ſub iuramento promiſit, ſe proditurum regem. num. 73.*

53 *Item committit inducendo exercitum regis in inſidias nu 74.*

54 *Item committit relaxando hoſtes regis captos. nu.75.*

55 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt, vt fideles regis deſiderentur. numero. 76.*

56 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt, ut rex exteræ nationis regni non obtemperaret num.77.*

57 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt, ut hoſtes iuuentur pecunia, iumentis, & alijs num.78.*

58 *Item committitur corrumpendo ſtatuas Imperatoris iam conſecratas num.79.*

59 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt, ut ciuitas caperetur.nu.80.81.82.*

60 *Item committitur per eum, cuius opera factum eſt conſilium de occidendo rege. numero. 81. 83.*

61 *Item committitur per eum qui fictè caſſauit ſodales, vt accederent ad hoſtes.nu. 84.*

62 *Item committitur per eum, qui machinatur de non præſtanda obedientiæ regi. numero. 85. 86.*

63 *Item committitur per eum, qui falſum in tabulis publicis conſcribit in læſionem reipublicæ.*

69 *Conatus punitur in crimine læſæ maieſtatis.nu. 70.71.72.88.*

86 *Crimen læſæ maieſtatis non committitur verbis, & habet duo capita.nu 90. & tam in primo, quàm in ſecundo capite poteſt in abſentes procedi.nu. 91. & quæ ſit pæna contentorum in 1. & 2.cap.num.92.*

97 *Crimen læſæ maieſtatis committunt etiam conſcij, nuntij, & ſatellites.nu 94. & an committatur per clericum.num 96. & in hoc crimine proceditur ex officio nu. 97.*

98 *Copia denuntiationis an detur in crimine læſæ maieſtatis.*

99 *Defenſiones non dantur in crimine læſæ maieſtatis inconſulto prorege.*

100 *Iudex debet conſiderare in crimine læſæ maieſtatis perſonam deferentis, qualitatem teſtium, & alia.*

101 *Fideiuſſoribus liberari non debet carceratus pro crimine læſæ maieſtatis inconſulto rege.*

102 *Tractatum, qui ſit contra principem ſciens & non reuelans, qua pæna puniatur.*

103 *Tortura etiam in crimine læſæ maieſtatis non infertur non præcedentibus indicijs: tum omnes poſſunt torqueri. nu.104.*

105 *Accuſare omnes poſſunt in crimine læſæ maieſtatis.*

106 *Filij puniuntur ex delicto patris in crimine læſæ maieſtatis.*

107 *Appellatio non permittitur in crimine læſæ maieſtatis.*

108 *Quando infames, & alij ad teſtificandum non idonei, ad ferendum teſtimonium de crimine læſæ maieſtatis admittantur.*

FISCVS.



## FISCVS.

1 ADhuc & alia longe maiora ex fabricato proceſſu, ſi rectè inſpiciatur, liquere dignoſcuntur. apparet, n. eundem intinctum eſſe crimine læſæ maieſtatis: ꝙ quidem quàm ſit horrendum & atrox, nemo eſt qui neſciat. conſtat autem ex proteſtatis, eundẽ inquiſitum miſiſſe literas & nuntium hoſtibus & rebellibus Cęſareæ maieſtatis: quo caſu crimen læſæ maieſtatis cõmiſit: vt habetur in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. dum in indiuiduo dicit: item is, q hoſtibus populi Romani nuntium uel lit-
2 teras miſerit. † Nec obſtat, ſi dici poteſt, ꝙ ille, qui hoc deponit, ſit ſocius criminis quia dato, quòd hoc ſit uerum cogitari debet, quod in hoc crimine ſocius criminis admittitur contra ſocium criminis: licet alias ſit ſecus; ut in l. 1. §. diuus. ff. de quæ.
3 & in l. quoniam liberi. C. de teſti. † Nec etiam obſtare uidetur, quod non ſit conteſtis cum alijs teſtibus examinatis. quia in hoc crimine læſæ maieſtatis nõ obſtat ſingularitas teſtium, nec etiam uarietas; maxime, quando contra aliquem inquirit crimine læſæ maieſtatis in genere, non de aliquo facto ſpecifico, ut hic factum fuit cũ generaliter fuit inquiſitus de hoc crimine læſæ maieſtatis, & in ea informatione multa uerificantur, quæ tendunt nõ ad vnum ſpecificum actum criminis læſę maieſtatis, ſed ad plura, & teſtes ipſi cõcurrunt, & ſe cõcordant in eundem rei finem, quòd commiſit crimen læſæ maieſtatis quo caſu id ſufficit, ut per multa latè cõcludit Marſi in cõſi. primo. in primo li. nu.
5 27. cum pluribus ſequentibus. † Item conſtat, quòd dum eſſet in urbe, pecuniã miſit hoſtibus regiæ maieſtatis, & ſic crimen prædictum clarè commiſit; vt habetur in l. quarta. ff. ad l. Iul. maieſtatis.
7 † Nec obſtat, quod teſtes hoc deponentes ſint minores, quia in crimine læſæ maieſtatis admittuntur teſtes aliàs inhabiles, & etiam infames; ut latè concludit Marſi.
6 in conſi. ſuprà allegato. † Imó minores in hoc crimine torquẽtur, ut habetur in l. de
7 minore. ff. de quæſt. † Item commiſit crimen læſæ maieſtatis eó, quia de eius conſilio factum fuit, ut obſides iniuſſu principis aufugerent, & liberarẽtur. habetur in l. 1. ff ad le. Iul. ma. ex quibus omnibus ſimul iunctis debet ad mortem condemnari.
8 † INQVIS. Sæpius dixi, quód cautè procedentes priùs factum bene calculatum & ponderatum proponunt, ac ius poſtmodũ ex eo eliciunt. cum ex facto ius oriatur, quam ob rem cũ ex proceſſu ſimpliciter conſtet de miſsione literarum, & nuntij, non poteſt dici commiſſum eſſe læſæ maieſtatis crimen, non conſtito quòd miſerit literas vel nuntium hoſtibus, quibus denũtiaret, opportunitatem eſſe capiẽdi ciuitatem, & dominium illius, vel aliquid aliud machinandi contra regiam maieſtatem. aliud ſi ad hũc finem non miſerit, non incidit in crimen læſæ maieſtatis. ſecundũ Marti. Lauden. in tra. de cri. læſæ maieſtatis. §. 2. ubi dicit, quòd requiritur, quod dolosè mittat. & ſequitur Ludo. de Ro. in cõſi. 365. in fi. & Cæpol. in conſ. 17. col. 7. ni princ. & Oldra. in conſi. 43. in 6. q. & Boer. in tract. de ſeditio in 7. præmiſſo. num. 15.
9 † Quo uerò ad id, quod dicitur de pecunia hoſtibus miſſa, replicatur, quòd tunc dicendus ſolum eſt aliquis commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis, quando probatũ eſt quod ſciuerit illum eſſe hoſtem, inimicũ, & rebellem domini: puta, quia ſeruiret in armis, aut conſilio contra dominum arg. tex. l. diues. vbi Bart. ff. de teſta. milit. & uoluit Aymo Crauet. in cõſi. 6. nu. 72. in primo li. item tunc quoque, quando conſtat, dediſſe illum pecuniam, uel aliter auxiliũ in damnum & præiudicium dominij. aliàs enim, ſi tantum conſtaret dediſſe ipſum pecuniam, non eſſet concludẽter probatũ; vt habetur latè per eũdem Aymo in d. cõſi. 6 nu. 87. uerſi. undecimo arguitur. uide Fran. Cur. in conſi. 20. in cap ſæpenumero
10 col. 20. † Quo veró ad id, quod obijcitur, ꝙ de eius conſilio factum fuit, ut obſides iniuſſu principis aufugerent, reſpondeo, quòd non apparet probatum, quòd id factum fuit dolo malo; ut requiritur ad hoc vt committatur læſæ maie. crimen. probatur d. l. 1. ff. ad legem Iul. maieſta. quo circa præſupponendo, dictum inquiſitũ dediſſe conſilium, ut dicti obſides aſportarent ad alium locũ cauſa maioris ſecuritatis; ſi poſtea contrarium eueniat; uidelicet, ſi in itinere aufugiãt, aut aliter liberent, ta-

tis

tis defenſionis erit, ꝙ dederat conſilium
ad bonum finem. nam vt ſæpe dixi, nemo
ſic præſumitur delinquere l. merito.ff.pro
ſoc.& ſic res erit clarior. debuit enim con-
cludi, quód de eius conſilio, a nimo, & pro-
poſito offendendi regiam maieſtatem ſci-
enter & doloſè actum fuit, vt obſides in
iuſſu principis liberarentur: prout effectua
liter liberati fuerunt:& ſic cuncta non con
cludantur, ſed ſimpliciter probetur, quòd
etſi dederat conſilium, ut obſides aſpor-
tarentur de vna ciuitate ad aliam, & in iti
nere per hoſtes fuerit erepti, & ſic res ma-
lè ſucceſſerit; non tamen ob id conſtare,
quòd doloſè id fecerit, id quod omnino
requiritur, vt in crimen læſæ maieſtatis
quis incidat, conſilium porrò illud oporte
bat eſſe bonum, vel malum; ſed debet præ-
ſumi bonum legis authoritate, & fauore
hominis, & debet interpretari ab homine
illo, qui conſilium dedit; ſecundum Bal.in
l.1.in 5.col.verſ.& not. quod conſilium.C.
de ſer.fugi. item conſiliumnon obligat ad
delictum, niſi procedat ad delictum ſpeci-
ficè; ſecundũ eundem.Bal.in d.l.1.in 2.col.
cum ergo nõ probetur, quòd fuerit datum
conſilium ad committendum delictum, ſe
quitur, quòd nõ poteſt dici, inquiſitum de-
liquiſſe, & ſic ex iſtis ceſſant allegata per
11 fiſcum. † I V D. Equidem optimè, & con-
cludenter in medium attuliſti Inquiſite,
quæ pro te facere videntur; adeò, vt pro
Fiſco hucuſque nihil video relictum. Qua
re proſequere tu Fiſce, ſi alia habes in hoc
eodem crimine. ¶ F I S C V S. Alia qui-
dem ſunt; nam & hic in patria ſua congre-
gauit nõnullos homines armatos, qui pau-
lo poſt commota ſeditione in ciuitate irru
perunt, in nonnullas domos magnarum il-
lam ſedare conantium, quo caſu crimen lę
ſæ maieſtati commiſit; ut habetur in ea.l.
12 1.ff.ad le.Iul.maie. † Item ſimiliter con-
ſtat tractaſſe cum nonnullis exulibus & cõ
tumacibus, vt tempore aduentus hoſtium
regię maieſtatis ſumerent arma aduerſus
eandem regiam maieſtatem in fauorem
hoſtium, & ſic crimen læſæ maieſtatis in
pri.capite commiſit: ut in d. l.1.latius ha-
13 betur. † Item commiſit crimen prædictũ
ex alio, quia dederat conſilium hoſtibus,
ut ſi vellent victoriam obtinere, accede-
rent ex tali latere ciuitatis, & ibi prælia-
rentur, & ſic in prædictum crimen incidit
in primo capite, vt in d.l.1.& ibi per Doc.
14 habetur. † Item vlterius conſtat, ſolici-
taſſe ſeipſum, & concitaſſe hoſtes, vt quàm
ocyſſimè poſſent, ſumerent arma aduerſus
regiam maieſtatem, quo caſu crimen læſæ
maieſtatis in primo capite commiſit, vt l.
3.ff.ad l.Iul.maieſta. ¶ Item conſtat con-
citaſſe milites, & ſodales exercitus regiæ
maieſtatis ad tumultum & ſeditionem ad
uerſus ipſam regiam maieſtatem, quo ca-
ſu ſpecificũ crimen læſæ maieſtatis in pri-
mo capite cõmiſit, ut in allegata. l. prima
continetur.ff.eo.tit. & ſic ex oĩbus ꝑdictis,
& vnoquoque ipſorum non video ratio-
nem, cur dici poſſit, non eſſe vltimo ſup-
16 plicio plectendum. † I N Q V I. Ad hæc
nouiter obiecta facilis eſt reſponſio. qua-
tenus ergo dicitur, eundem inquiſitum cõ-
gregaſſe homines armatos in ciuitate a q-
bus mota, ac concitata ſeditione, nonnulla
loca occupata & quædam alia facta crude
liter eſſent, ſciendum eſt, & nõ ſic commit-
ti crimen læſæ maieſtatis, niſi quando id
fiat in ciuitate Romana, vel alia non agno
ſcente ſuperiorem, vt no.glo.in d.l.1. ff.eo.
titu in verbo, vrbe ſint. & ibi Bart.& Ale-
17 xand.in addi. † Præterea non apparet cõ-
cludenter probatum, quòd dolo malo con-
ſilium initum ſic, ut armari homines in ci
uitate ſint, vt cœtus conuentusve fiant, &
homines ad ſeditionem conuocentur, ani-
mo, & intentione dictam ciuitatem debel-
landi, & vt principi auferatur. nam tunc
dato, quòd prædicta non fuiſſent facta in
vrbe, vel ciuitate non cognoſcente ſuperio
rem, ut ſupra dixi, committitur tamen cri
mẽ lęſæ maieſtatis, quia offenditur regias
maieſtas, ut plenè per Boerium in tracta-
tu de ſedit. in ſexto præſuppoſito per to-
tum, per allegata per eum, & Baldus in
conſilio 59. in primo libro. & conſilio 58.
eod. libro, ſed ſi fuerint congregati homi-
nes ad finem, ut committeretur ſeditio, &
ſic dolo malo committitur ſeditio tantum
ſi non ad finem occupandi dominium eius
18 ciuitatis, vel, vt ea debellaretur. † Immo
etiam dico, quòd nec pœna ſeditionis poſ-
ſet plecti, ſtante, quia dicta congregatio
gẽtium facta fuit ex priuata inimicitia, ꝗ
habebat ipſe cũ illis de Zechinis, & vt illi
penitus extirparentur, & nõ animo cõmit-
tendi



tendi ſeditionẽ in ciuitate ipſa ut uoluit
Boer.in tra.prædicto de ſedi. in 4. præmiſ-
ſo circa finem. nec aliquid fuit ſequutum
19 procedendo ad aliquem actum. † Et ille
dicitur propriè ſeditioſus, qui ſeditionem
vel proditionẽ tractat de aliqua ciuitate
vel caſtro habendo: uel dando cauſã faciẽ
di guerrá contra publicam utilitatẽ, vel
tractat facere nouitatem in ciuitate, vel
bonum publicũ ſtatim mutat, vel tractat,
ut fiat dominus terræ, uel alterius loci. ſe
cundum Boniſa. in tract. criminum in tit.
de ſedi & facit id, quod ſcribit Bal. in cõſ.
230. incip. decretũ domini. uol. 1.& ſequit
Boer.in d.tracta.de ſedi. in 2.præſuppo.
20 † Eſt enim ſeditio quietis publicę pturba
21 tio.l.1.& 2.C.de ſedi. † Et licet dicat An-
ge in l.in eadem cauſa.ff.de vi.pu. quód cõ
gregans gentes animo & propoſito faciẽdi
ſeditionem, licet ad alium actum nõ pro-
ceſſerit. quód teneatur eadem lege, attamẽ
pulchre & late id tetigit Nicolaus Boer.
in tra.de ſedi. in 7. & vltimo præſupo nu.
39, cum ſequẽti.& poſt multa uidetur cõ-
cludere contrarium, ꝙ non eſt admiſſum
22 crimen læſę maieſtatis. † Ad id verò, qđ
dicitur tractaſſe cum exulibus & cõtuma
cibus, ut tempore aduentus hoſtium ſume
rent arma, & cætera, replicantur, ꝙ id non
concludenter probatur, nã ad hoc, ut læſæ
maieſtatis crimen committatur in eo, qđ
dicitur, debet probari, quod dolo malo id
fecerit, aut reqrit tex.in d.l.1.& ſic, ꝙ tra-
ctauit cum dictis contumacibus, & exuli-
bus, ſeu eis conſilium dedit animo & ꝓpo
ſito regiam maieſtatem offendendi ut cõ-
tra ipſam regiam maieſtatem arma ſume
rent, quod quidem minime conſtat eſſe ꝓ
batum, cum ſolum probetur dixiſſe, quòd
tempore aduẽtus hoſtium regiæ maieſta-
tis deberent parati eſſe in armis. Id enim
ad bonum, & malum finẽ accipi poteſt, ad
bonum, ut regiæ maieſtati poſſit ſuccurri
ad malum, ut poſſint hoſtes adiuuari, & cũ
duplex coniectura poteſt ſumi, una inclu
dẽs delictum, alia excludẽs, debet attẽdi il
la excluſiua delicti, ut ſæpius dixi in ꝑce-
23 dentibus † Quo verò ad id, quod dicitur
dediſſe conſilium hoſtibus, quo iuuari poſ
ſunt aduerſus regiam maieſtatem, reſpon
detur ſimiliter non eſſe concludenter pro-
batum, ut requirit tex in d.l.1. dum dicit,
item ille, qui dolo malo fecit, ut hoſtes po
puli Romani conſilio iuuentur aduerſus
rẽpublicã, non.n. eſt probatum dolo malo,
id eſt, animo & propoſito offendendi regiã
maieſtatẽ (prout effectualiter offenſa fuiſ-
ſet & de facili offendi poterat ex illo cõſi-
lio) datum fuiſſe illud conſiliũ, imò totum
econtra prætenditur. cum ciuitas ex nullo
alio latere eſt fortior & aptior ad reſiſtẽdũ
quàm ex eo, quod nominatur in prætenſo
conſilio dato, & ſic potius id videtur actũ
& conſultum, ut hoſtes ipſi inciderent in
Scyllam cupientes euitare Charybdim, &
ſic in fauorem ipſius regiæ maieſtatis. &
ita præſumendũ eſt, vt euitetur delictũ. l.
24 merito.ff.pro ſoc. † Quatenus verò dici-
tur ſolicitaſſe & concitaſſe hoſtes, vt citi-
us venirent aduerſus regiam maieſtatem,
& dicendum eſt ex probatis & apparẽtib.
in proceſſu, potius id fuiſſe actum in utili-
tatem regiæ maieſtatis, quam in fauorem
hoſtium. cum ſi eo tẽpore veniſſent hoſtes,
proculdubio regalis exercitus, qui tunc tẽ
poris erat ualde potens, deuiciſſet eos. & ſi
nimis tardaſſent, futurum erat ſecus, ſecũ
dum communem opinionem omnium de
conſilio armorũ, maxime, quia fuerit audi
tũ pluries à d.inquiſito antè. & poſt, ſe ob
hãc cauſam ſolicitaſſe hoſtes ſub ſpecie
amicitiæ, ut citius in laqueum inciderẽt,
& de iure fictio tunc reprobatur, quando
eſt mala, non quando eſt bona, ut hic.& ad
bonũ finem, ut in Cle.1.§.quia verò & ibi
25 Car.de ſta mona. † Nec obſtat aliud, ꝙ op
ponitur, uidelicet, ꝙ concitauit milites
ſodales regalis exercitus ad tumultum, &
ſeditionem aduerſus regiam maieſtatem,
quia reſpondetur, & dicitur, quod non eſt
concludenter probatum, & taliter, quod in
ciderit in crimen læſæ maieſtatis, quia li-
cet probetur dixiſſe militibus, quod non
deberet mirari regia maieſtas, ſi milites &
ſodales committerẽt ſeditionem & tumul
tum, poſtquam eis non ſoluuntur ſalaria,
nõ tamen apparet id dixiſſe malo zelo, do
loq; malo. ut requiritur ad hoc, ut crimen
læſæ maieſtatis committatur. ut bene con
cludit Aymo Craue. in allegato conſ.6.
pri.nu.87 potius enim id uidetur dixiſſe,
non ut concitaret milites ad tumultum,
ſed quia uerẽdum erat de tumultu, & ſedi
tione ob nõ ſolutionẽ ſalarij, quaſi diceret
quod

q; id nõ deberet committi per regios of-
ficiales,quia potius deberẽt ſodales, & mi
lites lætos regere & intertenere, quã eos
in iram & deſperationem concitare,uerba
enim dubia intelliguntur ſecundum intẽ
tionem proferentis,ſecundum Bal.& doc.
in c.ſi de beneficio.de conceſsio.præbend.
tantò magis,quia in præcedẽtibus uerbis,
& rationibus habitis,fuit ad hunc effectũ
valde dictum,& inclinatum,& de iure uer
ba generalia & obſcura declarant per p̃-
cedẽtia clara & aperta.l.Titius.§.Lucius
ff.de lib.& poſt.& ibi Bar.& l.legatorum.
§.fi.& ibi Bar.de l.2.& l.ſi ſeruus plurium
§.fi.& l.cum filiabus.delegatis primo.& l.
qui non militabat §.Lucio.ff de hær.inſt.
26 ¶Nec enim eſt curandum de uerbis,poſt
quã conſtat de mente.l.quoniã indignũ.
& ibi Bal.in uerſ.item no.ol 1.C.de teſta.
in l.2.in 1.col.uerſi.not.quòd ubi,C.com-
munia de leg.habetur per Spe.in tit.de in
ſtru.edi.§ nunc aliqua.uerſi. pone teſta-
27 tor.¶ Nec obſtat,quòd multi ſodales de
ponunt,quòd ob illa uerba maxima ira ac
cenſi fuere;adeo, quòd ad ſeditionẽ & tu-
multum ipſos induxerunt, quia ad id eſt
reſponſio,q; uerba inſtituta ſunt ideo, ut
per ea quiſq; proferat cognitiones ſuas
in notitiam alterius;non ut ſe fallãt.vnde
uerborum color non debet attẽdi;ſed ue-
ritas cõſiſtẽs in cõtentione ſermonis, ſecũ
dum Spe.in tit.de aduo §.nũc de exordijs
uerſi.aduocatus ergo cũ in 6.col.& uerba
taliter p̃lata debuerũt intelligi ciuiliter
l.ſi cui.de ſerui.& ibi Alexa.& ſic ſi aliter
intellexerunt,id proceſsit ex malo animo
& dolo ipſorum, & quia qui vult diuerte
re ab amico,occaſionem quærit ; & nõ eſt
imputandũ ei,qui bona fide uerſatus fuit.
& ad id,q; ſupra dixi, quòd potuit inquiſi
tus abſque metu incidendi in crimẽ læſæ
maieſtatis ſimulare ſe amicum hoſtiũ, &
eos ſolicitare ad bonum ſinem, adde uidẽ
dum d Gramma.in deciſ 18.inci.in cauſ-
ſa magnifici ac ſtrenui numero 6.cum ſe-
28 quen.¶ Et tanto magis prædicta o a non
habent obſtare,cum conſtat curiæ omnes
prodeceſſores inquiſiti fuiſſe & eſſe fideli
ſsimos Cæſareæ maieſtatis,& sẽper fuiſſe
ſequutos partes dictę Cæſa.maieſtatis.p̃-
ſumẽdum enim eſt,cum nõ eſſe diſsimilẽ
eorũ,ut inquit Spe in proœmio ſuo.in uer
ſi.cæterum.& habetur in l.quòd ſi nolit.§
qui mancipia.ff.de ędi.edi.le. quiſquis.C.
ad l.Iul maieſta.& firmat Neapol in con-
ſue.Napoli,& ſi teſtatos.in uerſ. diſpone-
re,& proſequitur latè Gramma.in d. deci-
29 ſio.in principio.¶ Item conſtat ipſumet
nonnulla magnifica facta feciſſe in fauorẽ
regiæ maieſtatis, propter q̃ uerisimiliter
expectabat præmium,unde non ſit præſu
mendũ,uoluiſſe illum diuertere a regis fi
delitate,& perdere quicquid gratia autẽ
promeritus eſſet,concurrente maximè bo
na fama,cõſcientia,& legalitate ipſius.
30 ¶ Nec habet ei obſtare,quòd dũ eſſet in
urbe,eòq; adueniſſent hoſtes,cum eiſdem
conuerſatus fuerit: quia ad id bene reſpõ
detur,quòd hoc non obſtat,cùm non ipſe
dolo malo acceſſerit eò,ut ualeret conuer
ſari & commorari cum hoſtibus,ſed quæ
ibi haberet negotia, exequeretur. ſi autẽ
poſteá ibi reperijt hoſtes,& cum eis con-
uerſatus fuit,non ob id commiſit crimen
læſæ maieſtatis,ſi modo cum ipſis nõ fuit
in uſu armorum in opem eorũ,ut bene cõ
ſuluit Oldra.in ſuo conſi.43.in 2. colum.
uerſi.circa ſextam.& proſequit̃ latè Grã.
ubi ſupra,num 14.cum ſequentibus, & ſic
ex iſtis omnibus ſimul iunctis nemo ſani
capitis dicet,cum incurriſſe in crimẽ læſę
maieſtatis † I V D. Hæc omnia in facto
conſiſtere uidentur,& non eſt dubitandũ,
ſi aduerſus illa capitula criminis læſæ ma
ieſtatis obiecta per Fiſcum hę defenſiones
propoſitæ compertierint, potius iudex de
læſæ declarare,non eſſe intinctum crimen
beat maieſtatis,quàm aliter, quare proſe
quere Fiſce,ſi alia habes,in eodem genere
criminis FIS.Omnia contenta in 1, & 2.
capite criminis læſæ maieſtatis hic talis
cõmiſit idcirco ſi prędicta nõ ſufficiunt,ſe
quentia certè uidebũtur ſufficere.in pri-
mis autem mirifice ipſum,dum in urbe eſ
ſet,gratificatum eſſe hoſtibus conſtat, iã
donando equos,iam pecuniam,iam innu-
mera alia pro eis faciendo, ex quibus ap-
parẽter,& uere regia maieſtas fuit offen-
ſa,quo caſu nulli dubiũ eſt,ipſũ incurriſſe
læſæ maieſtatis crimen, ut apparet & cõ
ſtat ex tex l.3.ff eo tit.ad l.Iul.maieſt.
32 ¶ Itẽ ex alio commiſit crimen læſæ maie
ſtatis tradendo victoriam hoſtibus doloſe
& per induſtriam,cũ aliàs poterat habere
victo-



victoriam in fauorẽ regiæ maieſtatis,quo
caſu prædictum crimen commiſit, ut in
33 d.l.3.habetur.† Item quum ſe cõtuliſſet
in caſtrum & arcem ciuitatis Brundiſij,&
pluries fuiſſet ei iniunctum & ordinatum
nomine regiæ maieſtatis,ut inde diſcede
ret,ſemper tenuit tenendo dictam arcem
contra uoluntatẽ principis,quo caſu reus
eſt criminis læſæ maieſtatis,ut ea leg.3.
34 † Item ex poſtea ſuperuenientibus hoſti
bus dictum caſtrum eiſdem tradidit & cõ
ceſsit,incidit etiam propterea in dictũ cri
35 men,ut ibidem habetur.† Itẽ dum eſſet
cum exercitu in confinibus regni abſque
permiſſu & licentia principis,bellum geſ
ſit cum hoſtibus & inimicis regiæ maie-
ſtatis.& dictũ crimen ob id cõmiſit, ut in
26 d.l.3.habetur.† Item creauit magiſtrum
militum abſq; p̃miſſu & ordinatione prin
cipis,& exercitum præparauit. cõmiſit e-
tiam ob id dictum crimen,ut ibi habetur
& hoc procedit etiam ſi proſperè ei ſucceſ
ſit,ut per Alber.in d.l.3.¶ I N Q V I S I.
Ex infrà dicendis patebit prædicta illa pa
37 rum aut nihil ueritati officere.¶ Et iõ ad
primum de ope.præſtita reſpondeo, quód
non ex hoc commiſit crimen læſę maieſta
tis,quód donauit equos & pecuniam hoſti
bus,quia non in perniciem & lęſionem re
giæ maieſtatis id fecit,ſed potius quodam
metu,ne in quorum manu iam eſſet, incõ
modi quippiam ab ijs acciperet.& licet cõ
trahatur amicitia cum hoſtibus. dummo-
do non fiat in perniciem & præiudiciũ re-
giæ maieſtatis,nõ incurritur in crimẽ p̃di
ctum,ut ſuprá dixi.& habetur per Aymo.
in ſupra allegato conſi.& per Gramma.in
d.deciſio.18.num.6.cum pluribus ſequen
38 tibus.† Imò crimen læſę maieſtatis nun
quam committitur,niſi publica principa
liter lædat̃ maieſtas.l.1.in prin.& l.3.cum
gloſſ.1.3.4.& alijs.ff.ad l.Iul. maie.& not.
Azo.in ſumma.C.eo tit.& eſt generale,ut
is demum dicatur offenſus,in quem prin-
cipaliter ſit offenſio,adeó,ut ſecundũ Bal.
in l.1. C.de princi.Cor.prope fi. quando
maieſtas publica lęditur ſecũdario,nõ di-
catur cõmitti crimen læſæ maieſtatis.&
habetur latiùs per do.Alber.Bru.in conſi.
98.incip.uiſo proceſſu inquiſitionali,&c.
69 † Quò uerò ad id, q; dicitur quòd trad.
dit victoriam hoſtibus,&c replicat̃ primò
quód non conſtat ad illum per induſtriã
feciſſe,& doloſè,animoque lędendi regiã
maieſtatem, & opem tradendi hoſtib. ut
requiritur per allegata per Fiſcũ,nec con
ſtat,quód aliás poterat habere victoriã ĩ
fauorem principis.id enim dependebat ab
euẽtu & fortuna,nec erat in p̃tãte ipſius
imò prorſus ediuersó cõſtat, q; totis vi-
ribus nixus fuit ad habendam victoriam,
& ita præſumendum eſt,cũ unuſquiſq; ap
petat naturaliter honorem.ſecũdũ Spec.
in tit.de cita.§ 5 uerſ.delegatus quoque.
40 † Nec ei obſtare debet,quod aufugit, &
ſic uictoria ceſsit hoſtib.qa ad hoc reſpõ
deo,quòd id fuit propter timorẽ mortis;
non autem,ut hoſtibus daret uictoriã, me
tus enim mortis ipſum habet excuſare.ſe
cũdum Bar.in indiuiduo in l. ob turpem,
in uerſi.idem dico.ff.de condi.ob tur.cau.
& firmat Grammati.in d.deciſio. 18. non
enim debebat expectare periculũ:& ſic ſe
periculo exponere,ut dixit Inno. & Bald.
in cap.1.quod met cauſ. hinc dixit pul-
chrè Luc.de Pen.in l.ſi coloni. C.de agri.
& cenſi.li.11.q; ſufficit timere ſaltẽ proba
41 biliter,& ſi non iuſte † Secundó principa
liter reſpondetur,quód ſi rectè inſpiciat̃,
nullam uictoriã habuerint hoſtes, uel ſal
tem talem,ut aliquid acquiſierint,ſeu ali
quod damnum,& præiuditiũ regię maie-
ſtati ſit illatum:tex.enim in l.3 intelligit̃
de notabili victoria, ex qua fuerit cauſa
tũ aliquod graue intereſſe ipſi regiæ ma-
ieſtati,puta, p̃ditio alicuius terrę,caſtri,
ciuitatis,uel occiſionis exercitus,uel ma-
ioris partis ipſius, & q; id p̃ inſidias & in
duſtriam factũ fuerit,puta,ſi duxerit exer
citum per eum locum,ubi erant inſidię p̃-
paratæ,quum hoc ſciret.argu.tex. iuncta
glo.in uerbo,falſa indicia in l.3.ff. de ſica.
hic autem nulla perditio,nullumq; graue
intereſſe ſucceſsit: ſolum.n. petierunt cẽ-
tum ſodales,& ex parte aduerſa quĩqua-
ginta,ut ſic dici poſsit illud vulgare. Af-
42 frica piãge.Italia non ride.Ad id uerò, q;
dr̃,quód caſtrum tenuerit circa uolunta-
tẽ principis,& quòd noluerit relinquere
ad iuſsionem principis,reſpondeo, q; non
conſtat ipſum id feciſſe, ut principi nõ o-
bediret,ſed quia ſtantib.ſuſpitionibus bel
li,& quia hoſtes erant proximi,dubitauit
num eſsent uera prouiſiones regiæ maie-
ſtatis

ſtatis. imò etiam uerißimiliter videbanẽ
ſuſpectæ,quum paulò ante recepiſſet lite-
ras,quibus præcipiebatur,ut benè & dili-
43 genter arcẽ cuſtodiret. † Et quando ueri
ſimiliter dubitatur de validitate,& veri-
tate literarum,nõ ſunt ſemper exequẽdæ
ſed reſcribendum eſt principi:ſecũdũ Bal.
in conſ.64.in prima parte.vt hic fecit, cũ
principi reſcripſit,& ſuperueniente noua
44 iuſsione ipſius principis,obediuit. † Et de
iure licet quis non paruerit pri.præcepto
non incidit in pœna,ſi paruerit ſecundo.
glo.& Ang.in auth. de non aliena.§.quia
veró.colla.2.& per Specul.in tit.de contu
45 macia.§.4.verſi.quid ſi duobus. † Quate
nus verò dicitur dictum caſtrum hoſtib.
tradidiſſe,reſpondeo,non conſtat, id dolo
sè ipſum feciſſe,& per induſtriã,ut requi-
ritur.ſecundum Capi.in deciſi.230,a te di
uersò magis conſtat,id ſucceſsiue coactè,
quia dam uoluit arcem prædictã tradere
ei,cui princeps reſcripſerat tradi debere
ſuperuenerunt hoſtes ex inſidijs iam præ-
paratis,& magno impetu eam occupaue-
runt abſq; facto & culpa ipſius,quia occu
rerre & præuidere maluiſſe.quo caſu non
46 tenẽ,ut ibid per Cap. † Nullus enim do
lus poteſt hic conſiderari, & in imponen-
dis pœnis corporalibus requiritur dolus.
ſecundũ Bald.in l.quicunque.7.colu.C.de
ſer.fugi.Pau.de Caſt.in conſ.160.& conſi.
47 192. † Ad id uerò, quod dicitur quòd
bellum geſsit cum inimicis abſq; permiſ-
ſione principis,reſpondeo, q; id proceſsit
abſque dolo & culpa ipſius: ſed facto ini-
micorum,qui ab improuiſo inuaſerũt eũ,
quo caſu id quod fecit,fuit ad eius neceſſa
riam defenſionem,& ſic ipſi non eſt impu-
tandum modo aliquo,quia id ipſi licebat
cúm defenſio contra uiolentiam eſt de iu
re naturali,ut in pri. diſtin. ius naturale.
l.ut vim.ff.de iuſt.& iur.l.1.l.C.vñ ui.nec
aliquis cedere dẽt ulli.l.3 §.ſi ad diem ff.
de re milita.l.penu.C.de tempo. in integ.
reſtit.imò adeò permittitur defenſio,ut ſi
quis ſe non defenderit,cum potuerit pec-
caturus ſit 23.q.3.c.non inferenda.& c.fin.
& c.quantę.cum glo.& doct.extra.de ſen-
ten excommu & 3.q.1. c.nulli &c.ſequen.
48 Quatenus uero dicitur creaſſe magiſtrũ
militum abſque permiſsione principis,re
ſpondeo id fuiſſe abſque culpa & dolo ip-
ſius,& proceſiſſe facto ſodalium,& militũ
qui accẽſi magno impetu & furore animi
contra magiſtrum militũ a principe crea
tum,ipſum occidere uolebant,& transfu
gere ad hoſtes.quod quidem quum facile
ille ipſis eſſe animaduerteret,ſimulq́;qua
uis ratione iſti malo occurrendũ putaret,
creatiõe alterius magiſtri in ſolita ipſos
regiæ maieſtatis obedientia retinere coa-
ctus eſt.& de iure,ut euitetur maius ma-
lũ,permittitur minus l.ſi procurator rei.
de doli excep.l.exigendi.C.de ꝓcurator.
&,l.ſub prætex.D.de ſacr.ſan.eccle.& c.nõ
magno.ne cleri.uel mo.glo.& textu.32.q.
4.dixit.Sarra.glo.& Card.in Cle. prim.in
princ.de hæret.Malum enim reſpectu bo
ni ex malo ſequentis toleratur ut nu.3.di.
c.deniq; 13.di.c.nerui. Alex.in conſil.419.
Item mala ſunt tolleranda ratione pacis.
ut 23.q.3.per totum.& cauſa ſcandali vi-
tandi.ut 32.q.1.c.hac ratione, per Archi.
quicquid autem ipſe fecit factum oſtendi
tur,ut euitaretur maius malum,ẽt ad eui
tandum ſcandala,& ex cauſa pacis & con-
cordiæ,non autem ad offendendum regiã
maieſtatem.& ſic non poteſt dici cõmiſiſ-
49 ſe crimen læſę maieſtatis. † Ad id verò
quod dicitur,quód exercitum præparauit
reſpondetur id non fuiſſe actum in exitiũ
reipublicæ,uel publicę maieſtatis, ſed in
ipſius honorem & utilitatem:quo caſu nõ
committitur crimẽ læſæ maieſtatis,vt ha
betur per Alber.Bru.in conſi.69.viſo pro
ceſſu inquiſitionali. ¶ I V D. Hucuſque
quàm optime video defenſatam opinionẽ
inquiſiti,& etiam ſi alia non concurrunt,
proculdubio tamen Fiſcus inaniter labo-
uit.¶ F I S Dixi,& dico quód omnia capi
tula tam in primo,quàm in ſecundo capite
contenta,per eundem fuerunt commiſſa.&
ideo ſi ꝑdicta nõ ſufficiunt,alia certè om-
50 nino ſufficere debent. † Et ideo dico, ꝙ
ex alio hic talis læſæ maieſtatis crimẽ cõ
miſit,quando quum eſſet cum exercitu in
prouincia ſibi commiſſa,exercitum illum
ſucceſſori tradere recuſauit,ut habetur ĩ
51 l.4 ff.eo.tit.¶ Item,quia deſeruit & dere-
liquit exercitũ populi Romãni,uel regiæ
maieſtatis accedendo ad hoſtes. quo caſu
crimen læſę maieſtatis in primo capite cõ
52 miſit,ut in ea.l.4 habetur. † Itẽ, quia dũ
ibi eſſet,ſub iureiurando ꝓmiſit ſe factu
rum



rum proditionem aduerſus ipſam regiam
maieſtatem, & ad id iuſiurandum induxit
etiam ſuum ſocium, qui ſimiliter ob id in
vinculis adſeruatur.vt in dicta leg. quar-
53 ta. † Itẽ quia exercitus regiæ maieſtatis
per eundem in inſidias deductus, & hoſti-
bus proditus fuit:incidit enim & propte-
54 rea in dictũ crimẽ, vt dicta l.quarta. † Itẽ
ex alio, quia præ manibus habuit nonnul-
los rebelles,& hoſtes regiæ maieſtatis, &
facto ipſius non peruenerunt in poteſtatẽ
ipſius regiæ maieſtatis. & ſic quoque com
miſit crimen læſæ maieſtatis, ut ibidẽ ha-
55 betur. † Item quia cuius opera & induſtria
doloue malo nonnulli ſubditi Cęſ.maieſta
tis ac fideles rebellauerunt, & effecti fue-
runt hoſtes ipſius.incidit & ob hoc in dictũ
56 crimen,vt d.l.4.† Item quia cum rex An-
gliæ fuerat in procincto obtemperandi re
giæ maieſtati,& ad eius fidelitatem perue
niendi,adeó ipſi perſuaſit animo offenden-
di ipſam regiam maieſtatem, ut minus ei
obtemperauerit, dictum propterea crimen
57 & hinc commiſit,ut ibidem. † Item, quia
eius dolo malo, & opera factum eſt, quò
magis obſides,pecunia, iummenta hoſtib.
populi Romani darentur aduerſus rempu-
blicam, & regiam maieſtatem: commiſit
etiam propterea dictum crimen,vt in ea.l.
58 quarta. † Item, quia ſtatuas, & imagines
imperatoris iam conſecratas corrupit ani-
mo offendendi regiam maieſtatem incidit
etiam in dictum crimen,vt in l.qui ſtatuas
59 ff.eod.titul. † Item,quia dolo eius factum
fuit,vt nonnullę ciuitates proderentur ho
ſtibus.quo caſu quoque in dictum crimen
60 incidit,ut in l pri.ff.eo.tit. † Item,quia tra
ctatum & factionem fecit cum hoſtibus de
occidendo principe, & eius collateralibus
in eius damnum,& præiudicium, ac mani-
feſtam læſionem, commiſit. hic ẽt dictum
crimen,vt habetur in l.quiſquis.C.de leg.
61 Iul.maieſt. † Item,quia adeuntibus,com-
plures milites & ſodales caſſauit ficte, &
hoc, vt accederent & cõfugerent ad ipſos
hoſtes, quo ipſi commodiùs bellum gere-
rent aduerſus principem commiſſum, &
hic crimẽ læſæ maieſtatis eſt,ut in extrau.
qui ſint rebell.& ibi Bart. in glo. in verbo,
62 occulte † Item,quia nonnullas machina-
tiones cum pluribus fecit, ut adueniente
principe ei non præſtaretur obedientia, cõ
miſſum & ſic eſt dictum crimen, ut in d.ex
63 trau.& ibi Bar. † Item falſum in læſionem
reipublicæ & regiæ maieſtatis conſcripſit
in tabulis publicis,incidit ſic quoque in di-
ctum crimen,ut l.1.ff eod ti.ad l.Iul.maie-
ſta. & hæc omnia capitula continentur in
primo capite,ut bene not.Capi. in deciſio.
130.INQVISITVS. ¶Vt prius abs te ob-
iecta nihil nobis obſicere Fiſcè clare demõ
ſtraui,ſic etiam hæc nihil obfutura eſſe de
64 monſtraturum me confido. † Et reſponden
do per ordinem dico ad primum,quatenus
dicitur nõ tradidiſſe exercitum ſucceſſori,
quòd rectè conſiderando proceſſum, mini-
mè appareat probatum,ut dici poſſit com
miſiſſe læſæ maieſtatis crimen,cum nõ cõ-
ſtet dolo malo feciſſe, quò minus exerci-
tus ſucceſſori traderẽ,vt requirẽ,quia in
atrociſsimis ſolus dolus punitur,& non la
ta culpa.l.in lege Cornelia ff.ad l.Cor. de
ſicar.de quo per Bartol. in l. quod Nerua.
ff.depoſi.& l. 1.§ non autem.ff ſi quis teſt.
lib.eſſe iu.fuer.& crimẽ lęſę maieſtatis eſt
de atrocioribus, vt apparet tã ex perſona
eius,qui per illud offenditur,quàm etiam
ex genere pęnę,quæ imponitur pro huiuſ-
modi crimine, quód etiam ſatis expreſsit
gloſ.C de adulter.in rubrica.quocirca pę-
na huiuſmodi criminis duntaxat puniẽ il
le, qui dolosè ſic peccauit.quòd videtur
ſatis exprimi in l.prima, & multis alijs.ff.
ad l. Iul. maieſta & in indiuiduo habetur
per Bertran.in conſil. 249. in primo libro,
imò conſtat non tradidiſſe exercitum, ut
eſſet inobediens, & offenderet regiam
maieſtatem, ſed ex eo, quia literæ, quæ
præſentabantur ei per ſucceſſorem, uide-
65 bantur ſuſpectæ. † Eo quidem,quia care-
bant data diei,anni, menſis, & loci:conſtat
autem literas debere cõtinere locum, tem
pus,& datam,ſecundum Bal.in addi. Spec.
de reſcrip pœn.verſic.litera ibi Spec. §.4.
verſic. item quód non eſt ibi locus.
66 † Et literæ malè formatæ nõ debent exi-
re de cancellaria.l.ſi & ibi Bar.de diuer.re
ſcrip.debet enim in eis ſeruari ſtilus,aliàs
non ſeruantur,ſecundum Hoſtien.in c no-
ſtram.de reſcrip. quia quando ſunt contra
conſuetudinem, ſunt erroneæ, & eis non
eſt credendum.l.fin.& ibi Bart.C.de cano.
67 pręſta.lib.10. † Et ideò non immeritò di-
xit Bald.in conſi.64.in primo lib. quòd li-
teræ

teræ principis non ſunt ſemper exequēdæ
ſed reſcribendum eſt principi, ut hic talis
fecit, & altera ſuperueniēte iuſſione prin
cipis. ei paruit & ſic aliquis dolus in eo cō
68 ſiderari non poteſt. † Ad ſecundum verò,
quod obijcitur, quòd uidelicet deſeruit e
xercitum accedendo ad hoſtes, reſponde-
tur, quòd non poteſt hunc talē dici deſer-
uiſſe exercitum, cum ſtatim reuerſus fue-
rit. arg. tex. l. 3. ff de diuor. & ff de ri. nup.
l plerunque. & ff de dona. inter uir & vxo.
l. uir mulieri proceſsit enim id calore ira
cundiæ & abſque aliqua offenſione regiæ
maieſtatis illico reuerſus fuit. quanquam
etiam poteſt ad hoſtes accedi, ut non cō-
mittatur crimen læſæ maieſtatis, ſi videli
cet id fiat citra armorum vſum & opem
ſecundum Old. in conſi. 43. in 1. col uer. cir
69 ca ſextam. & Gram ma. in deciſ. 18. † FIS.
atqui in crimine læſè maieſtatis uel ſolus
conatus punitur. ſecundum Pau. de Caſ. &
Arg. in l. 1. §. fin. ff quod quiſ iur. & ibi A-
lex. & Iaſ & Feli. in tra de cona. in 4 colu.
verſi. & ideo dicit Bar & Mart Lauden. in
tract de crimine læſæ maieſta. §. 19 &
ſequitur Boer. in tract. de ſeditio. in ſepti-
70 mo & ultimo præſuppo. nu 43. † Imo ſi
bene hic aduertatur, nedum adeſt conatus
ſed plena conſumatio delicti. nam attenta
re idem eſt, quod ad aliquem actum proce
dere. l. ſi quis non dicam rapere, & ibi per
cēs. C de epi. & cleri. & in auth. habita. ne
fi. pro pat. tractare, eſt colloquium habere
qualiter quid geri poſsit. c. cum olim. de
arbi. c. dudum de re eccle. non alienā, pce-
dere, eſt proſequi incoacte, & maleuolum
actum animi, & propoſitum conari produ
cere ad finem. l. poſſeſsio. ff. de uſucapio. cō
ſumate delictum, eſt id facere, quo inci-
piat eſſe delictum. unde aliqui dicunt deli
ctum eſſe conſumatum, quando lex punit
conſilium principaliter, non acceſſorie. l.
1. § perſuadere. ff de ſer corrup & quædā
non conſumata in opere, ſunt conſummata
ta in crimine quia factioſam uoluntatem
rot: ne & multó fortius factioſam factio-
ren. l. s. ua ſitum ff qui & á qui & tales or
dientes lex cenſet reos quia poſt factum
non haberent iudicem punitorem. debet
attem habere factum ultorem. l. quiſqs.
C ald l. l. n aieſta. & habetur per Bald. in
conſ. 24 colu. 4 & Boer. in d. tracta. de ſe-
di. ubi ſuprá. hic autem deſeruit exercitū,
& acceſsit ad hoſtes, ergo conſumauit de
lictum, & ſic puniendus eſt dicto crimine
læſę maieſtatis obſtat tamen tex. in l. 3. §.
is qui ad hoſtes. ff. de re militar. ſed an ſal
tem minoretur pęna, & uidetur, q̄ ſic. leg.
non omnes deſertores in princ. ff. de re mi
lita. iuncta gloſſ. cogita ſuper prædictis.
71 † INQVISITVS Non ſimpliciter dicit
tex. in l. 3 puniri crimine læſæ maieſtatis
eum, qui exercitum deſeruit, ſed dicit, cū
qui imperiū exercitū ut deſeruerit, quaſi
dicat eum committere crimen læſę maie
ſtatis in hoc capitulo, qui iuriſdictioni &
poteſtati imperij ſuppoſitus ab obediētia
realiter ſe ſubtrahit & hoſtisq; animū aſſu
mit, & domini ſui aduerſarius fit, ut decla
rat Old in dicto conſil. 43. hic autem ta-
metſi exercitum deſeruit, nō doloſè id fe
cit tamen, animoq; offendendi regiam ma
ieſtatem, nec imperium deſeruit. & ſtatim
ad obedientiam reuerſus fuit, nec aliquid
machinatus fuit cum hoſtibus, uel intra ſe
contra perſonam principis, uel eius hono
rem, nec cum hoſtibus inſequutus eſt prin
cipem & gentem eius, ut requiritur, priuſ
quàm quis poſsit dici rebellis, & commit
tatur crimen læſæ maieſtatis ut d. Bar. in
extra. qui ſint rebel in glo. faciunt vbi ca
ſus hic deciditur, & ſic non obſtant allega
ta in contrarium, quæ tum quidem proce
dunt, quādo foret facta machinatio cōtra
perſonam principis uel ipſius collateraliū
in eius damnum, de ipſo vel ipſis occiden
dis uel aliter prodendis, uel de lædēda re
publica, quorum neutrum hic interuenit
71 ergo ceſſant. † Imó ſi quis has machina-
tiones & cōiurationes feciſſet uel ijs cōſē
ſiſſet, poſtea quam pœnitētia ductus reue-
laſſet principi, potius eſſet præmiandus,
quā puniendus. ut l. quiſquis § ſanè ſi qs.
C. ad. l. Iul maieſt. ſic ergo etiam dicamus
in illo, qui nō fecit cōiurationes, ſed tantū
deſeruit exercitum accedendo ad hoſtes,
& illico reuerſus fuit pęnitentia ductus.
71 † Ad tertium, uidelicet, q̄ ſub iureiuran
do promiſit hoſtibus ſe proditionē aduer
ſus regiam maieſtatem facturū, reſpōde-
tur, q̄ id fuit per uim & metum, quo caſu
non tenetur crimine læſæ maieſtatis, ut
per Gram ma. in d deciſi. 18. Item. quia re-
uerſus ſtatim ac ſponte id reuelauit & pa-
te ccit



tefecit principi, & effectus non fuit ſequu
tus: & ſic excuſatur, & præmio eſſet afficiē-
dus vt in d l. quiſquis §. ſanè ſi quis. C. ad
74 l. Iul. maieſta. † Ad id, quod dicitur, q̄
exercitus per eū in inſidias deductus fuit,
& hoſtibus proditus; reſpondetur, q̄ non
probatur dolo malo, ſcienter, & appenſatè
id factum fuiſſe; ut requit tex d. l. 4. verbi
gratia; quòd ipſe ſciens, ubi eſſent inſidiæ
hoſtium pręparatę, illuc exercitum duxit
eumq; ipſis hoſtibus prodijt animo & intē
tione offendendi regiam maieſtatē. atqui
contrarium ponitur, quum conſtare dici-
tur, ei iniunctum fuiſſe per ipſum princi-
pem, ut, exercitū duceret in cōfinia regni;
cui pcepto neceſſe erat parere. num. 14. q.
1. c. quod pcipitur. & per Cardi. in cle. fi. de
æta. & qualita. & tale præceptum domini
excuſat à pæna; ut habetur per Spe. in tit.
de feud. ff. quoniam. uerſi. 15. quæritur, &
non obedire præcepto, eſt peccatum, & pu-
nitur. c. fi. 14. q. 1. Nec poteſt ei aliqua cul
pa imputari; quia acceſſit per viam rectā,
ſolitam, & conſuetam; & non per viam in-
ſolitam. quo caſu de eo, quod per viam ip-
ſam acciderit, non tenetur, ſecundum Bar.
in l. 2. C de naui. non excu. libr. 11. & Bald.
75 in l. 3. C. de nauti fœno. † Ad id vero, q̄
dicitur habuiſſe præ manibus nōnullos re
belles regiæ maieſtatis, & facto ipſius non
perueniſſet in poteſtatē principis; primò
reſpondetur, quòd non tenetur crimine læ
ſæ maieſtatis, quia ignorauit illos fuiſſe re
belles, & ſic non dolo malo fecit, quò mi-
nus peruenirent in poteſtatem regiæ ma-
ieſtatis. ut requiritur per d. l. 4. dum ibi di
citur, factumve dolo malo cuius diceē, quò
minus hoſtes in poteſtatem populi Roma
ni veniant. & probatur in l. Methrodorum.
ff de pœn. iuncta gloſ. Secundo reſpōdetur
quòd minime cōſtat facto ipſius euaſiſſe, &
dolo malo, ac per induſtriam, ſed potius
conſtat euaſiſſe caſualiter, & abſq; ipſius
culpa, & ſic ei non eſt imputandum ad cri
men læſæ maieſtatis, quòd tunc commiſsū
foret, ſi ipſos aufugere feciſſet, non perue-
nirent in poteſtatem principis, & principa
liter, ut læderet ipſa regia maieſtas, ſecus
ſi aliquid factum fuit, quod non principa-
liter in læſionem principis tendit. quia li-
cet ſecūdarió, & per quandā cōſequentiā
poſteà læditur, non committitur tamē cri-
men læſæ maieſtatis, ut habetur per Al.
79 Bru. in allegato. conſi. 69. † Quatenus ve-
ró dicitur quòd eius dolo factum eſt, ut nō
nulli ſubditi Cæ. ma. ei rebellarent & ho-
ſtes efficerentur, replicatur, q̄ licet ve-
rum ſit, id quod prætenditur probatum,
quód videlicet peſsime tractaſſet ſubditos
iſtos, & quòd nimis eos angariaſſet, non ta
men ex hoc poteſt dici ipſum incidiſſe in
crimen læſæ maieſtatis, quia id nō proba-
tur factum ad effectū, ut hoſtes regiæ ma-
ieſtatis fierent, & ut rebellarent, idq; dolo
malo, ac per induſtriam, ut requiritur in
d. l. 4. quo caſu licet ſecundarió, & per quā
dam conſequentiam lædatur regia maie-
ſtas, non tamen committitur crimen læſæ
maieſtatis, per ea, quæ proximè dixi.
77 † Ad illud veró, quod dicitur, quód eius
opera dolove malo factum eſt, quó minus
rex exteræ nationis, principi obtēperaret
reſpondetur, quòd non conſtat fuiſſe per-
ſuaſum regi, ut nō obtemperaret maieſta-
ti Cæſa. per induſtriam ac dolo malo. ete-
nim licet dum tractaretur de illo reducen
do ad Cæſ. fidelitatē, dixerit, ac ei perſua
ſerit, quòd ſi ad fidelitatem principis ueni
ret, deberet eam omnino ſeruare, aliàs ma
le ſucceſſurum, quia ſoleat princeps egrè
ferre refractariolos, non tamē id dixit ani
mo & intentione offendendi regiam maie
ſtatem, ſed potius animo perſuadēdi eius
fidelitatem pro omni futuro tempore, &
quamuis rex propter illa verba ſe retraxe
rit ab intentione iurandi fidelitatem, non
tamen poteſt dici commiſſum crimē læſæ
maieſtatis, cum non principaliter illa uer
ba fuerint dicta ad illum effectum, ſed po-
tius ad bonum, quo caſu habet locum di-
ſtinctio Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato
ff. de iniur. in 2. colum. ſeu tertia, vbi cōclu
dit, quòd aut perſuadetur delictum, & tūc
non fit diſtinctio, an aliàs perſuaſus fuiſſet
facturus, an non, & an dolo id fecerit, aut
non perſuadetur delictum, & tūc fit diſtin
ctio, an dolo malo id perſuaſum ſit, an nō
& ſic cúm in caſu iſto non ſit perſuaſum de
lictum, ſed bonū, licet ex perſuaſione cau-
ſetur delictum, debet diſtingui, an perſua-
dens id fecerit dolo malo, an non. nam, vt
ſæpius dixi, crimen læſæ maieſtatis non
committitur, quando aliquid fit nō prin-
cipaliter ut lædatur regia maieſtas, licet
Q ſecun-

ſecundariò & per quandam cõſequentiam
lędatur. & quód non ſit perſuaſum deli-
ctum,ſed bonum, & habens cõformitatem
cum iure communi,patet in c. 1. qualiter
78 iu.de va.do. fideli. † Nec etiam obſtar, q̃
dicatur,per eum factum fuiſſe, ut obſides,
pecunia,& iumenta hoſtibus darẽtur,quia
reſpondetur duobus modis, primò, quia
non conſtat,ea ipſum dediſſe ſciẽter hoſti-
bus,id eſt ſciẽtem tunc temporis iſtos eſſe
hoſtes.nec etiam conſtat,ea data eſſe in læ
ſionem & præiudicium reipublicę & regię
maieſtatis; quo caſu verum eſt, committi
crimen prædictum ut d.l.4. hæc enim qua
litas eſt fundamentũ, ſine quo ceſſat dictũ
crimen,& debet probari, quia eſt quædam
qualitas animi,& debet probari per teſtes,
qui viderint actu exteriores, ſecundum
Bar.in l.ſi is, qui. §.diuus.in fin.ff de tu.&
cura.da.ab his.& plenè habetur per Aym.
Craue.in conſil.6.per totum, & probatur
argu.tex.l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus
ff.de capti.& poſtil.reuer.& firmat Angel.
in l.1.ff ad l Iulia. maieſta.circa medium.
† Minimè etiam obſtare videtur,quòd di-
79 citur ſtatuas imperatoris corrupiſſe,q̃a id
fortuito caſu, & nõ per induſtriam ac dolo
malo euenit quo caſu non contrahitur cri
men læſæ maieſtatis;vt eſt tex. in l. nõ cõ-
trahit.ff.ad l.Iul.maieſta † Quatenus ve
80 ró dicitur quód eius dolo & opera factum
fuit, vt nonnullæ ciuitates ab hoſtibus ca
perentur, reſpondetur, quòd non eſt con-
cludenter probatum, vt poſsit dici commi
ſiſſe lęſę maieſtatis crimen.nam licet pro-
betur ſcripſiſſe quaſdã litteras regiæ maie
ſtati,quód dictæ ciuitates minimè poſſent
reſiſtere hoſtium potentię,quod muri ciui
tatum ex tali & tali latere eſſent debiles,
& non bene muniti alijs munitionibus, &
has literas perueniſſe in hoſtiũ manum, ac
earum velut inſtinctu ciuitates illas mox
fuiſſe oppugnatas & captas; non tñ ex hoc
ſequitur commiſſum eſſe dictum crimen,
quia patet has literas non hoſtibus, ſed
regiæ maieſtati fuiſſe directas; & ad bonũ
finẽ,nempe vt regia maieſtas valeret pro-
uidere circa tuitionem dictarum ciuitatũ;
& ſic non dolo,& per induſtriam, vt requi
ritur in l.pen. ff.ad leg.Iul.maieſt. & quòd
peruenerunt in manus hoſtium, id euenit
fortuito quodam caſu, & non dolo uel cul-
pa ipſius, nuntius enim, qui literas porta-
bat,erat nuncius ſolitus,fidelis,& approba
tus a curia,& ſolebat literas ſecretas ferre
& referre, ut nulla culpa poſsit imputari
circa ipſius electionem,ut eſt doctri.Bal.in
l.ſi is cui.C.de fur.ubi hoc ſimul diſcere li
cet, quód ſi debitor miſerit pecuniam cre-
ditori ſuo per fidum nuntium, ſolitum, &
conſuetum, & qui ſolet eſſe bonus, eaq́; il-
li eripiaẽ,uel aliud ſiniſtrè eueniat, excu-
81 ſabitur, & amplius non tenebitur. † Nec
obſtat,quatenus dicitur,quòd proditor di-
citur,qui unum in mente gerit,& aliud fin
git gerere in actu.ſecundum Bald.in c.1.7.
col.verſ.quid de rebus eccleſiæ qui. mod.
feu.amitta & Bart.in extraua ad reprimẽ-
dum.verſ.rebelles. & per conſequens quòd
licet apparenter literæ fuerint directæ, &
ſcriptæ ſub nomine regio, id tamen fuerit
per induſtriam factum & ſimulatè,ſi quidẽ
reuera totũ id fiebat,ut ad hoſtes peruoni-
rent.verum quia totum hoc figuratur,nec
vlla coniectura apparet de hoc in proceſ-
82 ſu,non eſt facienda vis ex hoc. † Quò ve-
ró ad id,quod dicitur, quòd fecit tractatũ
cũ hoſtibus de occidendo principe & eius
collateralibus, reſpondetur, quod ex quo
ſtatim,antequam aliquid ſucceſsiſſet,pęni
tẽtia ductus id principi reuelauit, & nõ ſo
lum non debet puniri, ſed premio & hono
re aſſici,vt l. quiſquis. §. ſanè ſiquis.C.ad
83 leg.Iul.maieſta † Quatenus veró dicatur,
quòd aduenientibus hoſtibus plures ſoda-
les fictè caſſauit, ad hoc,vt accederent ad
hoſtes, prout cum effectu acceſſerunt, re-
ſpondetur, q̃ non ſufficit probare, quòd
ſodales caſſauit, & deinde figurare in ae-
re,quòd id fecit fictè,vt accederent ad ho-
ſtes.id enim tanquam inducens delictum,
debet probari per exteriores cõiecturas &
præſumptiones,per teſtes,qui uiderint uel
audiuerint actus exteriores,ſecundũ Bart.
in l.ſi is,qui §.diuus ff. de tut.& cura. dat.
ab ijs in fin.verbi gratia, probando, quòd
illi ſodales caſſati erant ſtrenui milites, &
practici in vſu armorum, adeo,q̃d abſque
cauſa ipſos caſſauit, item quód tunc tẽpo-
ris erat fama induõitata, quód hoſtes erãt
pręparati,vt venirent ad eum locum,item,
q̃ nedum erant neceſſarij illi ſodales caſ-
ſari, ſed erat neceſſe quòd plures fierent
pro tuitionę & defenſione illius loci, item
quód



quod cõmunis opinio ſtantibus prædi-
ctis fuit & erat quòd fictè fuerunt caſſati,
vt accederent ad hoſtes: ſtante maximè,
quia ſtatim nulla mora interueniente ac-
ceſſerunt. iſtis autem cõcurrentibus puta
rẽ ſufficere, & ſi ad condemnandum, ſal-
tem ad torquendum. ſed iſtis non concur
rentibus non eſt concludenter probatum,
vt poſsit dici probatum crimen læſæ
85 maieſtatis. † Nec obſtat, quod dicatur
plures machinationes feciſſe,ut aduenien-
te principe ei non præſtaretur obedientia
quia reſpondetur, quòd nihil de hoc in
proceſſu conſtat. & dato, quod conſtaret
verbis hoc dixiſſe, nihilominus, quia poſt
ea nõ fuit ſequuta inobediẽtia, ſed potius
obedientia & maxima fidelitas, nõ poteſt
dici commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis ſe
cundum Bar. in extraua. qui ſint rebell.in
num.63.ſed in materia noſtra cãe ſunt coæ
quales & ſeparatæ,ergo vna non depẽdet
ab alia,vt probatur per doctri.Bart. in d.l.
1.C.quando ciuil. actio.dum dixit ,quòd
una ſublata,alia non tollitur. ergo ſequi-
tur,q̄ vna non eſt acceſſoria ad aliam, ſed
ſunt æquè principales,& tenendo iſtã par-
tẽ breuiter reſpondetur ad allegata in con
trarium:& quò ad primum,in quantum di
citur,q̄ debet attendi illud , quod princi-
cipaliter agitur, reſpondetur , quòd illud
procedit,quando cauſæ non eſſent æqualis
potentiæ,ut dictum fuit:nec obſtat illud,
quod dicitur ſecundo per tex.in l.in hoc iu
dicio ff.fa.her.quia ille tex.procedit,quan
do plures ſunt conuenti,& omnes compa-
rent,ut ſic contra omnes poſsit determina
ri,uel in fauorem omnium;& tunc inſtan-
tia vnica diuidi non poteſt,nec ſententia ;
ſecus autem,ſi aliqui eſſent abſentes,diui-
ditur enim tum inſtantia & ſententia.l.nõ
idcirco.ff.de iud.ſed materia noſtra conti
net duas cauſas ſeparatas,& principales &
coæquales,ac duas inſtãtias non reſpectu
vnitatis collectiuæ;ſed reſpectu,quia ſunt
omnia ſeparatim ĩ libello ſpecificata;& ſic
vna



vna ab alia ſeparari & diuidi põt. nec ob-
ſtat aliud,quòd acceſſorium ſequitur natu
ram ſui principalis, nam in caſu propoſito
non datur principale & acceſſoriũ,ut dictũ
fuit, ſed omnes cauſæ ſunt æquè principa-
les,& diuerſæ,& diuerſæ inſtantiæ.nec ha-
bet obſtare aliud , inquantum dicebatur ,
q̄ attenditur ordo ſcripturæ : & per ordi-
nem apparet,quòd principaliter eſt inten-
ta cauſa criminalis : & quòd ſic illa ſit po-
tentior, vnde ea ſublata,omne ſequens tol
li debeat. nam reſponſum fuit, quòd illud
procedit, quando non daretur æqualitas
cauſarum , ſicut in caſu noſtro, quia tunc
non procedit illud, quod dr̃,quòd debet at
tendi,quod principaliter agitur,& ſic limi
tatio erit ad dictam.l.ſi quis nec cauſam.ff.
ſi cer.pe.ut per Hippo. in d. nu.63.præte-
rea ordo ſcripturæ non eſt attendendus,qñ
conſtat de mente diſponentis. l. nec enim.
ff.de ſolu.Barto.in l.cum prætor.§.fidei.ff.
de lega.3.ſed iam conſtat, quód iſtæ cauſæ
ſunt ſeparatæ & coæquales,& ſic inſtantie,
per doctrinam Bal.in d.l.edita. & per Ale-
23 xand.in d.l.ſcire debemus. † Quintó ope-
ratur litis conteſtatio , quia per eam præ-
cluditur via proponendi exceptiones di-
latorias aduerſus accuſationem & inquiſi-
tionem.ſecundum Marſ.in l.1.numero.15.
24 ff de queſt.† Sextò operatur,vt ſi vnus ad
quem ſpectat de iure ius accuſandi , poſtq̃
accuſauit & litem conteſtatus fuit deſiſtat,
alius ad accuſandum non admittatur , vt
probat text.iuxta gloſſ.in l. ſepulchri vio-
25 lati actio.ff.de ſepulch. viola. † Et nota,
quòd etiam de iure regni in criminalibus
durat inſtantia per biennium,: ut habetur
in ritu magnæ curiæ vicariæ incip.itẽ ſer-
26 uat ipſa curia , ut inſtantiam.† Et ſecun-
dum eundem ritum inſtantia etiam in cri-
minalibus poteſt prorogari per regem , vt
27 ibi habetur. † Septimò operatur,quia fa-
cta litis conteſtatione actio iniuriarũ tran
ſit ad hæredes,ut habetur in l.iniuriarum.
ff.de iniur.l ſi nomen.ff. de hære. vel actio.
vendi.& firmat Iacob. de Bellouiſ. in pra-
xi.crimi.in titu.de iniur. in verbo,quòd di
ctus reus malitioſe.in 12.colum.verſic ſed
28 nunquid iſta actio.† Et eſt aduertendum,
ne erretur , quòd ſi inquiſitus erit minor,
die vno vel duob. ante examẽ debet ei da-
ri curator ad litem,vt latè dicam in tertia
parte tertie partis,& ideo dixi dandum eſ-
ſe curatorem vno die antè vel duob.quam
examinetur,vt dẽtur ei capitula,quó bene
informatus de iurib. minoris poſsit rectè
ei authorari , aliás ſi eodem inſtanti, quo
daretur,præſtaret ſuam authoritatẽ, actus
eſſet nullus, ut latè diſcernit Marſ.in pra-
xi.crimi.§.nunc videndum.nu.31.quia eſ-
ſet preſtare authoritatem abſque cauſe co
29 gnitione. † Eſt etiam aduertendum,quód
facta litis cõteſtatione debent inquiſiti in
terrogari,num habeant aduocatum, & pro
curatorem,& ſi dixerint non habere,debet
eis prouideri expenſis curiæ, ſi ſunt paupe
res & mirabiles perſonæ ; ut habetur in
30 conſtit. lege præſenti. † Et eſt aduerten-
dum,quòd hæ ſolennitates requiruntur in
delictis grauibus , non autem in leuibus,
quia in illis non requiritur ordo iuris,nec
requiritur ut formetur proceſſus , ſed ſuf-
ficit,ſi fiat mandatum,quód ſoluat penam,
puta,ſi iudex inuenit ludẽtes talis,vel por-
tantes arma,ut dicit Angel.de Aret. in li-
bro male.in verbo. hæc eſt quædam inqui-
ſitio.8.colum. & pro cõfirmatione eorum,
quæ dicit Angelus,facit doctr. Barto.in l.
diuus.2.col.ff. de cuſtodia reo. & in l.ædi-
les.per illum textum.ff.de via pu.& Bal.in
l.ſi irruptionem.ff.fi.regun. Felin. in c.ve-
niens vlti.col.de teſti.vbi tenent , quòd in
leuib.(vt ſi iudex vidit ludentes,uel portã
tes arma,& ſimilia ) põt iudex ſtatim pu-
nire,& ei creditur.ſed in contrarium in in-
diuiduo tenet Afflict.in conſtitu. intentio-
nis in 9. q. Par. de Put. in lib.ſynd.in ver-
bo,notorium effudit multa verba,videtur
tamen ſentire,quod ſufficiat ſola viſio iu-
dicis,ego autem conſulo, quicquid ſit , ut
ſcribat in actis quòd talis fuit annotatus
ad pœnam , ex quo tali die per iudicẽ fuit
repertus cum armis,vel ludens chartis , &
habetur eius cõfeſsio vel depoſitio ſaltem
vnius teſtis depoſitionis loco,licet in pun-
cto iuris etiam ſi hoc non fieret poſſet ex
prædictis ſuſtineri id , quod iudex facit .

## ET FACTA LITIS CONTE ſtatione detur terminus ad probandum. Rub.

*SVMMARIVM.*

*1 Terminus ad faciendas defenſiones dandus eſt reo,*

*reo, fallit in capto in flagranti crimine. num. 2. fallit in crimine læſæ maieſtatis ubi non datur inconſulto rege. nu. 3.*

4 *Terminus debet dari ſecundum diſtantiam locorum.*

5 *Terminum longiorem petens, ſi poſteà non vtitur, punitur.*

6 *Nominans teſtes extra regnum, & vltra mare, debet facere depoſitum.*

7 *Audientia teſtium in criminalibus an comittatur, quando teſtes ſint extra regnum, vel extra iuriſdictionem.*

8 *Termino defenſionis an poſſit reus renuntiare.*

9 *Terminus vnicus datur in regno ad faciendas defenſiones.*

10 *Reus inquiſitus debet reduci ad carceres inferiores, & dari licentia ei debet, ut poſſit cum aduocato & procuratoribus colloqui.*

11 *Terminus non datur fiſco ad examinari faciendum.*

12 *Terminus ad defendendum, & ad repulſam, an vnicus poſſit dari.*

## I V D E X.

FActa igitur litis cõteſtatione, vt dixi,
de neceſſitate debet iudex dare termi
1 num reo ad ſe defendendum † etiam ſi nõ
petatur, licet in ciuilib. ſit contrariũ, vt ha
betur in l. 1. ff. de fur. & l. rei. §. fin ad diem.
ff. de re mi. voluit Bartol. & Imol. in l. cu-
ſtodias §. 1. ff. de pub. iud. plenè per Afflic.
in conſti. pacis cultum. in 5. not. in pri. q.
& firmat Angel. de Aret. in lib. malefic. in
verbo. qui iudex ſtatuit ter. ad eo defend.
& Par. de Put. in lib. ſyndi. in verbo, con-
demnatio. & docet etiam Marſil. in praxi.
2 crim. in §. nunc videndum in prin. † Quod
quidem non procedit in capto in flagranti
crimine per officiales ad hoc deputatos, &
in notorio actus inſtantis, quia tunc nõ da
tur terminus ſecundum Bal. in l. vt vim. ff.
de iuſt. & iur. & dixi in verbo, item pluries
captus fuit in flagran. cri. & in verbo, item
3 quòd eſt no. delinque. † Item fallit in cri-
mine læſæ maieſtatis, vbi non datur termi
nus ad faciendas defenſiones per iudicem
abſq; conſultatione regia, vt dixi ſuprá in
4 verbo. item quòd com. cri. læſæ maieſt. † Et
eſt notandum, quòd ſi nominantur teſtes,
qui ſunt in partibus diſtantibus, debet da-
ri dilatio ſecundum diſtãtiam locorum, &
eo caſu debet iudex dare iuramentum ipſi
petenti, quòd non petat animo differendi
iudicium, ſed ex neceſſitate ſuæ defenſio-
nis, ut not. Afflic. in conſtit. cauſas alias in
5 2. not. † Et ſi petierit dilationem, & non
vſus fuerit, punitur pecunialiter ſecundũ
regiam pragm. quæ habet locum etiam in
criminalibus, licet loquatur in ciuilib. ſe-
6 cundum Afflict. vbi ſuprà. Et ſi fortaſſe al-
legentur teſtes qui ſunt extra regnum, de-
bent nominari iſti teſtes & iurari inſuper,
nihil doloſè aut dici aut agi debet, & debet
fieri depoſitum, ut habetur per regiã prag.
regis Ferd. inci. ſi quis petierit dilationem
vltra marinam, & habetur per Affli. ubi ſu
7 prà. † IN. Quód ſi teſtes examinandi ad de
fenſionem ſunt extra regnum, vel extra iu
riſdictionem volentis eos examinare, an
committatur ipſorum audientia? IV. Re
gulariter dicendum eſt, quód in criminali
bus non committitur audientia teſtium,
niſi ſenum & valetudinariorum, ut dictat
ritus magnæ curiæ vicariæ incip. item ſer
uat ipſa curia alicui, & in alio ritu. inci. Itẽ
ſeruat ipſa curia, quòd quamuis. & in con-
ſtit. in pecuniarjs. tamen in caſu propoſito
bene committitur, ſecundum Affli. in con-
ſti. inquiſitiones. & in conſtit. iuſtitiarios.
& in conſt. in pecuniarijs. & per Gramma.
8 in conſ 41. † FIS. An termino defenſionis
poſsit reus renunciare? † IV. Reperio An-
gel. in lib. maleſi. in verbo. qui iudex ſtatu.
ter. dicentem, ſe ſemper practicaſſe dictum
Bald. in l. raptores. C. de epiſ & cleri quód
ſi ĩquiſitus dicat ſe ex certa ſciẽtia, & ſciẽs
non habere defenſiones, imò carere defen-
ſionib. ſponte ob id renuntiat termino ad
ſe defendendum, & quód tunc talis renun-
tiatio valet, aliàs non: ibi vide in contin-
gentia facti eum, & pleniſsimè de hac quę-
ſtione videas per Marſ. in praxi. cri. §. exa
minanda. per totum. ad quem me remitto.
& aduerte, quód ibi dicit Angel. procedere
id, quod ipſe dicit, ſi conſtat, nullam cõpe-
tere defenſionem, ſecus, ſi conſtat ei compe
tere item ſi pœnitet reum de tali renuntia
tione, poteſt ſe defendere, ut ibi per eum.
9 † Et eſt notandum, quòd ſecundum practi
cam ſacri regij conſilij Neapoli, in crimina
libus nõ datur noua dilatio ad faciẽdas de
fenſiones reo ĩquiſito, ſed bene admittitur
reus abſque alia vlteriori dilatione adulte
rius probandum & ſe defendendum, etiam
poſt publicationem, & quód ita ſeruat ma-
gna curia vicariæ, vt dicit Capi. in deciſio.
10 81. † Et eſt aduertendum, ꝙ dato termi-
no ad probandum, debet duci reus in car-
ceres inferiores, & dari licentia, vt poſſit lo
qui cum procuratorib. & aduocato, & ordi-
nare ſuas defenſiones, aliàs grauaretur, vt
docet Marſ. in praxi. cri. §. poſtquam. nu.
11 5. in fin. † Item eſt aduertendum ꝙ ſi reus
dixerit, quòd ſentẽtietur ex eiſdem actis,
in caſibus, in quibus poteſt renuntiare de-
fenſionibus, fiſcus non poteſt petere termi
num ad examinari faciẽdum, & ſi petierit,
nõ debet dari, vt dictat ritus magnæ curię
vicariæ, incip. item ſeruat ipſa curia raro.
12 † Item eſt aduertendum, quód non poteſt
per curiã dari vnicus terminus ad proban
dum, & reprobandum teſtes, & ſic ad repul
ſam, ſecundum Card. poſt gloſ. in cle. ſæpe.
§. quia 11. q. de verbo. ſignifi. & hoc, niſi de
voluntate inquiſiti renuntiantis futuræ re
pulſæ, vt dicam infrá in verbo. concedatur
repulſa. & eſt ratio, quia ſunt diuerſi termi
ni, ſed licet hoc ſit verum: tamen bene po-
teſt iudex cõcedere repulſam, quæ incipiat
currere finito primo termino. quia licet of
ficium iudicis cõquieſcat pendente dilatio
ne, tamen ea pendente poteſt dari alia, quę
incipiat prima finita. ſecundum Barto. in l.
quandiu. la. 3. ff. de acqui. hære. & ibi Bald.

## DETVR COPIA CAPITVLOrum inquiſitis. Rub.

### SVMMARIVM.

1 *Copia capitulorum debet dari inquiſito, & debet dari gratis, ibidem.*

2 *Capitula quæ eliciuntur ex repertis, debent eſſe eſſe conformia cum ipſis repertis.*

3 *Capitula debent eſſe clara, & non obſcura.*

4 *Copia capitulorum non datur in crimine læſæ maieſtatis abſque conſultatione regia.*

5 *Copia repertorum detur habitis teſtibus pro repetitis.*

6 *Inquiri non poteſt de omni delicto.*

7 *Delicta indultata, præſcripta, vel ſententiata, non debent capitulari, niſi ad aggrauandum.*

8 *Exceptio, quòd non poteſt ex officio procedi, eſt admittenda, aliàs appellabitur, & debet opponi ante litem conteſtatam. nu. 9.*

10 *Stylus quomodo probetur.*

11 *Additio in capitulis quando poſſit fieri.*

12 *Socij & complices nominati in capitulis abſque nominibus & cognominibus, debent declarari.*

13 *Terminus non currit, donec diſceptabitur ſuper exceptionibus oppoſitis.*

## ¶ I V D E X.

1 PErfecta iam litis conteſtatione, & con-
ceſſo termino ad probãdum, debet da-
ri inquiſito copia capitulorum, ad hoc, vt
valeat & poſsit ſe defendere. Sunt autem
capitula illa, quæ eliciuntur ex omnib. re-
petitis indicijs, & probationib. exiſtentib.
contra inquiſitum, quorum formam ſuprá
demonſtraſti, tu Fiſce, & in regno eſt gene-
ralis practica, quæ paſsim vbiq; ſeruatur,
quód non datur inquiſito copia ipſorum
repertorum, maximè reluctante fiſco, licet
plura ſint prodita iura in hoc tam commu
nia, quàm municipalia (ſi municipalia di-
ci poſſunt conſti. capitula, & prag. regni) de
quibus mentionem facit Pet. de Monfot. in
c. ſubiungendo. & Affli. in conſti. hi qui, &
in conſti ſi damna clandeſtina. quæ referre
potius laborioſum vt, quam expediens, li-
cet repetitis teſtibus parte citata, & ſic le-
gitimato proceſſu, vel habitis teſtibus pro
repetitis debeat dari, ut habetur per Capi.
in deciſ. ſac. re. conſ. Neap. 74. incip. in cau-
ſa Franciſci de Serino. & ideo inoleuit pra
ctica, ꝙ quando inquiſitus deſiderat co-
piam repertorum, adhoc, ut melius & va-
lidius poſsit formare & patrare ſuas defen
ſiones, ſolet inſtare pro dicta copia, & di-
cere, quód habet teſtes curiæ ꝑ citatis, iu-
ratis, & legitimè repetitis, eo etenim caſu,
vt dixi conceditur dicta copia. cum cõgrua
ratio aſsignari neqt, cur denegari debeat
non habitis teſtib. pro repetitis, indifferen-
ter cõceditur & datur copia capitulorum,
in quibus continentur omnia reperta. & de
hoc vide Par. de Put. in lib. ſyndic. in ver-
bo. inquiſitio. ver & aduerte. vbi dicit non
dari copiam repertorum, ſed capitulorum
& an debeat dari etiam non petente reo,
Mar. in praxi cri. § nunc videndum dicit,
quòd ſic, maximè, ſi reus eſt ruſticus. nu. 3.
& ſequen. & debet dari ſumptibus querulã

tis uel inquirentis ad exemplum libelli in
ciuili. Angel in verbo. qui iu. vt ſupra pro
2 tri. ſed. † Et quia poterit eſſe, quòd aliqui
Iudices in capitulis non ponant omnia re-
perta, ut fieri debet, & vt tenentur iudices
inoleuit practica generalis in regno, quòd
proteſtantur inquiſiti, quòd ſi, & quatenus
capit, nõ correſpõderint cũ repertis, vel de
uiauerint, aut defectiua quoquo modo fue
rint, quód de eis nulla habeatur ratio, nec
conſideratio aliqua, nec eiſdem, nec inqui-
ſitio poſſunt obeſſe, & eſt vtilis & neceſſa-
ria practica, copia enim capitulorum de-
bet eſſe conformis cum exemplato ut l. ſi
quis ex argentarijs. §. pertinere. & ibi Bar.
ff. de edend. & voluit Angel de Aret. in lib.
maleſi. in verſ. qui iudex, ut ſupra pro tri.
3 ſe. in princ. † Et ſimiliter, quia multoties
ſolent formari capitula obſcura, non con-
tinentia eas qualitates, quæ in eis requi-
runtur, vel aliter (quo caſu commodè non
poſſunt patrati defenſiones) inoleuit ſimi-
liter practica, ut inſtetur & petatur, quòd
declarentur dicta capitula aliàs poteſta-
ri contra quos decet, de omnibus ſibi dici-
tis proteſtari. & quód interim terminus
non currat. & debent de iure declarari,
quia in criminalibus debet factum clarè
proponi, ſecundum Bald. in addi. Specula.
in tit. de actio. & peti. verſi. licet item, quia
actor tenetur declarare libellum incertũ.
ſecundum Doct. in l. inter ſtipulantem. §.
1. ff. de verbo. oblig. & Barto. in l. ſi quis in
4 intentione. verſ. quærit gloſ. ff. de iudi. † Et
licet ſuprá dixerim indifferenter dari co-
pia capitulorum, tamen non procedit in
crimine læſæ maieſtatis, quia non datur
abſque cõſultatione regia, ut dixi ſupra in
verbo, item commiſit crimen leſę maieſta
tis. & idem eſt in notorio, vt dixi ſuprà in
uerbo. item. quód eſt notorius delinquens.
5 † Item eſt aduertendum, quòd multoties
ſolent haberi teſtes pro citatis, iuratis, &
legitimè repertis, ut habeatur copia re-
pertorum, præter teſtes abſentes & mor-
tuos. an verò poſſit fiſcus inſtare, vt non
detur cum dicta reſeruatione, niſi omnes
habeãtur pro repetitis & iuratis, & in hoc
dicas, quód ſic, & ita vidi ſeruatum, & ſer-
uari in magna curia vicaria, licet Saler-
ni & in ſancto Seuerino contrarium ſerue-
tur, qui datur copia repertorum etiam cũ
dicta reſeruatione. & qualitate, & in regia
prouinciali audientia indiſtinctè datur di-
cta copia repertorum, etiam non habitis
teſtibus pro iuratis & repetitis. ſed videtur
poſſe dici, quód dicta reſeruatio debeat ad
mitti, & quód debeat dari, tunc copia re-
pertorum, quoniam ceſſat tunc ratio, qua-
re denegatur copia repertorum, quę eſt, vt
per inbuiſitum non fiat fraus, ut teſtes an-
tequam repetantur, diſcedant de ciuitate,
& ſic, ut repeti minimè poſsint. habitis er-
go pro repetitis ceſſat illa ratio. & licet ab
ſentes & motui minimè pro repetitis ha-
bentur pp illam reſeruationem, illud ta-
men non debet obſtare, quin debeat dari
copia repertorum admiſſa illa ſeruatione,
maximè quò ad mortuos, qui repeti mini-
mè poſſunt, nec in eis viget timor ſuborna
tionis poſtquam mortui ſunt, & ſic ceſſat
ratio prohibitionis ex generali practica
de nõ dandis repertis. & ſimiliter dicerem
de abſentibus, intelligendo de illis, qui
longa abſentia abfuturi ſunt, ex quib. non
poſſet retardari expeditio cauſæ propter
eorum non repetitionem, vt dicam in ver-
bo. repetãtur teſtes licet ſit maius dubium.
6 Inſuper aduertant reorum aduocati, vt di-
ligẽter percõteñt & inſpiciãt capitula for-
mata cõtra ſuos cliẽtes inquiſitos, & ſi vide
rẽt fortè capitulari aliqua delicta, in quib.
ex officio nõ põt formari inquiſitio, exci-
piãt & opponant de hoc. & petant ante oĩa
prouideri ſuper dicta exceptione, quia de
omni delicto non poteſt inquiri, & tene-
tur iudex ſuper hoc interloqui, ut docet
Angel. de Aret. in lib. malef. in verbo, hæc
7 eſt quędam inquiſitio 3. colum. in ſi † Item
ſi capitulentur delicta indultata, compoſi-
ta, tranſacta, uel ſententiata, opponatur ex
ceptio indultus, compoſitionis, tranſactio-
nis, & rei iudicatæ, & etiam perſcriptio-
nis, & aliter, vt ſuprà diſſerui in uerbo,
audiantur exceptiones proponendæ per
eos, quia hę exceptiones, competunt etiam
aduerſus accuſationem, competunt etiam
aduerſus inquiſitionem ſecundum Bart. in
l. 2. § ſi publico. ff. de adul. & oppoſitis di-
ctis exceptionibus debet prouideri ſuper
8 eis ante omnia. † Et quatenus ſuprà dixi,
poſſe excipi & opponi, quòd non poteſt
ex officio, procedi & inquiri, eſt adeó ve-
rum iſtud, vt ſi iudex nõ obſtãte exceptio-
ne





nẽ ad ulteriora procedat, poſsit appellari,
ſi modo cauſa, propter quam allegatur,
non poſſet ex officio procedi, eſſet, iuſta, &
impediret proceſſum ſecundum Bal. in l. 2
C. de epi. audien. quem refert & ſequitur
Ang. Arc. in li. male. in uerbo, hæc eſt quæ
9 dam inquiſito. in ulti. col. † Et aduerten
dum eſt, quod dicta exceptio eſt dilatoria
& debet opponi ante litem conteſtatam,
& antequam nomen rei ſit receptum inter
reos. ut l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff.
de adulter. & dixi ſupra in d. uerbo, audian
10 tur exceptiones. circa finem. † Illud etiã
prætermittendum minimè putaui. quum
multoties per reos ſolet allegari aliquis
ſtylus, ut circa dationem copiæ repertorũ,
uel alia, quod in eo caſu debet iudex leua
ta uoce ex ſuo mero officio pro ſua infor-
matione intertogare, pcuratores, & alio
circunſtantes, & litigantes cum iuramen-
to. & in actis eorum relationem & depoſi-
tionem ſcribi faciat ut notabiliter dicit
Barto. & Floria. in l. 3. §. fi. ff. de teſtib. & in
ſpecie reportauit Ange. de Are. in lib. ma
leſic. in uerbo, nec non ad quærelam. in
11 col. 14. circa. fi. † Item eſt aduertendum,
quia ut plurimum ſolẽt iudices maleficio
rum poſt datam copiã capitulorum adde-
re aliquam qualitatem in capitulis: nam
hęc additio nõ poteſt fieri, niſi citato reo,
& ante litem conteſtatam, quando eſt talis
qualitas, quæ alterat delictum capitularũ
per prius & facit plus ipſum puniri. uel fa-
cit eum reduci in aliam ſpeciem delicti: ſe
cus, ſi qualitas adiecta non alterat, ne trãſ
format quia poteſt fieri uſque ad ſenten-
tiam excluſiuè, citato tamen reo. ut bene
congerit Ange. de Are. in lib. male. in uer-
bo, qui di. iu. addi. & detra poteſt etiã quã
docunque addẽre, ẽt in priori caſu dum-
modo conteſtatur lis ſuper dicta additio-
12 ne. † Item eſt ulterius aduertendum, q
multoties in capitulis ſolẽt nominari alij
ſocij participes, mandantes. vel mandata-
rij, uel alijs cõplices. (dicendo uerbi gra-
tia, quod dictus inquiſitus aſſociatus cum
alijs, uel ad mandatum alterius. & ſimili-
bus modis commiſit delictum) quo caſu
poteſt inquiſitus petere, ut nominentur in
ſpecie illi complices, ſocij mandates,
uel mandatarij, quia commodè non poteſt
ſuas patrare defenſiones, & debet decla-
rari & nominari per curiam, ut conſuluit
Marſi. in conſ. 49. & 50. quòd eſt valde no-
13 tandum. † Item eſt ſciendum, quòd oppo-
ſitis prædictis exceptionibus. ſeu altera ip
ſarum, donec ſuper eis non fuerit debite
prouiſum non currit nec currere incipit
terminus datus ad faciendas defenſiones.
ſecundum Bal. in l. quãdiu, la ultima. ff. de
acquiren. hæredi.

## ¶ ET DEMVM REPETANTVR teſtes curiæ. Rub.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtes repeti debent parte citata. ut faciant indicium, & debent repeti coram iudice, & non coram actuario. numero 2. nec poteſt alteri demandari. numero 3. & qualiter debeant repeti. numero 4. & an quando poſſint addere vel detrahere ex eorum depoſitionibus. numero. 5. & an teſtes probant, ſi ſint mortui ante repetitionem numero. 6. & an probent teſtes ſi dicant in repetitione, ſe non recordari. nu. 7. & an debeant teſtes repeti, eis non lecta depoſitione. numero 8. & numero. 13.*

9 *Teſtes debent reddere cauſam ſcientiæ etiam non interrogati.*

10 *Teſtium repetitio non impedit expoſitionem cauſæ.*

11 *Teſtes poſſunt repeti poſt publicationem in cauſa, ſi non depoſuerint, an vulnus ſit mortale, an non.*

12 *Teſtes non poſſunt repeti poſt citationem ad dicendum.*

14 *Teſtes an poſſint dicere in repetitione ſe nõ ita dixiſſe, ſi ſe ſubſcripſerunt in priori examine. & ſi poſſunt ita dicere, illis ne, an actis ſit credendum. nu. 15. 16*

17 *Teſtes ſi in repetitione varient, an probent.*

## ¶ IVDEX.

1 DAto vero iam termino ad proban-
dum, quia teſtes examinati ad in-
formationem curiæ non probant, niſi
recepta ntur parte citata ad uidendum iu-
ramenta teſtium: ideo debent iudices il-
lico citari facere teſtes, & partem, ad eorũ
iuramenta uidendum, licet hoc non pce-
dat in diſrobato: ib. ſtratarum, in inſigni-

bus latronib. in crimine læſæ maleſtatis.
& aſſaſsinij ut dixi in tertia tertiæ partis.
num.40.cum ſequentibus, & ut etiam do-
cet Marſi.in praxi.crimi.in §.nunc uiden-
dum nu.29.& puchrè per Ange. de Areti.
in lib.maleſi.in verbo.fama publica. 2.col.
2 † Et hæc repetitio debet fieri coram iudi
ce,non coram actuario.ut in auth.de teſti.
§.& quoniam.iuncta.glo.in verbo,obſerua
tionibus col.7.l.& quoniam.& authe.apud
eloquentiſsimum.C de fi.inſtru. & dixi in
3 tertia tertiæ partis. † Nec alteri poteſt
demandari repetitio prædicta, quia cauſa
meri & mixti imperij non poteſt delega-
ri.l.1.ff.de offi.eius cui man.eſt iuri.quod
eſt verũ; niſi ex iuſta cauſa, ut puta,ſi te-
ſtes ſint alterius territorij, & non ſubiecti
ut ſupra dixi in uerbo, & detur terminus
ad ꝓbandũ. vel niſi eſſet iudex impeditus
iuſto impedimẽto abſentię vel infirmita-
tis, vel alia iuſtiſsima cauſa, ſecũdũ Ang.
in li.maleſi.in verbo,qui in.ſtatuit ter.nu.
23.ut ẽt dicit Mar.in d.§. nunc uidendum
4 nu.30. † Et talis repetitio debet fieri per
iudicẽ legendo unicuiq; teſti depoſitionẽ
ſuam ſeparatim ab alijs teſtib. & in ſecre-
to,ne unius depoſitio per aliam fabricet;
ut per Danielem inductum eſt, ut ca.nos
item Daniel.2.queſtio.7.& lecta depoſitio
ne teſti, ſcribatur actus repetitionis hoc
ordine, die, & coram &c. talis teſtis cum
iuramẽto interrogatus & examinatus ſuꝑ
dicta informatione,& tota cauſa? & quic-
quid inde,dixit che ſopra tal cauſa: è ſta-
to ſecõdo ſe recorda unaltra volta exami-
nato, ala quale examine ſe refere. & lecta
eidem dicta ſua depoſitione facta ſub die
&c.& incipit,&c.& finit,&c.ac ei diuulga-
ta,ut iacet de uerbo ad verbum, dixit;che
quanto in epſa ſe contene è vero & veriſ-
ſimo; & quello ratifica accepta & emolo-
ga.de uerbo ad uerbum,ſic de loco,tempo-
5 re,& cauſa ſciẽtiæ.&c. † Et ſi teſtes in ſuis
depoſitionibus aliquid addunt vel detra-
hunt primis depoſitionibus, releuant; uel
aggrauãt inquiſitos,ut per Cap.in deciſio.
61.& c.per tuas. & ibi Abb. extra.de teſt.
nam poſſunt corrigere dicta,& depoſitio-
nes ſuas a primis depoſitionib. ante publi
cationem, & confrontationem; nec habet
docere de errore; ut per Abba.in capi.præ
terea extra.de teſtib.cogen.vel antequam
teſtes loquuti fuerint cum parte producẽ-
te ſecundum Inno.in ca cum dilecti extra
de accuſa & eadem die, qua depoſuerunt,
poſſint ſe corrigere,priuſquam fuerint lo-
quuti cum parte,ſecus autem ex interual
lo,ut in authen.& qui ſemel.in.gl.in uer-
6 bo,productionem. C.de pro. † FISCVS.
Quid ſi teſtes antequam repetantur,mor
tui fuerint,an probent? † IVD.Tex.in l.fi.
C de teſti.& ibi Paul.de Caſt.tenet, quod
probant,ſaluo iure legitimo ipſi reo oppo
nendi contra perſonas & dicta teſtium. &
ita firmat Ioan.Mille.in ſua praxi, fol.84.
nume.17. Sed in criminalibus non credo
procedere iſtud dictum ad plenam proba-
7 tionẽ,ideo cogita † FIS. Quid ſi aliquis
teſtis dicat in repetitione, ſe nõ recordari
an uitietur dictum ipſius? † IVD.Ioan.
Mille.in ſua praxi.fol.83.in gl. non recor-
daretur.dicit quòd non, ſed ſuſtinetur.&
dicit probari in l.cum precibus C.de pro-
ba.& per Bart.in l.in exercendis.C.de fi.in
ſtru.in uerſi. quæro quid ſi teſtes. Adde,
quod ſi recte inſpiciatur doctrina Bart.nõ
facit ad propoſitum noſtrũ.quia loquitur,
quando teſtes in inſtrumento deſcripti di
cunt,ſe non recordari, quód tunc ſuſtine-
tur inſtrumentum. nec inualidatur. & eſt
ratio in eo caſu,quia inſtrumentum rema
net ualidum authoritate publicæ ſcriptu-
re,& teſtes dicentes, ſe non recordari,non
contradicunt inſtrumento. unde ſat erit
ſi nihil adducatur contra ipſum inſtrumẽ
tum,quòd non ſit verum uel quòd ſit fal-
ſum,uel aliter.in caſu autem noſtro teſtes
non probant,niſi repetantur, unde ſi repe
titi dicant ſe non recordari.eorum dictum
corruit,remanet depoſitio non repetita,&
facta non uocata parte, & etiam eliſa per
illa uerba,non recordari.& ſic uidetur di-
ctum Io.Mille. non procedere ſed Bald.in
l.fi.prima col.in fi.C.de re iudi.uidetur te-
nere id quod dicit Ioan Mill.loquitur ta-
8 men in ciuilibus. † FIS. Vtrum teſtis co
gatur ſe repetere.ei non lecta ſua depoſi-
tione? † IVD. Hanc quæſtionem late exa
minauit Boer.in deciſio. 108.in prima par
te & tandem poſt multa uidetur firmare,
quòd uon,ſed quod debeat eidem legi ſua
9 depoſitio. † Item debet curare iudex,ut
ſemper interroget teſtes de cauſa ſciẽtiæ.
qu a ſicut teſtes etiam non interrogati in
cri mina-



criminalibus ad plenam probationem fa-
ciendam debent reddere rationem ſuorũ
dictorum ſecundum Sali.in l. fi.C.de pro-
bat.ita etiam ad faciendum indiciũ ad tor
tutam,ſecundum Marſ.in praxi.cri.§.dili-
10 genter.num.31. † Et nota,quód in regno
extat pragmatica,qua cauetur,quòd expe
ditio cauſæ crimiualis nullatenus retarde
tur prætextu teſtium curiæ non repetito-
rũ;ut habetur per Grammati.in deciſ.28.
11 inci.magnificus nu.6. † Et eſt notandum,
quòd ſi teſtes examinati ſuper vulnere nõ
depoſuerint,an ſit vulnus mortale, an non
poſſunt poſt publicationem in cauſa repe-
ti ſecundum Affli.in conſti.terminũ vitæ.
12 verſ.ſextò quæro. † Eſt tamen notandum,
quòd poſt citationem ad dicendum,& poſt
pronuntiatum in cauſa,minime, põt fieri
repetitio teſtium, ut habetur per Gram.
in dicta deciſio.20.& in deciſio.35. per Ca
pi circa finẽ incip.in cauſa magiſtri Anto-
13 nij. † Item eſt aduertendum quód non va
let repetitio teſtium,niſi formaliter ſit fa
cta. videlicet lecta eiſdem eorum depoſi-
tione,ut ſupra dixi,& ea ſubſcripta per ꝓ
prias manus ipſorum,ſi ſcribere ſciũt,uel
ſaltẽ per ſignum crucis,quatenus neſciunt
ſcribere,& in hoc aduertas,quia multi de
cipiunt.quia non lecta depoſitione dicũt te
ſtibus,an referant ſe ad priora dicta,qui di
cunt,quód ſic. nam talis repetitio non ua
let,ut videtur velle Bald.in l.fi.C.plus va
val.quod agi.
14 † Et an teſtis qui ſe ſubſcripſit in priori
examine;poſsit nunc in repetitione dice-
re,ſe non ita dixiſſe,uide Gramma.in con
ſi 47.in cauſa honorabilium,& ultra cum
vide tex.l.Caius.ff de pigno.actio.& Salic.
15 in d.l.fi. C.plus ual. quod ag. Et an dicto
caſu credatur magis actuario, quàm teſti
bus,uide per Gramm.ubi ſuprà, & Cap.in
deciſio.61.num,3.in cauſa magnifici Cara
felli.& quód ſi teſtis eſt notabilis perſona
actuarius ſimplex ſcriba,ibidem per præfa
tos.ubi ſit communis diſtinctio, quòd aut
tractatur ad puniendo teſte accuſato de
falſo,& creditur potius teſti, aut tractatur
ad ſciendum, cui potius debeat credi,
cui in ipſa cauſa debeat ſtari, & tũc ſtatur
16 potius notario. † Ego autem quando ca-
ſus mihi contingeret.ex quo ex depoſitio
ne ſua reſultat quoddam indicium, quòd
teſtis ille ſcit veritatem, & nunc eã vult
occultare. examinarem vltra aliquos te-
ſtes de veriſimilitudine illius primo dicti,
nunc negari, & quòd veriſimile eſt illud
dixiſſe,quia veriſimiliter poterat,& poteſt
ſcire veritatem, & illud,quo dixit, & de
bona fama notarij,& iſtis probatis ſubijce
rem illum teſtem tormentis per ea,q̃ la-
tè dixi in verbo,item capiat informatio-
17 nem † Quid autem ſi teſtes uariãt a pri-
mo dicto? Bald.in l.fin.C. de re iud.dicit,
q; primum dictum corruit ex eo, quia pri-
mum dictum eſt nullum abſque repetitio
ne & cũm ſint in repetitione uarij,nec pri
mo,nec ſecundo ſtandum eſt. Nota quòd
teſtis vocatus ſeu nominatus ad teſtimo-
nium,eo ipſo uidetur approbatus,& debet
examinari.Bald. in l.data opera. C.qui ac.
non po.12.col.

## ¶ RECIPIANTVR DEFEN-ſiones reorum. Rub.

### SVMMARIVM.


1 *Defenſiones qualiter fiant, & quo ordine.*
2 *Inimicitiæ indicium qualiter tollatur.*
3 *Vulneratus qualiter probetur,quòd non ſit ex vulnere mortuus nu 4.5.6.*
7 *Vulnerans aliquem,quem poſteà alius exinaniuit,an teneatur de occiſo.*
8 *Defenſiones etiam poſt ſententiam recipiendæ ſunt,& ex officio iudicis ad defenſionem poſſunt examinari teſtes.nu.9.*
10 *Teſtes etiam non integri probant inducti ad defenſam.*
11 *Defenſio neceſſaria qualiter probetur.num.11.13*
14 *Defendendo occidens eum cui præſtiterat cautionem de non offendendo,an puniatur ſaltem pæna cautionis.*
15 *Defendendi cauſa ſemper præſumitur repercutere percuſſus primo.*
16 *Moderamen inculpatæ tutelæ conſideratur in rixa.*
17 *Defenſio eſt permiſſa non ſolum pro ſe,ſed etiam pro parte,& econtra.*
18 *Pæna mortis ex quibus excuſetur.*
19 *Defenſionem quot ſunt ſpecies.*
20 *Homicidium commiſſum baculo, quomodo excuſetur a pæna mortis.*
21 *Statuto dictante,quod poſsit occidi bannitus,a*

*poterit occidi bannitus, cum quo erat ſacta pax.*

22 *Defenſiones ſtatim debeant reo dari.*

23 *Statuto ſtante, quòd impunè occidantur banniti, an occidens bannitum indultatum, ſed non cancellatum, puniatur.*

24 *Homicidium in rixa commiſſum quomodo excuſetur.*

25 *Vulnerans quaiiter excuſetur num. 26.*

27 *Pauperi inquiſitio debent fieri acta & defenſiones gratis.*

28 *Mulieres deponentes in fauorem reorum uiris in fauorem fiſci vel querulantis deponentibus præferuntur.*

29 *Animus occidendi probatur, ſi aliàs ſolitus ſit delinquere.*

30 *Teſtes laici præferuntur clericis, ſi deponant ad defenſionem.*

31 *Negatiua coarctata loco & tempore, quomodo & qualiter probetur.*

32 *Interrogatoria dantur per curiam, ſed non per inquiſitum.*

33 *Accuſatur, quòd de Menſe Maij interfecit Titiū, ſi probet, quòd erat bannitus, & non probat, quòd de menſe Maij, an abſoluendus ſit*

34 *Delictum commiſſum per eum, qui probatur habere dilucidia interualla in dubio præſumitur commiſiſſe quo tempore habebat dilucida interualla.*

35 *Inſultus qualiter excuſetur.*

36 *Blaſphemia qualiter excuſetur.*

37 *Adulterium quomodo defendaour.*

38 *Iudex laicus poteſt terminum ſtatuere petenti remiſſionem ad eccleſiaſticum, intra quem habeat producere ea, quæ intendit producere coram eccleſiaſtico, vt videat, ſi releuent.*

39 *Homicidium de nocte commiſſum quomodo excuſetur.*

## ¶ I V D E X.

1 OMnibus p̄dictis, exequutis & geſtis, debent recipi defenſiones reorū, & ſic exceptiones, & examinari teſtes ſuper eis, aliaq́ue iura admittenda admitti, ſintq́ue cauti reorum aduocati, ut ſemper ſtudeant indiciorū vires euacuare, & tollere, & perimere, & attendere circa ſubſtātialia, & non fundare exceptiones & defenſio in phylacterijs, & alijs generalibus. quæ etiam ſi probata forent, adhuc tamen indicia remanerēt illæſa & indiminuta, ut quādoque vidi plures aduocatos erraſſe, & in fine cauſæ ſe reperijſſe vento plenos: quod quidem non peruenit, niſi ex craſſa ignorā tia. quare pro inſtructione iuuenum ſciendum eſt, quòd forma fundandi defenſiones
2 erit huiuſcemodi. † Si contigerit contra aliquem adduci inimicitiam capitalē pro indicio, debet conſiderari cauſa, vñ proceſſit. quia ex multis cauſis cauſari poteſt aliquando enim ex iniuria verbali, aliquando ex iniuria reali, aliquando ex litib. & propter bona, & alijs ex cauſis. cōſiderata verò cauſa inimicitiæ, debet cōſiderari & videri, ſi cauſa ipſa poterit tolli, vel minorari, quód ſi non poterit, quia eſt vera & clara, tunc dēt probari reconciliatio, probando actus exteriores. ex quibus præſumitur & inducitur, ut quia diu eſt, quòd poſt dictam cauſam inimicitiæ viſus fuit conuerſari cū iniuriante comedendo, bibēdo, ridendo, ſaltando, & alia faciendo, quæ nō inter inimicos, ſed amicos fieri adſolent. Item probari debet, quód poſt dictam iniuriam realem, verbalem illico tunc, nec poſteá fuit viſus, vel auditus reuocaſſe expreſſe ad animum ſuum, ad iniuriam, ſed potius diſsimulaſſe. iſtis enim iunctis probatis, tollitur dictum indicium, videlicet quòd non reuocauit ad animum, & quòd per magnum temporis interuallum ante delictum ſequutum fuerit facta reconciliatio aliàs nō vt habet pleniſsimè per do. Ia. de Bello. viſ. in ſua praxi. cri. in tit. de iniu. in verbo, quòd dictus reus malitioſè. in fi. colum. & Mar. Ant. Blan. in repet. l. fina. ff. de quæſtio. num. 161. et poſt omnes Iaco. Nouell. in ſua praxi, ſeu tracta. de defen. folio 19. num. 44. licet non ita clare, ut Iacō. de Bello viſ. et ſi inimicitia proceſsit ex lite nō ſufficit ſimpliciter probari receſſus a lite, ut ex hoc ſublata foret, ſi p̄ceſsit inimicitia capitalis, aut grauis, ſed requirit ultra receſſū à lite quòd probetur reconciliatio, quæ etiam non ſit de p̄ſenti, et ita poſt multa firmat Blanc. in d. repe. l. fin. numer. 137. in fi. item debet probari bona, & optima fama inquiſiti, quia ſi ex aduerſo nō p̄betur mala fama, tollitur indicium prædictum, ut per Bertran. in conſi. 61. & 157. in ſecunda parte per doct. Cy. in l. fi. ff. de hære. inſtit. item poterit probari exculpatio offenſi



offenſi in mortis articulo quia per ea tollitur dictum indicium, ut per Bal. in l. j. vlti. colum. in verſi. pone, teſtator nu. 33. C. communia de lega. & Alexan. in leg ſi quis in graui. §. ſi quis moriens ff. dè Syll. & in conſi, 30. ulti. col. in 7. volu. m Marſi. in ſua ptaxi. in §. diligenter num. 200. Itē poterit probari grauior inimicitia, quam habebat cum alio, probando etiam minas prolatas ab eo, & malam conſuetudinem illius in demandando minas exequutioni, vel fugā illius, & alia indicia, ut magis reſultet ſuſpitio cōtra illū; quàm contrá hūc; ex iſtis enim tollitur vel ſaltem eliditur dictū incium. uide Afflict. in conſti. terminum vi-
3 tæ. 4. col. verſi. 4, fallit. Et ſi aliquis inquiratur de homicidio, poterit probari, quod mortuus nō fuit vulnere, probando, quód ſurrexerit, & abulauit, ſecundū Ba. in l. fi. ff. de ſicar. per glo. 1. C. de emen. ſeruo & per tex. c. 2 de cler. percuſſo. & eſt recurrēdum ad iudicium medicorum. ut in leg. ſi ſemel. C. de re. mi. lib. 12. & in l. 1. ff. de uē. inſpi. & per Ang. de Are. in lib. male. in uerbo, & dictus Titius ex interuallo ex dicto. vlt. mor. fuit. in princi. verſ. ſi ex interuallo. Cæpol. conſil. 41. incip licet in 5. colu. & Angel. in l. quod ſi nolit. §. qui mancipium. ff. de ædic. & Pet. de Anch. in conſ. 284. incip. iure ſtrictu. & Bald. in l. 4. colu. C. de edic. action. & pro quo videndus eſt Abb. in d. ca. 2. de cleri. percuſſo. & Marſil. in praxi. cri. §. & quia. num 16. cum ſequētibus. Itē poteſt probari, quòd voluit adhibere medicorum. quia videtur mortuus eſſe ſua culpa: ſecundū Bal. in l. ſi ab hoſti. § ſi uer. per gloſ. ibi. ff. ſol. mat. quod dictū ibi ſummè no. Pau. de Caſt. & Ale. & Bal. in l. qui occidit §. ſi ff. ad l. Aquil. & in c. 1. qui mo. feu. amitti, & uolunt doc. in cap. 2. de cleri. percuſſo. pro qua parte facit etiā ſecundum eum tex. in l. huic ſcripturæ. in §. 1. & in l. item Mela. §. Celſus. ff. ad le. Aquil. item poterit probari, quòd adhibuit medicorū imperitum, & inordinatè vixit comedendo res nociuas; et quòd noluit parere medicis, ſecundum do. Fel. in c. præsbyterum. extra de homi. vel ſi concubuit cū vxore, uel alia fœmina. item poterit probari, quód ſe medicari fecit incantationibus quo caſu vulnerans nō tenetur de morte, ſi vulneratus moriaē. ſecundum Soc. in cōſ. 178. incip. prima aſpectu. ulti. col. pro quo facit. tex. l. j. §. ſed ſi obſtetrices. ff. de var. & extrao. cogni. & refert. & ſequitur Marſil in praxi. cri. in. § & quia. nu. 18. 19. & ſequen. quòd nota pro curantibus ſe aqua in
4 cantata. † Et aduertas, ne decipiaris, quòd dato, quòd vulneratus diceret, ſe mori ſua culpa, hoc non ſufficit, niſi aliter apparuerit ſecundū Mar. ubi ſupra nu. 24. pro quo
5 allegat. c. fi. extra de ſucceſ. ab inte. † Itē poterit probari, quòd longo tempore poſt vulnus illatum deceſsit, ad quod tempus nō cōſueuerunt mortaliter vulnerati uitā extendere; & quod ſemper. proceſsit de bono in melius, & non de malo in peius. Item poterit probari, quod receſſerunt accidentia mala; quia ceſſauit febris; & quòd percuſſus in operationibus naturalib. non impediebaē nec in corpore ob illam percuſsionem grauabatur. ſic enim loquebatur, & ita ſane intelligat, ſicut homo non lethaliter p̄cuſſus: ſunt enim hæc ſigna infallibilis ſalutis, ſi non peruenit noua culpa vulnerati. item poterit probari mala cuſtodia vulnerati, ut quia non ſtetit in camera clauſus, ſed exiuit ad aerem, vel bibit vinum frequētando tabernas. Itē poterit probari quód medici affirmabant, quòd erat extra periculum mortis. Item poterit probari natura vulnerari robuſta & fortis, quæ bene cuſtodita raro perit, quia dura textura raro, & difficulter ſoluitur, vt bene & elegāter hæc omnia cumulat Boer. in deciſio
6 323. in ſecunda parte † Et ibi plus dicit, quòd pro parte fiſci plura poſſunt probari, ut videaē percuſſus mortuus ex vulnere; & primo p̄ōt probari breuitas tēporis, ut ſi intra triduū mortuus ſit à die illati vulneris, vel ſi infra lōgum tempus, ſi nunquā cōualuit & indies acceſsit de malo in peius. item quòd continuo fuit in vulnerato perſeuerātia uomitus, febris, ac aliorum accidētiū ſignificantiū mortē. Itē quòd vulnus erat adeó latum & profundum vt cōmuniter iudicaretur mortale. Itē poterit probari qualitas inſtrumēti, quòd non conſueuit leuem plagam inferre. Itē poterit probari, quòd continuo infirmus habuit dolorē, quia percuſſus fuit in neruis, unde prouenit ſpaſmus & mors: & eſt pulcherrima deciſio in hoc paſſu, uideatis eā in facti cōtin-
7 gētia, † Item poterit probari, quòd alius cū vulne-

vulnerauit, & exananiuit poſt primum
vulnerãtem, quia licet primus mortaliter
vulneraſſet, non tenetur de occiſo, ſi alius
poſtea vulnerauit & occidit, ut plene per
Marſi. in l. nihil intereſt. nu. 17 ff. de ſicar.
& eſt tex. in l. item Mela. §. 1. ff. ad l. Aqui.
ſed in contrarium eſt tex. in l. ita vulnera
tus §. 1. ff. eo. tit. pro cuius ſolutiõe uideat̃
Boer. in deciſione de qua ſupra. & Alber.
de Roſa. in d l. item Mela. & quaſi omnes
docto uidentur concludere, quod aut pri-
mus vulnerãs adeo vulnerauit, ut impoſsi
bile forte vulneratum potuiſſe viuere, &
certum foret debuiſſe mori ſecũdum oẽs
regulas mediciuæ & praxim, & eo caſu pto
cedat id, ꝙ dicitur in l. ita vulneratus, aut
primũ uulnus poterat. ſe habere ad mortẽ
& vitam, & procedat text. in l. item Mela.
8 & ita aliàs practicaui Salerni. † Et eſt ad-
tendum, quod etiam poſt ſententiam con
demnatoriam debent audiri, & admitti de
fenſiones reorum, & ubi conſliterit de in-
nocentia, debet ſuperſederi à ſuperiori. ſe
cundum Barto. in l. 1. §. fi. ff. de quæſt. & ibi
per Mar. in 15. col. ver. quinimò fortius. &
firmat Innocen. quem ibi ſequuntur doc.
in. c. ſignificantibus. in fi. de purga. vulgar.
& voluit Bald. ſecundo Inno. In l. unica in
9 vltima. col. C. de confeſ. † Imo plus eſt ſciẽ
dum, quod ad defènſionem reorũ iudex po
teſt & debet teſtes ex officio ſuo examina
re etiam à parte nõ productos, etiam ipſa
parte non inſtante, nec poſtulante. ſecũdũ
Bar. in l. 1. §. fi. circa princi. ff de quæſt. &
in l. 2. C. de abolitio. & eſt optimus tex. in
l. ſi. non defendatur. ff. de pœn. & in l. 4. §.
hoc autem iudicium. ff. de dam. infe. & in
l. 2. 11. col. C. de eden. & plene ꝑ Mar. in
10 praxi. cri. in §. opportunè nu. 14. † Itẽ ad
defenſam admittuntur teſtes nõ integri,
& minus idonei Spec in tit. de inqſitiõe. §.
1. ver. ſed nũquid reus. refert & ſequit̃ Io-
an. de Ana. in conſ 59. & voluit in conſilio
24. Alex. incip. animaduerſis. 13. col. in 2.
lib. † INQVI. Ediſſere nobis domine Iu-
11 dex, qualiter probetur quem commiſiſſe
delictum homicidij ad ſui defenſionem. †
IVDEX. Hæc eſt materia ſatis trita, & in
pluribus locis tractata ꝑ docto, ſed ut uo
nis veſtris ſatisfaciam, aliqua ſummatim
cõgerã. Sciendum itaque eſt, ꝙ pluribus
modis dicitur permiſſa defenſio. aliquãdo
enim quis prouocatur verbis iniurioſis, &
tunc regulariter verbis; & nõ facto eſt per
miſſa deſenſio. ſecundum Specu. in titu. de
accuſa. ver. quid ſi vocaui te latronem, &
ſequitur Ang. in l. ut vim. ff. de inſt. & iure
& ibi Iaſ. ſed quia multoties euenit, ꝙ fa-
cto quis de defendir, tũc licet excedat mo-
dum defenſionis, mitius tamen debet puni
ri, ſecundum Ange. de Are. in libro maleſ.
in verbo, & verba contumelioſa. & ſequi-
tur Gramm. in conſi. 29 & in voto 23. pro-
bando priũs iniuriam dictam clare & par-
ticulariter probando etiam, & articulãdo
grauitatẽ illius iniuriæ, in illis partib. &
quòd patientes illam iniuriam cõſtituunt̃
in maximo vituperio & dedecore; ut nõ
minus tolerabile eis foret interfici. Item,
ꝙ eſt talis iniuria, quæ non uerbis, ſed fa-
cto tollitur. Item, quòd illis partibus plu-
ris honor, quám vita æſtimatur. item, quò
paſſus iniuriam eſt nobilis, vel alias bonæ
vitæ, conditionis, & famæ. item, quòd iniu
ria illa fuit dicta in loco publico corã non
nullis hominibus einſdem cõdicionis, &
melioris: adeò, ꝙ diſsimulari non poterat
abſque maximo dedecore. item, quòd pro-
pter illam iniuriam adeò accenſus fuit ca
lore iracundiæ, propalam videretur nõ eſ-
ſe in plenitudine ſui intellectus, immo vt
qui faceret, ignoraret item, quòd nullo da-
to interuallo fuit ſequuta percuſsio, item
quód pronocatus ipſe adeò ſolet ira accẽ-
di vt cum plurimũ velut furioſus ignoret
penitus, quid faciat. iſtis enim probatis be
nè habet locũ cõcluſio ſupradictorũ docto
12 rum, & aliorum in hoc ſcribentium. Si au
tem offenſa fuerit realis facti, & ſimiliter
defenſio realis & facti fuerit (quę regulari
ter eſt permiſſa cũ moderamiue inculpatę
tutelæ) ad hoc, vt concludenter deducatur
& probetur, debet probari & articulari,
ꝙ quis ſtabat neminem offendendo ſub
protectione Dei, & Cæſ ma. & Titius cum
inſultauit, vel vidit Titium venientem ad
ſe gladio euaginato, dicẽdo, ꝙ extraherèt
enſem, & ſimilia. vel quòd deambulabat, &
Titius eum inſequebatur vocãdo, quòd ex
pectaret, rel etiam non vocando, ſed in loci
paſſu eum inſequebat̃ enſe euaginato, vel
ad latus tamen cum vultu tincto, & chole-
lico, taliter ꝙ manifeſtè videbatur velle
offendere illum: probando minas pauló an-
te



te factas de eo occidendo, & quód erat ſoli
tus exequi, vel potens, item, quód ille erat
robuſtus & fortior eo; item, quòd ſi expe-
ctaſſet ſe percuti, interfectus foret, item,
quòd nõ poterat euadere fugiendo, immo
citius interfectus fuiſſet item, quòd perfu-
gam maximum dedecus cõſequutus eſſet,
item, quod in illis partib eſt, & reputatur
magna agnominia, aufugere, item, quòd il-
le prouocatus erat debilis, parum fortis, &
non armiger, item, quód erat adeo in di-
ſcrimine vitæ cõſtitutus, vel adeo deangu
latus, ut niſi exrraxiſſet enſem, & ſe defen-
diſſet, occiſus fuiſſet, adeo, vt id, qđ factum
eſt, nõ ſit niſi ad neceſſariam defenſionem,
item, quòd inſultatus fuit prior vlneratus,
item, quód non ceſſabat, nec deſiſtebat in-
ferre ictus, ſed ſemper perſeuerabat, item,
quod non ſedata rixa, nec ceſſante inſultã
te, fuit facta percuſsio per inſultatum, itẽ,
ꝙ inſultatus ipſe erat adeó accenſus calo-
re iracundiæ. vt non eſſet in plenitudine
ſui intellectus, & videretur ignorare, quid
ageret, item, ꝙ non habebat alium mo-
dum & formam euadendi mortem, niſi per
cutiendo inſultantem, item ꝙ non habe-
bat aliud genus armorum, item, ꝙ non eſt
ſcandaloſus & rixoſus, ſed homo pacificus
& quietus, & bonæ vitæ, conditionis & fa-
mæ, & èconrrario inſultans erat rixoſus,
ſcandaloſus, & vir prauæ qualitatis & vitę
ſolitus ſimilia & peiora perpetrare, & ſimi
lia, uel alia, prout facti qualitas exegerit,
nec putes de neceſsitate omnia prædicta
eſſe probanda, ſed plus & minus, ut quali-
tas facti, requiret, hæc omnia colliguntur
ex dictis Barto. in l. ſed etſi quemcunque. ff.
ad leg. Aquil. in princ. & Io de Anan. in c. ſi
perfodiens. vlt. colum. de homi. Barth. Ce-
po. in conſi. 29. 5 colum. pro quo eſt tex. in
l. ſi percuſſorem. C ad leg. Cor. de ſicar. &
in l. 3. §. armati. ff. de vi, & vi arma. & Mar-
ſi. in l. 1. nu. 37. ff. ad leg. Cor. de ſicar. & in
conſil. 4. 1. lib. nume. 17. & conſil. 25. nume.
41. conſi. 31. nume. 53. conſi. 73. nume. 44. &
conſi. 81. num. 13. conſi. 65. nume. 55. conſi.
12. num. 32. conſ. 31. nu. 26. conſi. 41. nume.
15. & Bertran. conſ. 274. nu. 4. Afflic. in con-
ſti. pacis cultum. 19. colum. plenè per Car-
re. in praxi. crim. §. circa num. 95. cum plu-
ribus ſequentibus, Iacob. de Nouel. in pra-
xi. ad defen. fol. 23. nume. 61. cum ſequen.
Angel. de Aret. in lib. male. in verbo, & di-
ctus Titius ſe defendendo. Ioan. Mil. in ſua
praxi. crimi. fol. 22. in gloſ. defendentem.
num 3. cum pluribus ſequentibus. Aymo.
Cranet in conſ. 119. 1. lib. num 8 & num. 7.
13 † Vbi etiam plus dicit, ꝙ probatur defen-
ſio per teſtes coniunctos, fœminas, & per
præſumptiones. item teſtes deponẽtes per
verbum credo, plenè probant defenſionem
ſecundum Sal. & Bald. in l. ſolum. 2. colum.
verſ. ex hoc not. C. de teſti. Iaſ. in l. j. nu. 25.
ff de re iudicata, Bartol. conſil. 57. Marſ. in
l. de minore. §. plurium num. 65. ff. de quæ-
ſtioni. & in ſingu & vide Iacob. de Nouel.
in praxi cri. ad defen. & quód probetur de
fenſio per teſtes domeſticos, plenè per
Pau. Grillan. in trac. de relaxa. carce. in 3.
q. ubi dicit, quod faciunt plenam proba
tionem, niſi alia indicia reſiſtãt. item, quod
dicitur ꝓbata defenſio ſi percuſſus pugno
14 occiderit percutientẽ. † Et quòd ſi duo de
derunt fideiuſsionem inuicem de nõ offen
dendo, & demum unus ab altero inſultatur
& ille inſultatus ſe defendendo occidit in
ſultantem, & exceſsit modum in ſe defen-
dendo, an puniatur, pœna contenta in fide
iuſsione, an uerò de exceſſu tantum, uide
Afflict. in deciſ ſac. regij conſi. nu. 206. incĩ
pien penes & apud acta. vbi refert fuiſſe de
ciſum, quòd non punitur pœna, de qua in
fideiuſsione, ſed pro exceſſu tantum. & vi
de Corne. in conſ. 274. num. 4. 1. lib. & in
conſil. 197. 2. lib. & conſ. 134. in 3. libro &
conſil. 162. & 107. 1. libro, & in conſil. 38. 2.
libro, & conſil. 7, numero 15. 1. lib. & conſil.
172. primo lib. in quibus locis latè de mo-
do probandi defenſionem, quòd ſi duo in-
uicem ſe offenderunt, inter quos erat data
fideiuſsio de viuendo pacifice, & ignoratur
vter prior percuſſerit, an ambo teneantur
15 ad pœnam fideiuſsionis, vide Nic. Boer. in
deci. 237. 2. parte. ¶ Et eſt ſciendum quòd
aggreſſus & prius percuſſus, ſemper prę ſu
mitur repercutere ad defenſionem, non au
tem ad vindictam. ut habetur in l. 2. & ibi
hoc voluit Bal. C. de ſicar. voluit Barto. in
l ſi ex plagijs. ff. ad leg. Aquil. & in l. ſed &
ſi quemcunque. ff. eod. titu. & Marſi. refert
& ſequitur in l. 1 ff. de ſicar. num. 35. ſed ꝙ
ſi duo rixati fuerunt, quorum vnus eſt occi
ſus, vter eorum debet pręſumi quòd fuerit
aggreſſor, & multa pulchra in hac mate-
ria

ria.vide Boe.in deciſione.237. in 2. parte
16 †Scias etiam, ꝙ moderamen inculpatæ
tutelę nõ conſideratur in rixa,ſi indelibe-
rate,& accenſus furore iracundiæ inſulta-
tus exceſsit modum in ſe defendẽdo, quia
nõ imputatur exceſſus eo caſu, quia primi
motus non ſunt in poteſtate noſtra ſecun-
dum Afflict.in conſti. aſperitatem in 7.no.
licet poſteá dicat totum hoc reſidere in pe
ctore iudicis.& certè eſt aureum verbum.
17 Et nõ ſolũ eſt permiſſa defenſio pro ſeip-
ſo;ſed etiam patri pro filio,& econtra:vxo
ri pro uiro,& econtra : amaſio pro concu-
bina,& econtra.ſecundum Ang.in lib. ,ma-
le.in verbo,& dictus Titius ſe defendendo
18 5.col.per totam. † Et ſi vis videre plures
modos ad excuſandum quem à pœna ordi-
naria ꝑꝑ homicidium, vide Marſi.in d.l.
1.ff.de ſica Iac. de Nouel.in d.praxi.cri.ad
defen.fol.16.nu,32 cum ſequen. & Afflict.
in conſti.terminum vitę.quia intẽrio mea
non eſt, hic inſerere omnes defenſiones iu
ris,ſed facti tantum, ad inſtruendum iudi-
19 ces tyrunculos.†Quia plura ſunt genera
defenſionum. nam alia eſt iuris, alia facti:
alia ciuilis, alia naturalis: alia quæ reſpi-
cit merita cauſæ, & actoris inẽtionem pe-
rimit,alia, quæ reſpicit proceſſum,ſecun-
dum Bal.in l.1.col.12.nu.57.C. qui accuſ.
non poſ.& in l.cum mulier.ff. ſolu. mat. &
Dec. in l. emancipatus.nume.4.C de rep.
bo. po. ego ſolum pro viribus meis ponam
20 modum defendendi per viam facti, & ali-
qñ iuris.†Et ad materiam defendendi quẽ
à pœna mortis propter homicidium com-
miſſum baculo, & percuſſione facta ſpatu-
21 lis,vide Marſ.in conſ.7.per totum.†Et ad
materiam defendendi quem à pęna homi-
cidij commiſsi in perſonam eius,cum quo
facta fuit pax & promiſsio de non offendẽ-
do poſito,quód erat bannitus, qui ex for-
ma ſtatuti poterat offendi:vide Marſ in cõ
22 ſil.9.per totum.† FISC. Quód ſi operan-
tur defenſiones per reum inquiſitum,an iu
dex poſsit dicere, quód cura ſtat in ſe in-
formando, & ſic perſedere in dando eas?
¶ I V D. Dicas quòd ſic, quia de iure pri
mo fundatur intentio actoris, & fundata
intentione ipſius, reus admittitur ad op-
ponendum exceptiones ſuas, & defenſio-
nes probandum; & non ante l. ſi quidem.
C.de exceptio.& l.exceptionem.de proba-
tio. igitur primó totaliter debet fundari
intentio actoris,& ſic curię, per teſtes,an-
teq̃ reus audiat in ſuis exceptionib. & de-
fenſionibus; vt etiam firmat & arguit Gui
do de Suza.in trac.de indi.& tor.num.62.&
ſic poteſt licitè iudex denegare defenſio-
nes, donec fuerit effectualiter cõpleta in-
formatio.ſed eſt aduertendum, quòd in re
gno eſt promulgata regia pragmatica,qua
cauetur, quòd expeditio cauſæ criminalis
nullatenus retardetur prætextu teſtiũ non
examinatorum per curiam;de qua mẽtio-
nem facit Grammat.deciſio.28.nu.6. licet
loquatur de repetitione teſtium.tamen ea
23 dem videtur ratio.†Et ad materiiam de-
fendendi occidentem bannitum indultatũ
non tamen cancellatum a libro bannito-
rum, vide Mar. in conſilio 10. per totum
24 † Et ad materiam homicidij commiſsi in
rixa a pluribus,in caſu,quo neſcitur,a quo
commiſſum fuerit per eundem in conſi.24.
25 conſil. 25. † Et ad materiam defendendi
inquiſitum de vulnere, contra quem ſunt
plures teſtes, vide per eundum in conſil.
31. vbi multa pulchra circa reprobationẽ
26 teſtium examinatorum. † Et ad defenden
dum plures inquiſitos de pluribus vulneri
bus vni illatis in rixa,quum neſcitur a qui
bus,& quæ vulnera illata ſint, ab vnoquo-
que ipſorum in ſpecie, vide per Marſil.in
conſi.34.& probatur in conſti. regni incip.
27 lege præſenti. † Et eſt ſciendum, quòd
pauperi inquiſito debent fieri acta & defen
ſiones gratis;vt eſt tex.iuncta glo.in l.tam
dementis.C.de epiſc audien.& illum text.
extendit ad actuarium.Afflict. in conſt.ap-
pellationum tempora.in 5. not.verſic.rur-
ſus.pro quo vide Poer.in deciſi.325.2.lib.
& Par.de Put.in lib.ſynd. in verbo, expen-
ſæ,& per Afflict. in conſti. hi qui. 18.nota.
28 † Vlterius eſt aduertendum, quòd quum
teſtimonium maſculorum pręferatur teſti
monio mulierum & fęminarum,hoc eſt ve
rum, niſi teſtimonium fœminarum tendat
in fauorem rei,& teſtimonium virorum in
fauorem quærulantis. quia hoc caſu præ-
fertur teſtimonium ſeminarũ teſtimonio
virorum voluit Belen in ca. forus. de ver.
ſignifi mouetur per gloſſ ſingu.in c.clerici
81.diſtin.&ſequitur Mar in l.vnius.§.in ea
cauſa.in fin.ff.de quęſtio.nu. 8. & ſequitur
29 Gramma conſilio 45. numero 40. †Et eſt
aduerten-



aduertendum, quòd quum dubium eſt,an
quis interfecerit quem animo occidendi,
an non,ſi conſtat, quòd aliàs aliquẽ inter
fecerit,præſumptio reſultat, quod animo
occidendi illum occidit,ut dixit ſingu.Gã
di.in tra.male.ſub rubrica de homici.in ul
ti.col.verſi.iſtuc autem. & refert & ſequi-
tur Marſi.in l.1 §.diuus Adrianus. nu.39.
30 ff.de ſicar. † Eſt etiam ſciendum,quod a-
deó defenſionibus fauendum eſt, ut ſi duo
clerici deponant uidiſſe Titium delictum
committentem, & é contrario duo laici
deponant eo tempore Titium fuiſſe alibi
& ſic non commiſiſſe delictũ, præferri de-
beant laici clericis, licet dignioribus.ſe-
cundum glo.in cap.clerici.81.diſtin.quam
glo.ſequuntur communiter Docto. & ma-
xime Abbas in c. ex literis. de proba.in c.
in noſtra.de teſt.And. Bar.in c.cum teſtes.
de teſti.col.3.Fran.de Are.in l j ff.de uerb.
obli.§.eandem.Iaſ.in l.ut uim.ff.de iuſt.&
31 iur.† Item eſt aduertendum.quòd ubi qs
inquirit, de delicto, in defenſionibus ſuis
ad eludendum & tollendum indicia,exiſtẽ
tia contra eum,poteſt probare negatiuam
coarctatã loco & tẽpore:uidelicet,quod
toto illo die fuit alibi.& quod inde non di
ſceſſerit,nec diſcedere poterat, quin fuiſ-
ſet uiſus ut plene habetur per Bru.in tra-
cta.de indi.& tor.in 5.q prin. & Afflict.in
conſti.ſi damna clandeſtina.14. nota.in fi.
plenè Bar.& Bal. in l. actor. C. de probat.
Lanfra in c. quoniam cõtra. de proba.Imo
& alij in l. illa ſtipulatione.ff. de uerbo.o-
blig.Pau.de Caſt.& Alexan.in l.1.in prin.
ff.quod quiſ.iur.Feli.in c.ex tenore. de te-
ſtibus.quarta colum.Corn.conſ.299.3.lib.
32 †Illud etiam ſciendum eſt, quòd de iure
communi permittebatur inquiſito,ut poſ-
ſet facere interrogatoria teſtibus examina
tis contra ipſũ l.ſi poſtulauerit.§. quæſtio
ni.ff de adult.& refert Angelus Are. in li.
male.in uerbo, fama publica in 3. col.ho-
die autem de ſtylo omnium curiarum nõ
dantur interrogatoria per inquiſitum, &
eſt ratio.quia habet repulſam, ſolum au-
tem dantur per fiſcum. qui non habet re-
pulſam, licet ſtylus aliquarum curiarum
ſit,ꝙ etiam per inquiſitum dantur interro
gatoria, ut uidi ſeruari tempore meo in
33 curia baroniæ Silenti † I N Q V I S I T.
Quòd ſi aliquis accuſatur, quód vulnera-
uit Titium de menſe Maij,& probetur,&
ex aduerſo probetur, quód de menſe maij
erat bannitus, & ex forma ſtatuti licebat
occidi,nec probatur quòd erat bãnitus an
te vulnus,uel poſt, an debeat abſolui.
¶ F I S C V S. Videtur, quòd non debet
abſolui, ſed condemnari, eo, quia excep-
tionem obſcuram ꝓpoſuit, nec probauit
eam concludenter,ut l.alia parte. ff.de ꝓ-
ba.& ita tenet Bal.in l.matrẽ.C.proba.
¶ I V. Sed contrariam opinionem tenuit
Bar in l.non ſolum §.ſed ut probari.ff.de
no.ope.nũtia.quem ibi ſequuntur Imo Ra-
pha & Ludo.per l.2. C. de peti. hęre.& ſe-
quitur Ange. & ibi Augu. de Are. & Ber-
nar.in addi.in lib. maleſi. in verbo, de an-
no præſenti.2.col. INQVISI.Quid ſi ali-
quis carceratus conſpiratione facta cum
alijs carceratis de fugiendo, aufugerit in
ſimul cum alijs. Demum conceſſa eſt in-
dulgentia generalis omnibus delinquenti
bus habita pace ab offenſis. An hic tenea-
tur habere pacem non ſolum reſpectu de-
licti ſui principalis pro quo erat carcera-
tus,ſed etiam ab omnibus partibus aliorũ
carceratorum qui cum eo fugerunt, quaſi
quod ipſe etiam teneatur de fuga illorũ,
& ſic ad intereſſe partibus?IVD.Aliàs hęc
quęſtio fuit in facto in regia audiẽtia prin
cipatus citra,in perſonam cuiuſdã caſſalis
montis,baroniæ Silenti,& dum protegerẽ
eum, dicebam eum debere gaudere be-
neficio indulgentiæ, ſi habuit pacẽ partis
offenſæ in ſuo principali delicto pro quo
erat carceratus, nec erat neceſſe habere
pacem ab illis ad quorum inſtantiam alij
carcerari reperiebantur; poſtquam non
probatur quod ipſe fuerit corporalis in fu
ga,& quòd ipſe aufugi fecit Nam tex.in l.
in eos.ff.de cuſto. reo. ſolum habet cum ꝓ
cõfeſſo eius delicti pro quo carceratus
erat,non autẽ eorum quæ commiſſa erant
a ſocijs ſuis. Item pro eo tantum delicto,
dicit eum puniri.Rurſus hæc ficta cõfeſsio
non operatur; ut habeatur aufugiens pro
confeſſo,ad intereſſe partis,& ad ilud con-
demnetur. Sed tantummodo ut condemne-
tur ad pœnam applicatam fiſco, ex delicto
principali reſultantem.Vt pulchre voluit
Anca.in conſ.408.& Corn. in conſilio 300.
in 3.lib.ulti.col.Quanto enim miſſus non
debet operari ut condemnetur pro alijs fi-
cta

ĉta enim confeſsio non probat in alijs cau
ſis,ut dicit Bar. in l. eius qui delatorẽ. in
34 fi.ff.de iu.fi. † Item eſt aduertendum, qđ
ſi eſt probatum,delictum commiſſum eſſe
per eum, qui habet dilucida interualla;&
ꝓbetur in defenſionibus, quòd habet dilu
cida interualla, in dubio præſumitur feciſ
ſe eo tempore, & non tempore ſanæ men-
tis,niſi expreſſe probetur cõtrarium.quia
antiquus furor transfert onus probandi
in aduerſarium,ut no.in cap.fi.de ſucce.ab
inteſta. & firmat ac ſumme cõmendat ad
liberandum amicum. Ang. in lib. malefic.
in verbo ſciẽter & doloſe.3. col.& ibi vide
qua cautela debeat uti iudex, quando al-
35 legatur,& probatur, quem eſſe furioſum.
† Et ſi aliquis inquiratur de inſultu,pote
rit ꝓbari ad defenſam, quòd inſultãs erat
diſtans ab inſultato, & non propinquus:
adeó,ut etiam ſi uoluiſſet eum verberare
non potuiſſet, quia non dicitur, quem fe-
ciſſe inſultum, niſi adeo ſit propinquus in-
ſultato, ut poſſet verberare ipsũ ſi vellet:
ut aurea eſt doctri.Bal.in c. 1.§.ſimiliter.
quibus mo.feu.amitt.& refert & ſequitur
Augu.de Ari.in lib.male. in uerbo.fecit in
ſultum.in prin.item poterit probari,quòd
inſultans ibi ſtabat ꝓ certis ſuis negotijs,
nec progreſſus fuit a loco, in quo ſtabat,
nec ſaltum fecit in eum, qui eſſe inſultus
dicit,ut in l.fi.C.de Iudæ.& declarat Ang.
de Are.ubi ſuprá.& dicitur tunc inſultum
quis facere, quando promouet ſe de loco
ad locum,& aggreditur. item,quòd ibi ſta
bat caſualiter, & non data opera expectan
do inſultatum.itẽ quód ibi ſolebat ſtare.
antea per magnum ſpatium, & ſic de ſin-
gulis,ut ſic probetur non eſſe præmedita-
tũ inſultũ. de quo per gl. & Moder. in con-
ſti.ſi quis in poſterum. in verbo. quas pœ-
nas.& Afflict.ibi per text.in conſti.iuſticia
rij nomen in.§. latrocinia & Fran.de Are.
in conſ.34. Gramma. in uoto 15. in deci-
ſio.17.FIS C. Nunquid in crimine blaſ-
36 phemiæ cadat defenſio, & quæ? & uide-
tur dicendum,quod nõ,ut dicit Par.in uer
bo:condemnatio.in cap. an poteſtas 3.col.
† IV.Dicas contrarium,quòd cadit defen
ſio:poteſt enim probari negatiua coarcta
ta loco & tempore,uel,quod calore iracũ-
diæ blaſphemauit.uel aliter,ut conſiderat
Gramma.in conſil.15.nu.12.in criminali-
37 bus. † Et ſi quis inquiratur.in crimine a
dulterij, poteſt ſe defendere primo, quod
trãſactum eſt quinquennium, quia quin-
quennio durat accuſatio de adulterio.ut
l.ſi maritus.§.præſcriptione. ff.de adulter.
quod eſt intelligendum ſecundum glo.&
latè Sali.in l.adulter.C.de adulter. ut non
procedat, quando non potuit accuſari ra-
tione ordinis, quia incepiſſet ab adultera,
& ſic illa cauſa fuiſſet prius finienda.item,
quando non potuit accuſari, quia fuiſſet
ab alio præuentus,qui fuerat preuaricus.
item, quando maritus non potuit,quia in
maiori magiſtratu eſſet cõſtitutus,uel ali
ter reipublicæ abſens.item, quando adul-
terium fuit per uim commiſſum.item po-
teſt allegari & probari,quod maritus deſti
tit,ut ff.de adulter.l.1.§.1.itẽ poteſt alle-
gari & probari, q̧ adulter fuit abſolutus
quia amplius uxor accuſari non poteſt.l.
dennuntiaſſe.§ fi.& no.gl.& Bartol. ff.de a
dulter.quia abſolutoria facta de adulterio
prodeſt adulteræ. item poteſt allegari,
quod uir fuit author malorum morum,de
bet enim iudex inquirere,an maritus pudi
cè uiuens,mulieri quoque colendi bonos
mores author fuerit. item poteſt allegari
& probari,qđ maritus eius mores appro-
banit,quòd primo propter adulterium eã
expulit, & deinde reſſumpſit. item quód
maritus fuit leno, hæc omnia cumulat &
congerit Angel.de Aret. in lib. malefic.in
uerbo.che m'hai adulterara la mia dõna.
6.col.aduerte,quòd in regno ſi maritus de
ſiſtat, iudex ex officio poſsit procedere ad
cõdemnationem,ut habetur per Affl.in cõ
ſti legum aſperitate,in quarto & ulti.not.
& uide conſti. ſequen. incip. qui coram ſe
ſpectante.qua cauetur, maritum non poſ-
ſe de adulterio accuſare,ſi permittat luxu
38 riam. † Et ſi fortaſſe opponeretur, quòd
matrimonium non tenuit propter aliqđ
iuſtum impedimentum, & peteretur cau-
ſam remitti ad eccleſiaſticũ, debet iudex
an effugiendas opiniones, ſi uiderit,quod
conſtat de coitu. & quod allegatur per ca-
lumniam, quód nullum fuit matrimoniũ,
quia ille uir ſuus erat conſanguineus cũ
quo non poerat eſſe matrimonium, uel
erat compater,uel allegat aliud canonicũ
impedimentum, quod impedit matrimo-
nium contrahi,& contractum diſſoluit,po-
teſt



ceſt ſtatuere opponenti terminum, intra
quem producere habeat ea, quæ vult pro
re coram epiſcopo,& ſi viderit eo nõ ob-
ſtare,procedat ad vlteriora,ut plenè do-
cuit Afflict in conſtitu.maieſtati noſtræ.2.
38 & 3.col. † Et ſi inquiratur de homicidio
de nocte cõmiſſo põt probari, & articulari
quòd luna non lucebat,& obſcurum erát.
nam tunc licet poſsit probari delictum fo
re commiſſum,non tamen poteſt probari,
per quem fuit commiſſum,ut eſt glo.ord.
in l.ſi cum exceptiones.§.in hac actione.
ff.quod me.cau.& ibi Bald.& refert & ſe-
quitur Ang.in lib.malefi.in verbo,compa.
di.inqui.inter defen.

## ¶FIAT PVBLICATIO PROceſſus. Rub.

### SVMMARIVM.

1 Publicatio proceſſus in criminalibus non eſt neceſſaria.
2 Publicatione facta teſtis ad offenſam non admittatur.
3 Publicatio debet fieri citatis inquiſito,& accuſatore.

### IVDEX.

1 ELapſo termino dato ad probandum
ſolet ad petitionem inquiſiti, accu-
ſatoris,uel fiſci, procedi ad actum publi-
cationis proceſſus, cum aliás nón ſit de ne
ceſsitate,& ſic non petatur, etiam non fa-
cta publicatione proceſſus,poteſt procedi
ad torturam,ut dixi in tertia parte tertię
partis principalis, quocirca inoleuit pra-
ctica generalis in rubrica exceptionũ peti
publicationẽ fieri, audiri cum aduocatis
in diſcuſsione indiciorum;& cõcedi repul-
ſam gradatim,conditionaliter & ſucceſsi-
3 ue. † Et eſt magni effectus publicationem
fieri,quia licet poſsint recipi teſtes etiam
facta publicatione ad defenſam ſuper no-
uis & antiquis iuribus,tamen ad offenſam
nõ licet,niſi ſuper nouis iuribus & capitu
lis,ſecundum Sali.in l.fi.C.de quæſt.in ul-
tima col.quem refert & ſequitur Marſi.in
ſua praxi. crimin in §. ſequens.numero 8.
4 † Et debet fieri publicatio in cauſa citato
inquiſito,vel de voluntate ipſius præſen-
tis acceptantis,& ſic etim citato quæru-
lante,ſecundum Bal.in l.geſta.C.de re iu-
di.2.col.verſi.quæro qualiter.aliás non va
let.Adde quód publicatio non ligat iudi-
cẽ in eo quod ex officio faceret.Ita Bal.
in l.data opera.C.qui accu.non poſſ.co.11.
uerſi.item nota etſi practicatur.

## ¶CONCEDATVR REPVLSA. Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 Re ulſa eſt ſpecies defenſionis,& debet concedi & debet etiam dari accuſatori.numero ſecundo.
3 Repulſantur teſtes ratione domeſticitatis cum offenſo.
4 Repulſa non conceditur in crimine blaſphemiæ, niſi ex capite inimicitiæ capitalis.
5 Repulſa non conceditur in crimine læſæ maieſtatis,hæreſiis,& aſſaſſinij niſi ex capite inimicitiæ.
6 Repulſa qualiter ſit facienda.
7 Repulſæ ex quibus fieri poſſint.
8 Repulſari non debent teſtes in primis exceptionibus,& primo termino.
9 Repulſæ terminus,eſt medietas primi termini.
10 Repulſa eſt odioſa,& currit terminus de momẽto ad momentum num.12,17
11 Repulſa non conceditur aduerſus ſcripturas.
13 Rdpulſa quando petatur.
14 Repulſari an poſſit teſtis per eum aliàs productus.
15 Repulſari nedum debent teſtes de viſu,ſed etiam de fama.
16 Articuli continentes idem, uel de directo contrarij,admittuntur in repulſa.
18 Proteſtari debet inquiſitus contra teſtes,& eorum dicta num 24.
19 Repulſari poſſunt teſtes etiam ex præſumpta inimicitia.
20 Repulſantur teſtes quo ad dicta.
21 Repulſa repulſæ conceditur accuſatori.
22 Proteſtari debet obijciens crimina contra teſtes quod non animo iurandi obijcit.
23 Repulſam ſi non petijt minor,an reſtituatur ad eam petendam.
24 Repulſari teſtes poſſunt,contra quos nihil obiecit reus tempore examinis, ex capite ignorãtiæ.

Repulſati

25 *Repulſati licet non ſint teſtes, ſi tamen ex actis apparet de ipſorum inhabilitate, non faciunt fidem.*
26 *Accuſatus accuſatione pendente nõ eſt idoneus teſtis.*
27 *Laicus contra clericum non probat.*
28 *Repulſa debet fundari & referri ad tempus iuramenti.*
29 *Teſtes non ſunt idonei monachi.*
30 *Repulſa an poſſit continere idem, vel de directo contraria cum primis.*

## IVDEX.

1 FActa autem publicatione in cauſa, &
percũctato ꝓceſſu, ſolet vt plurimũ
inſtari, & peti repulſa, quia ex defenſioni-
bus factis non in totum videntur indicia
eliſa. quæ repulſa, quia eſt ſpecies defen-
ſionis, eſt omnino concedenda, ut dixi in
tertia parte tertiæ partis principalis; vbi
dixi ad quid operetur repulſa & quomodo
debeat fieri concludenter; & ad ibi dicta
2 me remitto. † Et eſt notandum, quòd re-
pulſa non ſolum datur reo inquiſito; ſed
etiam accuſatori aduerſus teſtes examina
tos ad defenſionem rei; ut in cap. in genera
libus inquiſitionibus. & refert & ſequitur
Par. de Put. in lib. ſyndic. in uerbo. inquiſi-
tio in verſicu. & aduerte. tamen non da-
tur fiſco, ubi proceditur per inquiſitionē
3 ſecundum eundem Par. ubi ſupra. † Item
eſt aduertendum, quód ſicut repulſantur
teſtes ratione domeſticitatis cum accuſa-
tore, quãdo proceditur ad quærelam; pari-
modo repulſantur ratione dictæ domeſtici
tatis offenſi, quando proceditur per inqui
ſitionē, & eſt ratio, quia delictũ ꝑ inquiſi-
tionē nõ alterat naturã ſuam, imò cũ iu-
dex ſubeat locũ accuſatoris, & inquiſitio
ſuccedat loco accuſationis, debet eſſe eiu-
ſdem qualitatis & naturæ; cuius eſt accu-
ſatio & accuſator, ut l. 1. § hæc actio. ff. ſi-
quis teſta. lib. eſſe iuſſ. fuer. & ita conſuluit
Rapha. Cuma. in cõſ. ſuo 27. inc. cum adeò
quem refert & ſequitur Berna. de Landri
in addi. ad Angel. in verbo, hæc eſt quædã
inquiſitio. in glo. locus & tempus licet Au
ge de Are. in lib. male. in verbo. qui in ſta-
ler. ad opp. videatur ſentire contrariũ, vt
4 ibi per eum † Eſt etiam notandum, quòd
in crimine blaſphemię non conceditur re-
pulſa, niſi ex cauſa inimicitiæ capitalis. ar
gum. l. ſamoſi. & l. in quæſtionibus. & quod
ibi no. Bar. ff. ad l. Iul. maieſta. & dixit Par.
de Put. in lib. ſyndica. in verbo, condemna-
tio. in c. an poteſtas. 3. colum. & Grammat.
conſil. 15. nume. 12. & ibi ſentit Gramma.
quód blaſphemans poteſt ſe defendere, ut
dixi ſuprà in verbo, recipiantur defenſio-
nes. vide plene per Boer. in deciſio. 301. in
5 2. parte. † Item aduertendum eſt, quòd in
crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis non cõ-
ceditur repulſa, niſi ex capite inimicitiæ,
non ex alijs capitulis: ratio eſt, quia in di-
ctis criminib. admittuntur teſtes infames,
minores, & aliter inhabiles, & eorum dicta
faciunt legitimum indicium, ſecundum
Alex. in conſ. 1. incip. circa primum. 2. col.
1. vol. Bartol. in l. famoſi. ff. ad l. Iul. maie-
ſta. quod ſane intelligendum eſt, vt dixi ſu
prà in verbo, item commiſit crimen læſæ
6 maieſtatis † Et qualiter & quomodo de-
beat fieri repulſa, vide, quæ dicam infrá
in tertia parte tertiæ parts, vbi latè & vl-
tra ibi dicta vide Boer. in deciſi. 321. in 2.
7 parte. † Et quæ poſsint opponi contra te-
ſtes, & quæ non, vide Ang. de Aret. in lib.
maleſi. in verbo, qui iuſta. ter. ad oppo. vbi
8 multa. † Item eſt aduertẽdum, quòd in ter
mino dato ad faciendas defenſiones, non
poſſunt fieri exceptiones repulſatoriæ, niſi
ex cã inimicitiæ capitalis, vt dictat ritus
magnæ curiæ vicariæ incip. item ſeruat ip
ſa curia, ꝙ in exceptionibus, uel niſi renũ-
tiauerit inquiſitus futuræ repulſæ. & ita
9 practicaui. † Item eſt aduertendum, ꝙ ter-
minus ad repulſam, eſt medietas primi ter
mini, vt habetur in prag. curſu dilationũ.
10 † Item eſt aduertendum, quòd repulſa eſt
odioſa, & currit terminus repulſę de mo-
mẽto ad momẽtũ, adeo, vt teſtes debeãt ci-
tari, iurare, & examinari intra terminum,
vt dictat ritus magnę curię vicariæ incip.
11 item ꝙ facta. † Item eſt aduertendum, ꝙ
non conceditur repulſa contra ſcripturas.
ſed bene poſſunt allegari falſæ, ut dicit ri
tus magnæ curię vicariæ inci. item ſeruat
dicta curia nõ concedere. † Itẽ eſt aduertẽ
dum, ꝙ repulſa ex capite inimicitiæ de-
bet formari in ſpecie, & non in genere, &
de multis alijs vide Iaſ. in l. 1. C. de teſta.
Quid enim ſi repulſatur quis ex capite ini
micitiæ & articuletur id proceſsiſſe quia
aliás in cauſa criminali contra eum depo-
ſuerit, an rectè repulſa procedat? D. Abb.
in cap. cùm ꝑ. Manconalla. in fin. dicit quód
aut ille teſtis ſponte venit ad ferendum te
ſtimonium contra nunc repulſantem, &
tũc preſumẽdum eſt inimicos & repulſa ex
conſequẽti rectè propoſita dicetur, aut mã
dato iudicis & ſic coactè & tunc repulſa mi
nimè procedit & idem firmauit in c. memi
nimus eo. ti. de accuſ. Item eſt aduertendũ
quòd nõ omnis inimicitia repellit teſtem,
ſed quæ repellat, & quæ non arbitrio iudi-
cis relinquitur. vt voluit Abb. in c. repellã-
tur. extra de accuſ. per c. inquiſitionis. §. &
an fides eo. tit. debet. n. aduertere iudex an
ipſe cauſam dederit inimicitiæ maliciosè,
an ex cauſa graui, vel leui & alias circun-
ſtantias. & voluit gl. in l. 3. ff. de teſt. per §.
ſi verò quis dicat in auth. de teſt. & de quę
ſtio. leg. 1 §. quæſtionum. † Item aduertas,
quòd licet ſuprà dixerim, terminum ad re
pulſam currere de momento ad momentũ
& quòd ſi non examinentur teſtes intra ip-
ſum terminum, vlterius non examinẽtur.
id tamen procedit & verum eſt, niſi allege
tur iuſta cauſa impedimẽti, verbi gratia,
quia teſtes renuerunt examinari, & fuerit
petitum, ut cogerentur captis pignoribus,
uel aliter mulctati. nam quia tunc apparet
partem feciſſe, quicquid potuit pro propul
ſanda contumacia teſtium, & pro ipſis exa-
minandis, non debet dici terminum nõ de-
bene reſtaurari. per tex. l. de quib. diebus.
in princ. ff. de condi. & demonſtr. vel quia
ſtetit facto iudicis, quo minus fuit exami-
natum in termino, vel ex alia iuſta cauſa,
vt voluit idem ritus ſuprá allegatus in fi.
13 Item aduertẽdum eſt, quòd repulſa debet
peti intra decẽ dies numerandos á die con
ſignatæ copię proceſſus, ut dicto ritu caue
tur. ſed puto, quòd procedat in ciuilibus &
non in criminalibus, vbi tractatur de vita
hominis. ſed ad tollẽda dubia inoleuit pra
ctica, ſemper peti repulſam, in rubrica ex-
ceptionum. quæ præſentantur in defenſio-
nibus reorum, & pro certo nunquam vidi
ſeruari illum ritũ de petendo repulſam in
tra decẽ dies, ut ſupra; ſed ſemper ꝙ peti-
14 ta fuit indiſtinctè conceſſa. † Item eſt notã
dum, quòd licet inquiſitus ad ſuã defenſio-
nem produxerit aliquem in teſtem, quẽ fi
ſcus reproducit eundem cõtra dictum pro
ducentem in eadem, vel alia cauſa, non
poſsit regulariter eundem repulſare, tamẽ
hoc eſt uerum & procedit, niſi uellet eum
repulſare ex cauſa proueniente ex parte fi
ſci uel accuſatoris nunc reproducentis con
tra ipſum inquiſitum prius teſtem produ-
centem, uerbi gratia, ſi vult repulſare ex
cauſa, quia familiaris, vel cõiunctus offen
ſi, uel accuſatoris ſit, vel ſi vult repulſare
rõne ſubornationis factæ ex poſt facto per
fiſcum ad id deponendum, vel poteſt repul
ſare ratione criminis, ſed non prætextu in-
famiæ ciuilis, uel etiam põt reprobare quò
ad dictum ſuum, probãdo rem aliter ſe ha
bere, uel probando eum falſum, ut pulchrè
habetur per Inno. in c. cum uenerabilis. de
excep. num. 7. & Bal. in margar. in uerbo, te
ſtis, & prædicta maximè procedunt, quãdo
ſunt diuerſæ cauſæ, ſeu capite, ſuper quib.
deponit ad inſtantiam inquiſiti, & fiſci, &
uide omnino Capi. in deciſi. 62. in cauſa il
luſtriſsimi. ſed uide omnino Sal. in l. ſiquis
teſtibus. C. de teſta. ubi etiam dicit, ꝙ po-
teſt repulſari ex cã, quæ non erat nota pro
ducenti tunc tẽporis. item ſi fiſcus, uel quę
rulator repulſauit quando ille inquiſitus
produxit, poteſt ipſe ipſum repulſare, ſi fi-
ſcus uel querulator contra ipſum reexami
nat, ut ibi ꝑ Sal. ſed pleniſsimè uide Boer.
in deciſi. 245. ubi plenius, an ex cauſa anti-
qua, an de nouo ſuperuenienti. & dicit, ꝙ
ſic, & ſi quidẽ ſolum citaui in teſte, poſtea
nolo examinare, & expreſſe renuntio, an
poſſum eundem repulſare, & ad eum me re
15 mitto † Item eſt aduertendum, ꝙ ſi con-
tra aliquem ſunt teſtes de uiſu deponẽtes,
& alij de fama publica, debent nedum re-
pulſari illi, qui deponũt de viſu, ſed etiam
deponentes de fama publica, aliàs ſi non re
pulſarentur illi de fama publica, poſſent
procedi ad torturam, ſecundum Iaco. But.
vt refert Albe. in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti.
refert & ſequitur conſulendo Calc. in con
ſil. 106 pen. col. & nouiſsime ſequitur Grã
mat. in deciſio. ſac. conſ. Neapol. deciſi. 34.
16 num. 54. † Item eſt aduertendum, quód li-
cet non ſint admittendi articuli ijdẽ, vel
de directo contrarij articulis partis aduer
ſæ, ut habetur in c. fraternitatis iuncta gl.
de teſti. tamen id non procedit in repulſa,
quia ſi aliquis repulſat teſtes à me ꝓdu-
ctos, poſſum ego repulſare teſtes repulſato
rios,

ꝛios, & approbare meos per eoſdem articu
los, vel de directo contrarios. ſecundum
17 Capi.in deciſ.62. † Item licet repulſa ſit
odioſa,& terminus currat de momento ad
momentum, ut ſuprá dixi: id tamen proce
dit & habet locum,quando repulſantur te.
ſtes propter defectus , & crimina : ſecus ſi
quoad dicta,probando idem,ꝙ fuit proba-
tum in primis articulis,uel de directo cõ-
traria, vt voluit idẽ Capi. vbi ſupra:adeó,
vt in eo caſu licet terminus ſit elapſus con
cedatur beneficiũ ſeu reintegratio termi-
18 ni.† Item eſt aduertendum , quód quando
inquiſitus citatur ad videndum iuramẽta
teſtium, vel ipſi examinantur corã ipſo in
quiſito,debet eſſe cautus, ut proteſtet con
tra ipſorum teſtium perſonas,& eorum di-
cta,ne videatur cõſentire, vt voluit Sal.in
d.l.ſi quis teſtibus.C.de teſti.& cautius de
bet ſe gerere in ſuo examine,quãdo inter-
rogatur,quomodo reputet teſtes contra ſe
examinatos,vt non approbet,quia non po-
teſt eos poſtea repulſare. adde Boer.in de-
ci.321.in 2.parte in ſi.& Bald.in conſ.516.
19 vol.4 incip.præſuppoſito ſtatuto.† Itẽ eſt
aduertendum, quòd teſtis poteſt repulſari
etiam ex præſumpta inimicitia,ſecundum
docto.in c.per tuas extra de ſimo.& Barto.
in l.in quæſtionibus. ff.ad l.Iul.ma & Lud.
Rom.in l ſi verò § de viro.ff.ſol.ma. & eſt
text.& ibi Abb.in cap.cum P.Maucorella.
extra,de accuſa.& per Arno. in commenta
20 rio.136. † Item eſt aduertendum, quód te
ſtes repulſantur quoad dicta hoc modo, ſi
per curiam eſt probatum per teſtes me oc
cidiſſe Titium tali die, in præſentia taliũ,
poterit probari ad repulſam dictorũ ipſo-
rum teſtium, quòd erã abſens tota ea die,
& ſic probando negatiuam coarctatam lo-
co & tempore & ſimilibus modis,ut voluit
21 Saly c.& Capi.ubi ſupra. † Item eſt aduer
tendum,quòd accuſator in termino repul-
ſæ põt per ſe examinatos teſtes approba-
re,& demum facta publicatione in repulſa,
poteſt petere terminũ ad repulſam repul-
ſæ in quo repulſare poterit teſtes exam ina
tos ad repulſam,ad inſtantiam inquiſiti in
quo etiam termino inquiſitus ipſe ſuos te-
ſtes approbet,ut habetur in ca.in generali
bus inquiſitionibus.& dixi in principio.
22 † Item eſt aduertendum, qđ in exceptio-
nibus repulſatorijs criminoſis debet appo-
ni poteſtatio,quód id,quod ponitur & ex
cipitur,ſit nõ animo iniuriandi,ſed pro iu
ribus & defenſionibus inquiſiti,& non ali-
ter nec alio modo.ſecundum Specul.in ti-
tulo. de accuſat.§.primo, uerſicu. quod.&
Bart.in l.eum.ff. de iniur. quem ſequitur
Ludo.Roma.in l.fin. quod quiſ.iur.& p'e-
23 Boer.deciſio.245.in 2.parte.in fine.† Sed
quòd ſi minor omiſit petere repulſam , an
reſtituatur in integrum ad eam petendã?
in hoc extat deciſio Cappe,Tolo. 53.quæ
voluit,quòd non ſed Boer.in deciſio. 245.
num.7.tenet oppoctum ſeruari, ubi cauſa
minoris perderetur ex defectu repulſæ nõ
24 petitæ.† Item eſt aduertendum , ꝙ licet
ſuprà dixerim cautum debere eſſe inquiſi
tum, quando interrogatur de conditione
& quantitate teſtium,ut nõ approbet , ſed
obijciat,ſi tamen hoc non faciat ex capite
ignorantiæ,poſteá repulſare teſtes exami-
natos contra ſe,ut plenè habetur per Boe.
in deci.101.in 2.parte,num.12.quem om-
25 nino videas in facti contingentia.† Item
eſt aduertendum,quòd licet nõ ſint repul
ſati teſtes per repulſam ordinariam,ſi ta-
men ex actis conſtet de eorum inhabilita
te.puta,quia teſtes confeſsi ſunt ſe eſſe ac
cuſatoris familiares , vel ex delicto fuiſſe
punitos, uel aliter : tunc iudex põt & dẽt
ex officio eos repellere,& eis nõ adhibere
fidem,prout conſuluit Lau. Calca.in cõſ.
64.num.16.Barto.& Marſi.in l.maritus.ff.
de quæſtio.in hoc caſu dicit Anto.de But.
in cap.bonæ.6.col de electio.& in c.cũ di-
lectus.de conſuetum 10.col.ꝙ iſtud proce
dit,ubi teſtes ſunt omnino inhabiles,puta
infames,iudæi,hæretici.& ſimiles , ſicut ſi
nõ eſſent omnino inhabiles,qui tacito uel
expreſſo conſenſu poſſunt habilitari ut ꝓ
xeneta,vel domeſticus aut conſanguineus
aduerſarij,& idem in ſimilib. qui repellun
tur nõ odio ipſorum teſtium,ut primi,ſed
fauore patris.ut voluit clarius Fel.in c in
26 timauit.de teſti.† Item ſciendum eſt , ꝙ
accuſatus criminaliter,accuſatione pendẽ
te,non admittitur in teſtem contra alium
in cauſa criminali ca.fin de teſti.& ibi do-
cto.Spec.in titu.de teſte.§. verſi.item pen
dente.& ibi Ioan.And.& Bal.in addi.& eſt
ratio.quia ex pendentia huiuſmodi accu-
ſationis aggrauatur opinio accuſari,ut nõ
dicatur integri ſtatu .fallit in criminib.ex
ceptis



ceptis,poſitus in allegato c.fi.per Sicu.poſt
27 Spec.in tit.de accu.in fi.† Item ſi laicus te
ſtificatur contra clericum,repulſatur.c.de
cætero.de teſti. fallit ſecundum Abb. in d.
c.de cætero. quando delictum fuit commiſ
ſum, vbi non erat clericorum copia. item
fallit, qñ delictum clerici eſſet notorium.
tertio limitat,vt laici non admittantͤ con-
tra clericum ad plenam probationẽ, ad fa-
ciẽdum vero indicium,vt ſic ſaltem ſubij-
ciatur torturæ, admittuntur:item fallit in
28 criminib.exceptis. † Itẽ aduertas amãtiſ-
ſime lector,vt repulſam fundes ita & tali-
ter,vt referatur ad tempus iuramẽti. nam
illud tempus eſt in cõſideratione, vt teſtis
repellatur.l.1.& ibi Bar.C.de teſta.l ſi ar-
biter.C.de ſenten.l.ad teſtium.§.conditio-
ne.qui teſta.fa.po.Ang.in conſ.pri. Specul.
in ti.de teſte.§.1.col.10.verſ. quid ſi teſtis
29 erat teſtabilis,& ibi Ioan.And. † Item eſt
ſciendum , quòd in criminalibus non pro
bant monachi aduerſus laicos, vt habetur
30 in conſ.per Grammaticum.† Itẽ eſt aduer
tendum , ꝙ licet in articulis repulſæ non
poſsit poni idem, quod fuit poſitum vel ar
ticulatũ in primis articulis,vel de directo
contraria per regiam prag.incip.contingit
ſæpe tamen hoc non procedit in criminali
bus,quia eo caſu, ex quo ſemper ad defen-
ſam etiam vſque ad ſentẽtiam poſſunt exa
minari teſtes ſuper nouis & ſuper veterib.
(vt dixi ſuprà in verbo, recipiantur defen-
ſiones reorum ) non põt dici impertinen-
ter id poni & articulari:bene tamen ex par
te accuſatoris procedit illa prag.vt ſub ſpe
cie repulſæ non ponatur idem , vel de dire
cto contraria.& eſt ratio,quia poſt publica
tionem non licet ad offenſam examinare:
& ſi permitterretur ſub ſpecie repulſæ poni
idem,vel de directo contrarium,eſſet face-
re fraudem legi. Vlterius aduertẽdum eſt,
quòd Bar. in l.1.C.de teſta.colligit ex illo
tex.notab.practicam videlicet, quód ſi re-
pulſantur teſtes propter aliquos defectus,
nedum debent teſtes de veritate illorũ de-
fectuum deponere, ſed etiam de communi
opinione hominum,videlicet, quòd ita ha
bentur & tenentur per homines communi
ter. & licet Iaſ. ibi nonnullas difficultates
moueat contra Bart.tamen vltimo loco te
net cum Bar & pro eo adducit doctr.Abb.
Ioan.And.& But.in c. fraternitatis de teſt.
vbi idem tenent in iudice contra quem
obijciuntur defectus per c. ad probandum
de re iudica.

## ¶FIAT CITATIO AD dicendum. Rub.

### SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum fit, facta publicatione in cauſa.*

### IVDEX.

1 FACTA veró publicatione proceſ-
ſus tam in termino defenſiuo , quàm
ad repulſam , quoties fuerit petita , debet
expediri citatio dicto reo inquiſito,& eius
procuratori,ad dicendum quicquid dicere
voluerit,& ad diſcutiendum ſuper indicijs
exiſtentibus contra ipſum , vt latè dicam
in tertia parte tertiæ partis, & ibi ẽt dicã,
an ſit de ſubſtãtia,ita,vt ſi omittatͤ, annul-
letur proceſſus & aduertendum eſt, qđ vl-
tra diſpoſitionem iuris communis in hoc
habemus diſpoſitionem ritus magnæ curię
vicariæ inci.item facta publicatione dictæ
repulſæ,&c.quo cauetur, quód debet dari
terminus quindecim dierum ad allegandũ
in iure,nec dicatur, quód loquitur in ciui
libus,quia non diſtinguit, & etiam ſi in ci-
uili procederet,fortius tum certè in crimi
nali,vbi de vita hominis agitur , &c.

## REI INDVRATI TORqueantur. Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Tortura quo ordine & qualiter debeat inferri.*
2 *Tortura an detur conuictis de crimine num.3.*
4 *Mandatarius numquid poſſit torqueri, vt indi-
cet mandantem,ſi dicat ſe proprio motu feciſ-
ſe,& ſi cum tortura confiteatur quoad ſe,poteſt
abſque alijs indicijs iterum torqueri , ut indi-
cet mandantem.nu.5.*
6 *Torqueri an poſsit, vt confiteatur alia delicta,
de quibus nulla extant indicia,ſi confeſſus fue
rit ea,de quibus inculpabatur.*
7 *Torqueri qui non poſſunt, poſſunt tamen terre
ri,& duci ad chordam,& ſpoliari.*
8 *Tortura quid ſit.*

9 *Tortura chordæ eſt approbata.*
10 *Tortura non eſt paſſim danda cum aqua frigida.*
11 *Tortura non debet dari per noua genera tormentorum.*
12 *Tortura in quibus caſibus habeat locum in regno, & an habeat locum in furtis minimis. num. 13.*
14 *Serui poſſunt torqueri ab eorum dominis.*
15 *Appellatio à decreto de torquendo, quando admittenda ſit.*
16 *Tortura cum quo moderamine debeat dari.*
17 *Torturæ gradus quot ſint.*
18 *Tortus an dicatur, qui fuerit ligatus & aliquantiſper ſuſpenſione ſupra terram eleuatus.*
19 *Tortura an etiam tempore feriato liceat inferri.*
20 *Minor quatuordecim annis an poſſit torqueri.*
21 *Senes an poſſint torqueri.*

## ¶ I V D E X.

Q Voties verò ex defenſionibus reo-
1 rũ non ſint ſublata, euacuata vel
eliſa indicia exiſtẽtia cõtra ipſos,
& viſum fuerit iudicibus debere ſubijci
tormentis, tunc ductis ipſis coram iudici-
bus ad pedentondoli, & in locum tortu-
ræ, & ipſis reis delato iuramento de verita
te dicenda contra ſocios, & auxiliatores
delicti ſecundum practicam quam docet
Marſ. in ſua praxi. cri. §. diligenter. nu. 66.
in fine. & factis eiſdem pluribus interroga-
torijs ſuper his, de quibus inquiruntur, ſe-
quutiſq; pluribus monitionibus, quòd di-
cere habeant veritatem, aliàs enim curia
non valente veritatem habere, proceſſu
ra ad torturam eorum, perſiſtentibus ip-
ſis adhuc in duritia cordis, profeatur de-
cretum de torquendo, & eo lecto in præſen
tia ipſorum reorum, mandetur ipſos liga-
ri ad chordam, & ligati interrogentur ſigil
latim de omnibus in proceſſu apparentib.
& de quibus ſunt indicia, moneanturq; ut
dicant veritatem, & ſcribantur omnes re-
ſponſiones & verba, quas & quæ dixerint
ipſi rei in tortura per extenſum. de his ve-
rò de quibus nulla ſunt indicia, & coniectu
ræ, uel præſumptiones in proceſſu, non de-
bẽt iudices particulariter & diſtincte reos
interrogare, ſi fecerunt tale quid, & an Lu
cius Titius tale quid fecerit cum eis, quia
hoc eſſet ſuggerere, ſed debent ipſos inter
rogare generaliter non nominãdo certam
perſonam; ut puta ſi commiſerunt alia: &
ſi ſoli, an aſſociati, & cum quibus, & ſimi-
libus modis, ut docet Vlpia. iureconſ. in l.
1. §. qui quæſtionem. ff. de queſtio. & aduer
tant iudices, vt ad torturam deueniant ſer
uatis & concurrentibus omnibus his, quæ
latè differui infrà in tertia tertiæ partis,
ibi deſcripta ſunt omnia requiſita, quæ de
bent interuenire ad hoc, ut ad torturã poſ-
2 ſit deueniri. † Et quia ſuprà dixi, quòd de
bent fieri monitiones reis inquiſitis, vt di-
cant veritatem, aliàs curiam ipſos torturã
non valentem aliunde & aliter habere ve-
ritatem, hoc dixi propter verba Ang. de
Aret in lib. maleſi. in verbo, fama publica.
colum. 18. in fin. dum dat cautelam iudici-
bus volentib. aliquos torquere, vt faciant
ex actis apparere, quòd cum non poſſet
aliter haberi veritas, deuentum fuit ad tor
turam, licet iudicio meo hæc cautela non
ſit nimis neceſſaria, cum ex proceſſu, indi-
cis, & probationibus liquere dignoſcitur
num veritas aliunde haberi valuerit. nec
verba iudicum dicentium aliter veritatẽ
haberi non poſſe poſſunt operare, vt ſi con
trarium ex actis conſtiterit, quòd aliunde
habuerunt veritatem, id non ſit, & ſi ex
actis apparet non plenè de delicto conſta-
re, & aliunde veritatem haberi nõ potuiſ-
ſe, ſuffragatoria videtur illa cautela, licet
ego vt plurimum ea vſus fuerim. † F I S.
Sed nunquid verum ſit indiſtincte, quòd ſi
plenè conſtat de delicto, non poſsit ad tor-
turam deueniri ¶ IVD. Tex. & ibi Barto.
in l. edictum. ff. de quæſtio. dicit in ſubſi-
dium inferri torturam, quando aliter veri
tas haberi non poſſet, & ſequitur Angel.
in lib. male. in verbo, fama publica. col. 18.
in fi. & ſubdit, quòd aliter faciendo iudex
tenetur in ſyndicatu. & idem voluit And.
in l. & ſi certus. ff. de ſena. Sylle. ubi dicit,
quòd male faciunt aſſeſſores, ponendo reũ
ad torturam liquidato negotio, & quòd
poſſent redargui tempore ſyndicatus: ha-
bent ergo remedium aſſeſſores, ſi volunt
torquere liquidato negotio, vt torqueant
reum, vt manifeſtet mandatores & com-
plices, & hanc cauſam poſſunt captare, vt
non redarguantur tempore ſyndicatus ſe-
cundum



cundum eundem Ange. & hanc opinionem
firmat Bald. in l. milites. C. de quæſtio. de
ſequitur Ang. de Arim. in addi. in ad An.
in loco ſupra allegato. Bal. in l. 1. C. de iu.
iur. an. propter calumnia. dan. in fine dicit,
quód Cy. in l. obſeruare. C. quo. appe. non
recí dicebat, quòd male faciunt iudices,
quando habẽt certitudinem maleficij per
probationes, ponendo reum ad torturam;
cúm tortura regulariter non datur, niſi in
defectum probationis. demum ſubdit ipſe
Bal. per verba formalia, ego credo, q iudi
ces bene faciunt, quando habent plenariã
certitudinem de maleficio, ſi obuiuant, ne
appelletur per calumniam, & maximè in
criminibus enormibus, in quibus licitum
eſt iura tranſgredi, idem firmat ipſe in l.
obſeruare ſuprà allegata 2. colum. vbi re-
ferendo opi. Cyn. dicit hæc verba, tu dic,
quòd iudices bene faciunt, quia crimina
patentia ſint punienda, nec dari dẽt occa-
ſio appellandi quanquam, etiam ſi conſta-
ret de tortura, non eſſet prohibitum appel
lare, & nota hoc vltimum uerbum Bald.
quia ſentit quód ſi quis in tortura eſſet
confeſſus, & per probationes cõuictus, poſ-
ſet nihilominus appellare, cuius contrariũ
tenuit ibi And. Barb. in addi. Bald. & hanc
ſecundum opinionem ſuprà firmatam no-
uiſſimè tenuit Gramma. in conſil. 1. in cri-
minalibus Afflict. in conſtit. ſi damna clan-
deſtinat. in 12. nota. refert opiniones, & fi-
naliter dicit hæc formalia uerba, ſi tamen
iudex vellet ipſum tormentare, quãdo ve-
ras probationes criminis habet contra eũ,
& ipſe criminoſus non vult ſponte confite
ri delictum, ad effectum, ut poſſet appella
re & retardare exequutionem, credò, q
Baldus in d. l. 2. C. quo appella. & in d. l. 1.
C. de iura. calum. dicat, quòd ad effectum,
ut ſit conuictus & confeſſus, quia non audi
tur appellans, ut d. leg. 2. poſſet ipſum tor-
mentare in criminibus enormibus. in qui
bus licet leges tranſgredi. ſecundum Inn.
in c. 1. de conſtit. item in criminibus, ubi
licet interrogare de ſocijs & mandatori-
bus & ita pertranſit cum 1. opin. & ita etiã
notauit Gramma. in uoto primo, ſubdens,
ita ex communi obſeruantia obſeruari &
ſequitur Marſ. in l. 1. ff. de quæſtio. & vide
Boer. in deciſio. 10. in prima parte, & te-
ſtor Deum, quód ita quotidie ſeruari, &
4 ſeruari vidi. † F I S. Sed q ſi inquiritur
contra aliquem, quòd de mandato Titij oc
cidit Sempronium, qui de plano & ſponte
confitetur ſe occidiſſe quidem dictum Sẽ-
pronium, ſed motu proprio, & non ad in-
ſtantiam alicuius, nunquid poſsit torqueri
ut indicet mandantem? ¶ I V D. Docto.
in c. ad audientiam. de homi. & Bal. in cap.
1. §. iniuria. 8. col. de pa. iur. fir. & Alexand.
in l. ſi ff. de quæſtio. & Bal. in l. quicunque.
C. de ſer. fugi. Cœpo. cautel. 51. incipienti.
videmus. Par. in tra. ſyndic. in 3. cha. prima
colum. & Marſi. in l. 1. § diuus Antonius. ff.
de quæſtio. num. 10. tangunt iſtam quæſtio
nem, an mandatarius poſsit excuſare man
dantem, dicendo, ſe feciſſe motu proprio
& non ad inſtantiam alicuius, & finaliter
concludunt, quód poteſt excuſare, niſi aliæ
coniecturæ reſiſtant contra mãdantem, &
in dubio præſumitur contra eum, ut per
Tho. Gram. in conſi 63. in fin. & ſic ex his
poteris colligere ueritatem queſtionis p̃-
poſitæ, ut ſi reſiſtunt coniecturæ & indicia
dictę excuſationi, & confeſsioni mandata-
rij, poterit torqueri non obſtante, quòd
confeſſus ſit, ut indicet mandantem. & ita
teneo, ſaluo ſemper meliori iudicio. & ui-
de Par. in uerbo tortura. verſic. quia ſæpe.
in uer. an ſi quis mandauit Seio. & Cæpol.
caute. 29. Alexan. poſt Bar. in l. penu. ff. de
5 quæſtio. Tho. Gram. conſil. 63. in fin. † Et
ſi forte mandatarius non ſponte, ſed cum
tormentis confeſſus fuerit delictum quò
ad ſe, poteſt abſque alijs indicijs iterũ tor-
queri, ut manifeſtet mandantem ſecundũ
Ang. in l. & ſi certus. ff. ad Sylle. & idem te-
net Angel. de Areti. in maleficio. in verbo,
Sempronium mandatorem. 2. colum. ver-
ſi. & bene not. refert & ſequitur Philipp.
Decius. in conſilio 189 incipien. lætatus
ſum. & Ange. de Are. in eo. libro in verbo,
ſama publica. 14. char. ver. quæro, aliquis
& Bal. in marga. in verbo, confeſſio. Lu-
do. Pologni in conſi. 8. in 4. colum. in prin.
& Bal. in l. non ideo minus. 1. colum. C. de
accu. & Alexan. & poſt Barto. in l. peti. ff. de
quæſtio. & Mrſil. in praxi. cri. §. diligenter
nume. 155. quæ omnia notes. ¶ FIS. Quód
ſi aliquis fuit tortus & confeſſus delictum
de quo imputabatur, an iterim poſsit tor-
queri, & interrogari de alijs delictis in ge-
nere de quibus nulla extant indicia? ¶ IV.

Gandi.in titu.de quæſtio. & torment.uer.
ſed quid de quæſtione,quæ tota die occur
rit,concludit, q: de iuris ſubtilitate non
poteſt interrogari.ſubdit tamen, quòd de
generali conſuetudine Italiæ ſeruatur to
tũ contrarium;& iſta conſuetudo adiuuari
poteſt per l.non omnes. §. à barbaris.ff.de
re militar.& l.congruit.ff.de offi præſidis.
& idem tenet Odoire.in ſuo tract de quæ-
ſtio.in 11.q.& idem & tenet An. de Are in
lib.male.in uerbo,fama publica præceden
te.in fi.& Cœpol.conſi.39.nume. 44. Car-
di.in conſil.45.Alexand. conſil.52. 3. libro
Bald.de Per.in tra.de indi.num. 5. Guido
de Buzar.in tract.pe indi.& tor.nume.56.
& ibi Ludo.Bolo. Grammat. in deciſio.ſa-
cij conſilij Neapol.deciſio.48. numero 1 &
per Marſi.in praxi.cri.§. conſtante. nume.
14 & licet prius de iure antiquo hoc ſolũ
procederet in furto.tamen hodie indiſtin-
ctè procedit in omnibus delictis;ut habe-
tur per Grammati.in deciſio.34.numero.
34. FIS. Nunquid illi, qui non poſſunt
torqueri de iure aliqua de cauſa ſiue pro-
pter defectum indiciorum,ſiue propter de
fectum ætatis,uel aliter poſsint ſpoliari,
& ligari,& duci ad chordam? ¶ IVD. In
hoc Bal.in l.2.C.quo.appella.non recipia.
tenet,quòd ſic, per hæc verba formalia:
& nota,quòd licet non omnes, nec omni
caſu poſſunt torqueri; poſſunt tamen ter-
reri,quia vultus iudicis in talibus debet
apparere terribilis.firmat & ſequitur Pau.
Grilla.in tract.de quæſt.& tor.uer. quarto
nunc uidendum.ubi facit quinque gradus
torturæ,& territio,de qua ſuprà,eſt in fi-
mus gradus,& firmat Par.de Put.in tract.
ſyn.in uerbo,tortura. uerſi.de repetitione
torturæ ſcias in finalibus uerbis.hoc tamẽ
uerum intelligas. quando ſatis, atq; ſatis
vrget aliqua præſumptio contra terrendũ
adde Ioan de Arno.ſingu.99.et uide An-
ge.in leg.item apud Labeonem.§.quęſtio-
nem.ff de iniur.¶ Pro quo facit, quia tor-
tura eſt inquiſitio,& indagatio ueritatis
per tormenta corporis,& cordis dolorem;
nuda ergo interrogatio & leuis territio
abſque corporis tormento, & cordis dolo
re,non dicitur quæſtio, nec tortura.d.leg.
item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de
iniur.& §.quæſitum. & definit ita Azo.in
ſumma de quæiſto.& omnes doctor. crimi
9 naliſtæ. † Et aduertas amantiſsimè Fiſce,
quòd tortura cordæ eſt magis in uſu &
frequentior:imó in iure non reperitur a-
liud tormentum,quòd quidem per illo po
natur,niſi tormentum chordæ;ut eſt tex.
in l nullus.C.ad l.Iul.maieſt.ut dicit Bo-
niſa.in tit.quæ debent præcede.tor. & eſt
notandum.quod chorda ſubtilis infert ma
gis dolorem quàm torturã chordæ groſſæ
ut dicit Salic.in d.l nullus.& Pari in ver-
bo, tortura.el 3.uerſi.de repetitione. Et
10 † eſt aduertendum, quòd quando datur
tortura chordæ,non eſt paſsim & indiſtin-
cte in quolibet caſu adhibenda aqua frihi-
da in dorſo pendentis in tortura,niſi in ca
ſibus enormibus;ut notabiliter dicit Par.
à Pu.in lib.ſyndic.in uerbo torrura. el 3.in
11 fi.de uer.de rep. † Illud ẽt proximè ſcias,
ut caueas nouum torturæ genus inuenire
& imponere reis,quod ſcindat carnes, niſi
in grauibus,ut dixit Bal. in l.1. C.de his,
qui ad liberta.peruen ut refert idem Par.
ubi ſuprà in d.uerbo,tortura el 3.uerſi. de
12 repetitione. † Et tu regnicola non admit
tas vt torture adhibeatur paſsim in omni-
bus caſibus.ſed in illis delictis, ubi uenit
imponenda pœna ultra relegationem,non
infrà;ut eſt tex.in capi. tormenta.& refert
Grammat.in conſil. 15 & uoto 25. Matth.
de Afflict. in conſtitu quæſtionibus.in 8.
not.& idem Afflic.& Iſer.in conſti. ſi dam-
na clandeſtina.Par.in uerbo,tortura. el 3.
uerſi.an in cauſa pecuniaria & ideo non
habet locum tortura in inſultu facto cum
armis,& vi priuata, & percuſsionibus ſine
armis,& ubi ueniret imponenda pœna pu
blicationis bonorũ;ſecus in ui publica, &
excogitato inſultu cum turba,licet cũ ba-
culo;ſecundum Tho. Gram in uoto 15.&
quæ ſint delicta,in quibus uenit imponen
da pœna ultra relegationem,uide infra in
uerbo,pœnis debitis feriantur.
13 FISCVS.Sed nunquid tortura habeat lo-
cum,ubi uenit imponenda pœna fuſtiga-
tionis,ut in atroci iniuria.l.fi. ff. de iniu.&
in furto infra auguſtalẽ. ſecundũ tex.in c.
an hoc quòd noſtrorum.& uidebatur dicẽ
dum, quòd ſic.ut in indiuiduo dicit Pari.
in uerbo tortura.uerſi.an in cauſa pecunia
ria.ubi dicit,quòd in furtis,licet minimis,
eſt locus torturæ.¶ IVD.Contrariam opi-
nionem puto tenendã ex mente Fran.Bru.
in tra.



in tra.de indi & tor.in 2. parte. in 3.q.ubi
dicit quód furtum in re parua,dicitur de-
lictum leue:& ſic non habet locum tortu-
ra.& pendet hæc quæſtio, an fuſtigatio ſit
maior relegatione,& licet multi multa al
legent:tamen poteſt induci Doctri.Bar.in
authen. de inceſt. nup.in prin. ubi maior
pęna imponit humili,quàm nobili inferen
ti iniuriam atrocem ut l.fi. ff. de iniur.ut
humilis fuſtigetur,& nobilis relegetur.er
go fuſtigatio eſt maior relegatione.Thõ.
Gramma.in cõſ.37.tenet,quod fuſtigatio
non eſt maior relegatione, ſed ſimilis,&
per conſequens dicit, quód in furto mini-
mo non habet locum tortura,& reprehen-
dit Par tanquam ſine lege loquentem; non
tamen aduenit ad dictam doctri. Bar.in d.
l.fi.ff de iniur.& idem dicit Io.de Arno.in
commentario num.31.& ita etiam tenent
Moder.in d.cap. ad hoc quod noſtrorum.
14 † FIS. Nunquid ſerui poſsint torqueri p
eorum domino? † IVD. Dicas quod Par.
de Put.in lib.ſyndi.in uerbo, tortura.el.3.
uer. an dicto torti.5.col. uer. an dominus.
tenet,quód ſic per l.& ſi certus §. appeti-
tus, ff ad Syllen.& ſequit Cap.in dec.126.
15 † FIS.Quid faciendum eſt quando appel
latur a comminata tortura, uel a decreto
torquendo? † IV. Dicam de hoc in tertia
parte tertiæ partis principalis.ubi uideas.
16 † FIS.Sed cũ quo moderamine & quali-
ter debet ſe habere iudex in torquendo re
um? † IV. In hoc aduertendum eſt, quòd
nõ põt dari certa & determinata regula,cũ
totum hoc dependeat ex grauitate,uel le-
uitate delicti;ex qualitate indiciorum,nũ
quid leuia,an urgentia ſint, & an plura,an
vnicum;& ex qualitate torquendi,nũquid
ſit robuſtus & fortis,an debilis, an delica-
tus: & an ſit minor, an maior; ſenex,an
iuuenis;infirmus,an ſanus:quæ omnia bo-
nus iudex conſideret in torquendo, ut in-
nocentiæ, vel ſupplicio eum conſeruet in
demnem;ut l.quæſtionis modus.ff.de quæ
ſtionibus. & ne damnet animam & cor-
pus ſuum;ut etiam dicit Angel. de Are.in
lib.maleſi.in uerbo, fama publica. in 7.q.
ubi loquitur de tortura.pro quo etiam ui
de Gandin.in tract.de quæſtionibus & tor.
Io.An.in cap.cum in contemplatione.de
reg iur.& Cal.in l.1 de confeſ.& Bal in cõ
ſi.275.in fin.2.lib.quare conſulo,ut in tor
tura adhibeat ampolleta,ut ſciatur quã-
to ſpatio quis pependerit in tortura,& re-
digatur in acta, quando erigitur ampolle-
cta ipſa, & quando finem facit, non enim
debet tortura inferri per tres vel quatuor
horas,imo raro ultra horam, niſi in enor-
miſsimis.& conſiderentur prædicta. Ariſt.
enim in primo omnium problemate,quare
magnæ exuperantiæ peſtilentes ſunt,quo
niam(inquit)aut exceſſum, aut defectum
faciunt.quia quidem re morbum conſiſte-
re certum eſt, idcirco non in immenſum
quis torquendus eſt,ſed moderate;ne ſi ac
ciderit,ut tortus in tortura moriatur, im
putetur iudici,& ponatur in periculo,& p
cipitio; quia tenetur tunc iudex, cum ap-
pareret egreſſum fuiſſe terminos,& mode
rantiam tormentorum.ſecundum Cy.in l.
3. C. de adulter. quem refert & ſequitur
Ang in d.li.maleſi.in uerbo, fama publica
17 præce.antepenul.colum.in 8 q. † Et eſt ad
uertendũ,quòd quinque ſunt gradus tor-
mẽtorum. ut deſcribit pulchre Paul.Gril
lan.in ſuo tract.de quæſtio.& tort.in 4.q.
Primus gradus eſt territio illa, quã infert
reo iudex ligando ipſum, & ducendo
ad chordam. & minando torturam. &
iſte primus gradus, ſecundum eum poteſt
inferri quibuslibet,etiam ijs,quos de iure
torqueri illicitum eſt.ut etiam ſuprá dixi
Secundus gradus torturæ eſt,cum reus li-
gatus eleuatur modicum ſupra terram.&
quaſi ad momẽtum detinetur eleuatus,&
protinus deponitur,vel deponitur ſuſpen-
ſus ſpatio,quanto recitetur aue Maria;de
quo 2.gradu dicã infra diffuſius. Tertius
gradus eſt, cum reus ſuſpenſus tortura de
tinet,quanto ſpatio recitetur ſemel miſe
rere,vel bis,vel aliquanto diutius,abſque
tamẽ aliquo tractu, vel impulſione chor-
dæ;& ad iſtum gradum dicit ipſe, quód
iudex aſcẽdere debet quotieſcunque reus
eſt magis de crimine ſuſpectus, & indicia
tendentia contra ipſum ſunt plene proba-
ta,delictum tamen non eſt de atrociorib.
Quartus gradus torturę eſt,quotieſcunq;
reus poſt eleuationem diutius ſuſpenſus
tortura detinet,uidelicet per quartã, ter-
tiam, mediam ve partem, vel duas tertias
unius horæ,aut per integram horam, ſecũ
dum grauitatẽ criminis, ſuſpitionem rei,
& uires indiciorum, quandoque in ipſo
 deten-

detentionis ſpatio adhibētur unus aut duo ictus ſeu tractus chordæ, quando indicia ſunt pregnantia,& ſumus in delictis magis grauibus. Quintus & ultimus torturæ gradus eſt, quotieſcunque poſt āliquam ſuſpenſionis detentionem, & ictus, ſiue tractus chordæ, ſi adhuc reus pſiſtit in negando appenduntur pedibus ipſius pondera quædam, cuiuſmodi ſunt compedes ferrei & ſimilia. & iſtud eſt ſæuiſsimū genus tormenti quod perraro iudex adhibere ſolet: & dat niſi in certis caſibus, & criminibus atrociſsimis; ut eſt hæreſis, crimen læſæ maieſtatis, euerſionis ſtatus: & ſimilium; & non paſsim, & indiſtincte in omnibus criminib & delictis, ut faciunt crudeles iudicex hodierni, qui uere ſitiunt ſanguinē humanum, & p immēſum cruciatū, & dolorem coguntur nonnulli confiteri, quæ nō fecerunt. at quid dicam de his? anima eorū ſepelietur in inferno, idcirco caue amātiſsime lector, ne damnes animam tuam,

18 & in ſyndicatu tenearis. † Et quod ſupra dixi de ſecūdo gradu torturæ, quādo quis fuit ligatus ad chordam, & parum eleuatus ſupra terrā, & protinus dimiſſus, an dicatur tortura. Bald. in l 2 C. quorū appella dicit, quod non eſt tortura, ſicut leuis fabricula, nō eſt febris. Paul. Grillan. ubi ſupra, uidetur tenere contrarium, & ibi dicit hæc formalia uerba: & ideo ego nūquā conſueui venire ad gradum iſtum, niſi quādo præcedunt indicia, & ſunt bene ꝓbata tamen & ſi ſint indicia aliquantulum remota a facto, quum perſona eſt uilis, & ignota, & ualde ſuſpecta de crimine, aut in reſponſionib. ſuis uariat, & aliȩ ſuſpitiones præcedunt, poteſt deueniri ad iſtum gra-

19 dum. † FIS. Sed nunquid torturā liceat inferri quocunque tempore, etiam feriato in honorem Dei? † I V. In hoc paſſu allegatur tex. l nemo. C. de epiſco. audien. & in l. prouinciarum. C. de fer. & eſt diſtinguendum pro ueritate deciſionis, quod aut ſumus in delictis grauioribus, aut leuibus: primo caſu etiam die feriato in honorem Dei procedi poteſt, ut dicti ll Secundo caſu non pōt procedi ad torturā die feriato, firmat expreſſe Frā. Bru. in tra de indi. & tortu. in 2. parte 6. q. nu. verſicu. quæro ulterius; & in hoc concordat. c. regni inci

0 item promiſſa iuris ſanctio, &c. † FIS. Nū qd minor quatuordecim annis poſsit torqueri? † I V D E X. Dicas, quod non; ſed debet ferula cȩdi; ut l. cum ad Sylle. ff. ad ſena. Sylle. & refert & ſequitur Angel. in uerbo fama publica: refert & ſequitur Brunus in tra. de indi. & tor. in 4. q. nu. 16. ubi allegat l. de minore, in prin. & l. ex libero. ff de quæſtio. & quód poſsit ferula cædi. allegat tex. in l. impubes. ff. ad Sylle. & l. excipiuntur. in prin. ff. ad Syll. ſubdit Brun. q́ iſtud non habet locum in crimine læſæ maieſtatis, quia tunc minor torqueri pōt, per l. de minore. ff. de quæſtio. & ibi nota Marſi. ubi no. quod minor in teſtem non examinatur per torturā, fallit in crimine læſȩ maieſtatis, quia etiam cum tortura examinaī, adde quod dicit Ludo. Bolo. in addi ad tra Guido. de Suzar. in tra. de indi. & tormen. q́ hæc procedunt in minore maiore infante. ſecus eſt in infante, quia ille etiam ferula cædi non poteſt. nu. 13. ibi

21 in dictis additio. †. Et an ſenes poſsint torqueri, uide infra in tertia parte tertiæ partis.

## TERTIA PARS.

## ¶ E T S I C O N F I T E B V N T V R, Rubrica.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Confeſsio debet fieri coram iudice competenti.*

2 *Hæredi confitentis nocet confeſsio facta coram incompetenti.*

5 *Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis inualidat confeſsionem.*

4 *Facta per iudicem incompetentem, pro non factis habentur.*

5 *Iudex recipiens confeſsionem, debet eſſe ordinarius non delegatus.*

6 *Confeſsio debet fieri coram omnibus, ſi ſunt tres iudices*

7 *Confeſsio debet fieri iudici pro tribunali ſedenti, & quid ſi non eſt facta in forma iudicij. num. 8.*

9 *Confeſsio facta coram iudice tacente, an dicatur iudicialis*

10 *Teſtes examinari debent per iudicem, ut faciant indicium.*

11 *Teſtes deponens falſum coram actuario, non punitur.*

Id



12 *Id dicitur fieri apud acta, quod fit coram iudice.*

13 *Obligatio recepta in abſentia iudicis, non habet executionem paratam.*

14 *Iudice mandante actuario, quòd aliquid faciat, habetur ac ſi eſſet factum coram eo.*

15 *Confeſsio facta ſub ſpe gratiæ, non nocet.*

16 *Stuprum commiſſum per allectationes, an dicatur violentum.*

17 *Confeſsio facta per iram, non nocet. nu. 136.*

18 *Confeſſio extorta dolo aduerſarij an noceat.*

19 *Minoris confeſſio quomodo debeat fieri, num. 19. vſque ad 27.*

27 *Mulier confitens an reſtituatur in integrum.*

28 *Furioſus & demens an poſſint condemnari.*

29 *Confeſſio facta per teſtem an ei noceat, ut reo, poſtea inquiſito. nu. 32.*

30 *Confeſſio an noceat perempta inſtantia.*

31 *Confeſſio incidenter facta, ad quid noceat.*

33 *Confeſsio debet eſſe veriſimilis, & debet eſſe probabilis nu 34.*

35 *Delictum in genere eſſe commiſſum quando dicatur conſtare.*

36 *Confeſsio debet eſſe poſsibilis.*

37 *Confitens ſe uenenaſſe aliquem, & inde mortuum eſſe, an noceat.*

38 *Confitens ſe alicui fregiſſe crannium, an, & quādo noceat.*

39 *In confeſsione an debeat perſeuerari.*

40 *Sententia contra confeſsionem, quid operetur nu 41. 42. 43. 44.*

45 *Confeſsio debet eſſe cum cauſa.*

46 *Confeſsio debet eſſe ſimplex, & an in totum debeat acceptari. nu 47.*

48 *Torqueri an poſsit confitens ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, vt explicitè deponat.*

49 *Acceptari debet confeſsio per partem.*

50 *Reuocari an, & quando poſsit confeſsio. & an reuocata operetur. nume. 51. vſque ad nume. 59.*

57 *Confeſsio facta ex cauſa pietatis, an noceat.*

58 *Confeſsio an operetur, ubi liquet de innocentia.*

59 *Confeſsio debet eſſe clara, & non dubia.*

60 *Confeſsio debet fieri in loco ſolito iudiciorum, & non alibi.*

61 *Confeſsio debet fieri in loco iuriſdictionis, & nō extra.*

62 *Confeſsio non debet fieri prope tormenta.*

63 *Ratificari debent confeſſata in tormentis extra tormenta.*

64 *Terminus debet dari confeſsis ad probandum aduerſus confeſsionem.*

65 *Confeſſus ex inualido proceſſu condemnatur.*

66 *Appellari an poſsit per confeſſum.*

67 *Confeſſus etiam perempta inſtantia, condemnatur.*

68 *Confeſsio etiam non præcedentibus iudicijs, valida eſt.*

69 *Confeſsio producti in teſtem de crimine cauſam vt remoueatur a promotione.*

70 *Confeſſus dicitur manifeſtus delinquens.*

71 *Appellare an poſsit tertius pro confeſſo.*

72 *Defenſionibus an reus poſsit renuntiare.*

73 *Fideiuſſoribus an liberetur confeſſus. num. 110.*

74 *Confeſsio coram incompetente, quid operetur. num. 85.*

75 *Confeſsio inducit notorium.*

76 *Confeſsio habet vim rei iudicatæ.*

77 *Confeſsio eſt pleniſsima probatio.*

78 *Confeſsio vulnerati, quòd non fuit vulneratus ab inquiſito, eſt indicium innocentiæ.*

79 *Hæres confeſsi, an, & quando teneatur.*

80 *Adulter & adultera confitentes ante coitum ſe contraxiſſe matrimonium, excuſantur.*

81 *Confeſsio operatur ut procedatur ex officio, ubi alioqui non poſſet.*

82 *Confeſſus ſponte mitius punitur.*

83 *Confeſsio tollit præſumptionem iuris, & de iure.*

84 *Confeſsio facit haberi rem pro liquida.*

86 *Confeſsio iudicialis præſumitur uera operatur etiam, quia facit, vt non requiratur infamia, item ſponte confeſſus aliquando non punitur.*

87 *Stante ſtatuto, quòd pœna minoretur ex confeſsione, qualiter debeat eſſe. nu. 88. 89.*

90 *Confeſsio an poſsit reuocari poſt ſententiam.*

91 *Teſtis in mortis articulo confitens ſe falſum teſtimonium dixiſſe, an probet.*

92 *Infamia an reſultet ex confeſsione.*

93 *Teſtatori an credatur, ſi confiteatur in teſtamento, ſe eſſe vſurarium.*

94 *Clericus an poſsit deponi, ſi confiteatur, quòd promiſit decem, ne accuſetur.*

95 *Surdus & mutus an poſsint confiteri.*

96 *Confeſsio facta coram ſyndico denuntiante, an ualeat.*

97 *Procuratoris confeſsio in criminalibus, an noceat domino.*

98 *Confeſsio in criminalibus, an habeat exequutionem paratam.*

99 *Confitens ſe feciſſe plura furta eodem loco, d*

*uerſis*

*uerſis tamen temporibus; an debeat morti tradi nu. 100.*

101 *Confitens eſſe vera, quæ continentur in inquiſitione, ſeu in capitulo, quum contineat, quòd ſit inſignis latro, an debeat mori, ſi reuera non commiſit, niſi vnicum furtum.*

102 *Confeſſio ſocij criminis, an, & quando noceat ſociis nu 102 vſque ad nu. 104.*

105 *Confitens ſe occidiſſe hominem, cuius nomen ignoratur, an damnari poſſit.*

106 *Confeſſio ſerui an noceat domino.*

107 *Confeſſio per torturam facta, an valeat.*

108 *Confitens ſe adulteraſſe Bertam, an videatur confiteri eam eſſe coniugatam.*

109 *Confeſſio trium latronum quid operetur.*

110 *Confeſſus delictum, an debeat liberari ſub fideiuſſoribus.*

111 *Confitens ſe vulneraſſe Titium, & ex dicto vulnere ipſum deceſſiſſe, ſi tamen conſtat de contrario, non nocet.*

112 *Statuto dictante, quòd reuelanti furtum parcatur, an ſi eſt principalis parcetur.*

113 *Confeſſus an poſsit obijcere de nullitate iudicij.*

114 *Confitens & reuocans confeſsionem an debeat torqueri.*

115 *Confiteri dican dicens ſe condemnatum in ſupplicatione.*

116 *Confitens ſe commiſiſſe vſuras, an damnetur.*

117 *Confeſſio vſurarij, qua confitetur ſe extorſiſſe vſuras, an noceat fiſco, ſi ſit antè damnatus.*

118 *Confeſsio an noceat, ſi non conſtat de delicto.*

119 *Inquiritur contra aliquem ut ordinatorem & mandatorem delicti, ſi is confitetur eſſe verum, an poſsit condemnari.*

120 *Verbum, volo confiteri, an inducat confeſsionem.*

121 *Furtum committens Romæ, & captus alibi cum re furtiua, an puniatur.*

122 *Delictum ſi eſt commiſſum in medio duarum ciuitatum, coram quo puniatur.*

123 *Clericus confitens ſe eſſe laicum an ſibi noceat.*

124 *Confeſsio contra matrimonium, an noceat.*

125 *Confitens inſtrumentum uere eſſe falſum, an præiudicet.*

129 *Confeſsio coniuncti, in cuius fauorem lata eſt ſententia diuortij, an ſufficiat ad eam retractandam.*

127 *Foriudicatus nulliter, an ſi confiteatur, ſibi noceat.*

128 *Confitens ſe feciſſe homicidium, ſed ad ſui defenſionem an ſufficiat ad condemnandum.*

129 *Confiteri an cenſeatur recipiens literas ad ſemiſſas per aſſaſinum.*

130 *Confeſsio an poſsit declarari.*

131 *Confeſsio ſyndici an probet delictum cõmiſſum per ciuitatem.*

132 *Confitens ſe ſtupraſſe aliquam tanquam ſuam vxorem an ſufficiat, ut ſtuprata vendicet eum in virum.*

133 *Confitens ſe abſolutum ab excommunicatione, an confiteri videatur ſe fuiſſe excommunicatum.*

134 *Confeſsio rei, nunquid noceat tertio.*

135 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe, an audiri debeat.*

136 *Confeſsio per iram facta, an noceat.*

137 *Confeſsio lamiarum & incantatricum, an ſufficiat ad eas condemnandum.*

138 *Confitens ſe aliàs in iudicio abiuraſſe hæreſim, an ex noua confeſsione poſsit damnari.*

139 *Hæreticus an ex ſola confeſsione poſsit condemnari.*

140 *Confeſsio incontinenti reuocata, an debeat de errore probari.*

141 *Confeſsio ærarij, an noceat fiſco.*

142 *Confeſsio facta in ciuili, an præiudicet in criminali.*

143 *Confeſsio facta præmiſſa negatiua, an ſufficiat ad condemnationem.*

144 *Confitens ſe corrupiſſe iudicem, quum iudex ſit abſolutus, an ſibi noceat ad condemnationem.*

145 *Compoſitione an inducatur confeſsio.*

146 *Mulieri confitenti ſe virginem, an ſtetur.*

147 *Clerici confitentes delictum abſque accuſatore, puniuntur.*

148 *Confeſsio delicti aliquando probat clericum incorrigibilem.*

## Diuiſio tertiæ partis principalis.

¶IVD. Sequitur congruenti ordine iuxta promiſſa tertia pars principalis, quã diuido principaliter in quatuor partes, in prima tractabitur de confeſsionibus iudicialibus ſpontaneis, in ſecunda de extraiudicialibus, in tertia de cõfeſsionibus per torturam extortis, in quarta de confeſsionibus fictis. Quocirca ſequitur prima pars de confeſsionibus iudicialibus ſpontaneis.





PRimò igitur loco, ut diximus, de confeſsionibus iudicialibus ſpotaneis diſturi, ſciri oportere præmonemus, plura requiſita debere concurrere, vt confeſsio valida ſit, & ſortiatur effectum. nam quædam requiruntur concernentia perſonam iudicis, confeſsionem recipientis, quædam perſonam confitentis, quædam temporis qualitatem, quædam qualitatem & formã confeſsionis, quædam locum, ubi fit, & quędam, quæ ſeruari debent per iudicem habita ipſa cõfeſsione. quare de ipſis requiſitis primò dicemus, ſecundò de effectib. ipſius confeſsionis, tertiò extrauagantes quæſtiones in materia ſparſim poſitas in vnum colligemus, & hunc ordinem in qualibet par-

1 te noſtri tractatus ſeruabimus, †Atque circa perſonam iudicis confeſsionem recipientis, ſciẽdum eſt requiri, ut iudex, corã quo confeſsio fiat, ſit iudex competens, & hñs iuriſdictionem, cum aliás ex mente oĩum doctorum diſtinguẽdum eſſet, aut eſt talis iudex, cuius iuriſdictio nullo modo prorogari põt, ut clerici in laicum, aut eſt talis iudex, qui licet ſit incompeten, tamen nõ eſt omnino incompetens, ſed eius iuriſdictio prorogabilis eſt: primo caſu omnes doctores videtur in hoc concurrere, quòd talis confeſsio, nec ad condemnationem, nec ad indicium ad torturam operatur, ſecũm Anto. de But. in cap. at ſi cleri. de iudic. 4. colum. verſi. vtrum autem. Bal. in c. cum ſuper. de confeſsis. & Ang in l. 1. colum. vltima. C. de confeſ. & in l. 1. ff eo. titu. Abb. in conſi. 25 volum. 1. & docto. antiqui & moder. in l. magiſtratibus ff. de iuriſ. om iudi. & firmat Afflict. in conſti. ſi damna clandeſtina. nono nota. verſic. 4. quæro & latius, quàm alibi, per Boer. in deciſ. 90. in prima parte. & licet dicat in curia ſeruari cõtrarium, tamen prædictam de iure atteſtatur eſſe communem opinionem. Secundo verò caſu non operaẽ, quoad condemnationem, ſed tantum ad torturam. ſecundum Bald. Ang. Alex. & cęteros doctores in d. l. magiſtratibus. & Ang. in l. 1. C. de Cõfeſ. & Feli, in d. c. at ſi clerici. & Bal. in l. clarum, C. de author præſtan. & Afflic. vbi ſuprá, & Ang. de Aret. in verbo, comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum: & Bal. in l. vnica. C. de confeſ. in penul. colum. & Lud. Rom. conſi. 451. incipien. quædam mulier. & plenè per Boer ubi ſuprá. Iſtud tamen, ꝙ faciat indicium, limitatur, ut non procedat, ſi fuerit confeſsio reuocata corã competenti. ſecundum Bald. in d. l. vnica. C. de confe. penul. col. & ſequitur Iaſ. in d. l. magiſtratib. in 2. ſub limitatione. ſed Boer. in deciſ. in fi. optimè confutat. nam dicit ipſe, ꝙ ſi hæc ſublimitatio eſſet vera, eſſet deſtruere ſupradictam cõem opinionem, nã vt coram iudice cõpetenti perſeueratur, aut negatur, primo caſu non eſt neceſſaria tortura, ſed damnatur: aut negatur, & tũc eſt neceſſaria tortura, & pro ut eſt cõmunis opinio, irrogatur, ergo non poteſt eſſe vera ſublimitatio prædicta, & ſic concludit, quód etiã ſi reuocata eſſet irrogaretur tortura, & ita ſeruatur ſecũdum eum. limitatur ẽt, vt procedat concluſio ſuprà firmata, vbi cõfeſsio eſſet veriſimilis. ſecundum Bald. in l. clarum. C. de auth. prẹſtã. & ſequitur Iaſ. vbi ſuprà, in 3 ſublimitatione. & tenet Bar. in d. l. magiſtratibus. & Canoni. in d. c. ſi clerici. & Abb. in ca olim de reſcri. & And. Barb. in addi. Bal. in d. l. clarum. debet etiã concurrere vltra veriſimilitudinem, quód ſit orta infamia aut ſuſpitio, aliàs ſecus ſecundum Ang. de Aret. in li. ma. in verbo, cõparent dicti inquiſiti. & conſ. 10. & id volebat Bal. in d. l. clarum. & Innoc. in c. per inquiſitionem. & ideo ſit cautus eius aduocatus, ut reuocata dicta cõfeſsione petat terminum, & in termino uerificet, quòd ex tali confeſsione nulla orta fuit ſuſpitio, nec infamia. ſed potius orta fuit fama, ꝙ eſt erronea. limitatur etiam, ut procedat, ſi confeſsio fieret ad eundem finem: ſecus ſi ob aliam cauſam, ut tenet Iaſon ubi ſupra in 4. ſublimitatione. ſed Alexan. in d. l magiſtratibus tenet contrarium, & dicit procedere dictam ſublimitationem, qñ eſt ſentẽtiatum contra confeſsionem, quòd ſit facta non ad eundem finem. ſed Fran. Cur. ibi in addi. Alex. defendit opinionem relatã per Iaſ. u. de oĩno Fran. Aret. in d. c. at ſi clerici

2 & in conſ. 26. iu fin colum. †Et ubi confeſsio facta coram incompetenti noceret alicui cõfitenti; noceretur etiam hæredi ipſius, ſi fuerit mortuus antequam ad iudicẽ ſuũ competentem remitteretur, ut dicit Ang. iu l. 2. ff. vi bon. rapt. qd eſt intelligendum quãdo aliàs confeſsio defuncti noceret heredi, tamen ſi bene inſpiciatur Ang. non videtur

detur firmare pedes in hoc dicto, videatis
3 eum. †Et ad corroborationem prędicti; pri
mi requiſiti, intellecti & limitati, & ſubli-
mitati, acit, quia licet aliàs confeſsio ſit tã
tæ potentiæ, vt etiam confeſsus ſuper inor
dinato proceſſu, poſsit condemnari. ſecun-
dum Inno. quem omnes ſequũtur in c. qua-
liter & quando el 2. de accu. & in ca. per in-
quiſitionem. de electio eſt tamen verũ, niſi
nullitas prouenirer ex defectu iuriſdictio-
nis iudicis. nam eo caſu dicta confeſsio nõ
validat proceſſum, ſecundum no. per doct.
in d. c. at ſi clerici. in princ. & in c. olim de
4 reſcri. & ibi do. Abb. †Facit etiam, quia fa-
cta per iudicem incompetentem, pro non
factis habentur. ſecundum Innoc. in c. pru-
dentiam. de oſſi deleg. & habetur per Bald.
in margarita ſua, in verbo factam. & per cõ
petentem iudicem non poſſunt haberi ra-
5 ta. †Requiritur ſecundo, vt ſit iudex ordi
narius non delegatus. ſecundũ Ang. in cõſ.
17. incip. in cauſa accuſationis productæ.
quem ſequitur Hippo. a Marſi. in practica.
§. poſtquam. num. 14. quod quidem intelli-
gendum eſt de delegato, habente limitatã
poteſtatem ad certos articulos cauſæ ſeu
actus: nam tunc verum eſt, q, quantuncun
que adſit confeſsio, non poteſt virtute ip-
ſius per ipſum iudicem delegatũ procedi
ad condemnationem ex deficientia iuriſdi
ctionis; & ſic non ex defectu ipſius confeſ-
ſionis, tamen non negatur, quin ordinarius
virtute ipſius repetitæ coram ſe poſſit pro
cedere ad cõdemnationem, ut firmat idem
Ang. in d. loco. & ſi negauerit corã ordina-
rio cõfitens, poterit per torturam cogi ad
confitendum, & perſiſtendum in confeſsio-
6 ne ſua. †Requiritur tertiò, vt ſi ſint tres iu
dices in cã deputati, q confeſsio fiat corã
omnibus. aliàs ſi fiat coram duobus, non
ſortitur effectum, ſecundum Abb. in cap.
olim ex literis. in fin. de reſcrip. & refert &
ſequitur Hippo a Marſi. in conſ. 81 nu. 31.
7 †Requiritur quartò, vt confeſsio ſit facta
coram iudice ſedente pro tribunali, vt eſt
doctr. Saly. in l. iubemus. C. de liber. cau. in
fi. & tenet Bar. in l. 1. C. de confeſ. in princ.
& habetur per gl. in c. dudum. el 3. in verſ.
reſponſionem. extra de elect. & Bald. in l.
pe in 2. not. C. de fideiu. & in addi. Spec. in
tit. de confeſſ. §. confeſsio illa & Alex. in l.
ſi confeſſus de cuſt. reo. & Iaſ. in l. magiſtra
tibus, 2. colum. ff. de iur. om. iudic. ſequitur
Mar. in l. de minore. §. plurimum quoque.
num. 11. ff. de quæſtio. & tenet etiam Bald.
ibi, licet nõ ita clare & uidetur ita ſentire
Afflict. in conſti. ſi damna clandeſtina. in 9.
not. dum dicit, quòd confeſsio facta coram
iudice ſedente pro tribunali abſque tortu
ra ſufficit ad cõdemnationem: & ſequit idẽ
Marſil. in practica crimin. in §. poſtquam
num. 17. & idem ſequitur Boer. in deciſio.
90. nume. 8. in prima parte. & videtur eſſe
cõis opinio omnium doctor. vide Bald. in
8 l. ictus fuſtium. ff. de infa. †Et ex his infer-
tur, quòd confeſsio facta coram iudice nõ
in forma iudicij, vel coram actuario cauſę,
abſente iudice, non ſufficit ad condemnan
dum, vt dicunt præfati doct. in locis ſuprà.
allega. & ſequitur Rom. conſil. 8. & Franc.
Bru. in tra. de indi. & tort. 2. q. in prima par
te. nu. 17. & firmat Bal. in addit. Spec. in tit.
de confeſ. verſ. confeſ. ſufficit tamen ad tor-
turam, ut hr in dictis locis. quod quidem li
mitatur, vt procedat, niſi fuerit reuocata,
quia tunc non ſufficit ad torquendum, vt
hr per Petrum de Gerar. in ſingu. 67. incip.
ſcire debes. vbi dicit eſſe de hoc doctr. Bal.
in l. 1. penul. colum. C. de confeſ. adde ſupr.
dictis Tiraquel. in tract. de retra. § 36. fol.
736. num. 54. & 55. & an aliquid operetur,
9 vide Bal. in l. ictus fuſtium. ff. de infa. †Sed
an confeſsio dicatur iudicialis facta coram
iudice tacente; dicas q ſic, vt eſt text. cum
gloſſ. in l. iuſiurandi, quod ex conuentione.
§. 1. in verſ. obſtabit ff. de iur. iuraud. & vi-
deas Bal. in l. interrogatam. C. de lib. cau. &
vide Hippo a Marſ. in l. 1. ff. de quæſtion. 4.
colum. verſ. & hanc partem. & in l. fin. C. de
procu. & in l. de minore. § plurimum. ff. de
10 quæſtio. 2. colum. verſ. & facit gloſſ. †Et ad
corroborationem prædictorum de confeſ-
ſione facta coram actuario cauſæ, facit,
quia ad hoc, vt teſtes examinati ad inquiſi
tionem faciant indicium ad torturam, ne
ceſſe eſt, quòd examinentur à iudice, non
per notariũ actorum, vt colligitur ex cle.
1. de oſſi delega. & per Bal. in rubrica, de cõ
tro. inueſ. 2. colum. & habetur per Marſi.
in pract. crimi. §. nunc videndum. num. 30.
nam probationes faciendæ ſunt iudici. l.
quinquaginta. ff. de proba. l. eos. & l. ſi quan
do. C. de teſt. & l. j. C. de re. alie. non alienã.
l. 2. C. ex quib. cau maio. & plenè per Mar-
ſil.



ſil. in l. 1. ff. de quæſtio. in prin. nu. 16. verſi.
11 ſeptimó requiritur. † Item facit ad corro
borationem præfatorum, quia teſtes depo
nentes falſum, dum examinantur coram a
ctuario cauſæ, non puniuntur de falſo, ſecũ
dum Bart. in leg. ſi quis legatum. ff. de fal.
quem ſequitur Auge in l. 1. C. de ſepulch.
12 violato. †Facit, quia id dicitur fieri apud
acta, quod apud iudicem fit, ſecundum Lu-
13 cam de Pen. in l. inſtar. de iur. fiſ. li. 10. † Fa
cit, ẽt notabile dictum Afflict. in conſt ma-
giſtri camerarij. in 12 nota. quód ſi recipia
tur fideiuſſio extra locum iudicij in domi
bus priuatarum perſonarum per tabellio-
nem, uel obligatio in abſentia iudicis ſi fi
deiuſſores poſtea negent, ſe fideiuſsiſſe, vel
principales ſe obligaſſe; non erit ſtandum
tabellionis ſcripturæ: quia eam facit ſine
teſtibus & iudice ad contractus. & ſic non
eſt ſcriptura publica, nec ẽ ſcriptura penes
acta, quia facta ſine præſentia iudicis eſt:
facit ẽt, quia color iudicij, & præſentia iu-
dicis multa operantur, ut habetur per do.
in l. pacta nouiſsim. C. de pac. maximè per
Iaſ. qui multa notabilia dicit. & ſequitur
conſulendo remiſsiuè Marſi. cõſ. 106. 2. li.
nu. 9. cum ſequen. & ex his clarè apparet
illam dici confeſsionem iudicialem, quæ
fit corã iudice, & in figura iudicij. i. iudice
ipſo ſedente pro tribunali; non illa, quę fit
coram notario actorum. per illam gloſſ. ſo-
14 lennẽ in d. l. iubemus. † Quæ limitari po-
teſt iudicio meo; niſi iudex mandaret nota
rio, ut illam ſcribat. quia cum iudex man-
dat, nõ eſt neceſſe, quód poſtea ſit præſens
per ea, quæ dicit Iaſon in l. videamus. §. de
ferre. ff. de in lit. iur. licet poſſet dici, quód
prædicta limitatio procederet, quando cõ
feſsio requireret ad ſuum robur ſolam pñ-
ſentiam iudicis, & nõ figuram iudicij. quia
tunc poteſt eſſe uerum, quòd præſentia iu-
dicis, & mandatum a pari procederent. ſed
quia in confeſsione requirit figura iudicij
ut ſupra demonſtraui, & ſic iudicem ſede-
re pro tribunali; ideo nimirũ, ſi nõ ſufficit
mandatum iudicis. ſed præcedentem limi-
tationẽ videtur tenere Marſi. in pract. cri-
min. §. poſtquam. nume. 17. & eam expreſſè
tenet Ange. in l. vnica. C. de confeſ. & vide-
tur eam tenere Afflict. in deciſio. 245.
15 †Requiritur quintò, ut iudex nõ ducat in
quiſitum blandis verbis, & promiſsionib.
gratiæ ad confitendum; ſed quòd confeſsio
ſit facta ſponte, quia confitens taliter, non
poteſt ex tali confeſsione damnari. ſecun-
dum Ioan. de Imol. conſi. 100. inci. uiſa in
quæſti. quem uidi in fonte. & firmat Marſ.
in pract. cri. §. poſtquam. nume. 16. ubi ad
corroborationem dictæ doct. alia adducit.
& idem ſequitur in le. ſi quis obrepſerit. ff.
de fal. contrariam autem opinionem nulla
de prædictis mentione facta, tenet Afflict.
in conſt. inter cætera. in fine. ſed ſecundum
primam opinionem conſuluit idem Marſi.
in conſi. 14 in primo libro, in fine. & con-
ſil, 32. num. 22. eodem libro, ſequitur Pari.
li. ſyn. in uerbo, torturæ. uer. ſequitur quæ
ſtio & in uerbo, aduertendum eſt. & Gram
ma. in quæſtione tertia poſt ſuas deciſio. in
cip. notabilis & pulchra. & firmat idẽ Mar
ſi. in ſingul. 201. inci. in confeſſum, & in ſin-
gu. 77. incipien. malitijs hominum. & habe
tur in addi. ad Afflict. in d. conſtitut. inter
cætera, & plenè ac nouiſsimè per Garr. in
ſua practi. in leg. obſeruare curabis. in pri.
16 numero 173 † Ad quorum corroboratio
nem adducitur id, quod no. Afflict. in con-
ſtitu. ſi quis rapere in ſecundo nota. in ter
tia quęſtio. ubi dicitur, quòd ſtuprũ uiolẽ
tum punitur pœna mortis, non violentũ
punitur medietate bonorum omnium, &
ſtuprum violentum non tantum dicitur,
quando interuenit uis & violẽtia uera, ſed
etiam, quando interueniunt blanda verba
& allectamenta, ac doloſæ promiſsiones.
& iſto caſu etiam punitur ſtuprum pœna
mortis, quia illa promiſsio & ſeductio eſt
uis interpretatiua: ſic ergo in confeſsione
facta blandis uerbis & allectamentis iudi-
cis, & promiſsionibus doloſis, non debet no
cere, eò, quia videtur extorta per vim &
17 violentiam. † Nam confeſsio debet ma-
nare ex propoſito, vnde ſi aliquis confitere
tur aliquid per iracundiam, talis confeſ-
ſio nõ noceret ſecundum Ioan. de Imol. in
c. fi. de confe. & glo. in c. ex literis. in uerſi
admonita. de diuoſ. & Io. de Imo. in c. fina.
de confeſ. & confeſsio extorta tot blandis
uerbis & doloſis promiſsionibus rectè in
tuenti non poteſt dici ex ppoſito manaſ-
18 ſe. uide infra. nu. 136. ¶ Vnum tamen uide
tur prædictis obſtare, nam habemus, q
confeſsio iudicialis extorta etiam dolo ad
uerſarij, præiudicat. le. minor. 25. ann. ff.
de

de mino.ſecundum glo.in uerb. probata.&
Bald.in l.de tutela.2.col.uer.2.oppo. C.de
in inte.reſt.ſed Bal.ibi dicit. quòd interue
nit ſola ſcientia aduerſarij ſine doli indu-
ctione ad fieri faciendum illam confeſsio-
nem falſam:ſed etiam poteſt dici pro ſolu
tione,quód aliud eſt, quando interuenit
dolus iudicis,à quo totaliter confeſsio ſub
ſtantiatur.circa cõſitentis porrò perſonam
19 plura alia requiruntur. † Et primò requi
ritur,ꝙ confeſsio fiat per habentem legi-
timam perſonam;& ſic per maiorem, vel
minorem ſeruatis ſeruandis,ut dicit Ang.
in lib.malefici.verbo, comparent dicti in
quiſiti,& confitentur totum verſic. nec nõ
ſis bene cautus.& dicit ita voluiſſe Cyn.in
l.clarum.C.de auth.præſtand. & Bartol.in
l.fi.§ pupillus.ff.de verbo.obligat. & Sali.
in l.prima.C de confeſ & Gandi.in li.ma-
lefi.in rubrica.de aliquibus quæſtionibus
varijs, in male.6.colum.uerſi.ſed quæritur
& Hippo.á Marſi.in practic.cri.§.nunc vi-
dendum & in §.expedita.& in §. poſtquã
& in leg.1.in princi.& in §. ſi quis vltro.&
in l.ſtatuliber. ff.de quæſtion.& in leg.qui
eadem.ff.de ſicar.& in conſi.9.& conſil 26.
& conſil.47.& conſil. 62. & conſilio 130.&
per Tho.Gramma.conſi.16.& conſilio 60.
fallit in crimine læſæ maieſtatis,& in atro
cioribus, ut per Mateſil.in d conſi. 9.& in
l.de minore.ff de quæſtio.& per Afflict.in
conſtit minorum iura,poſt docto. in d.leg.
clarum.& fuit deciſum in ſacro regio cõſ.
Nea.ut refert Afflict. in deciſio.208.quòd
ſi facta confeſsione in iudi.abſque curato-
re,minor ſe petat reſtitui in integrum ad
uerſus dictam confeſsionem tanquã læſus
illa confeſsio nihil ipſi nocebit ex p̃dictis
& ex doctrina Ange.l.certum.§. in pupillo.
ff.de confeſſ.& Alexand.in leg. nam & po-
ſtea.§.ſi minor.9 col.ff.de iur. iurand & in
conſil.126.3.libro 1.col.incip. in cauſa ap
pellationis.Sed quid ſi non fuerit illi da-
tus curator, ſed legitimè conſtitutus pro-
curator an valeat confeſsio?dicas,quòd ſic
ut per Marſi.in l.de minore.num. 56. ff.de
20 quæſt.† Et ſit cautus iudex, ut ad uidẽdũ
iuramentum minoris,faciat eius curatorẽ
ad eſſe ; ſecundum Salice. in l.1.de confe.
21 † Sed pone,quód minor ducitur ad tortu
ram,ut torqueatur;qui videns ſe torquen
dum eſſe,dicit, non torqueatis me, omnia
confitebor, & iuro me non neutrum con-
trà,an eiuſmodi confeſsio præiudicet ipſi
minori.Bal.in l.1.C. de confeſſ.uerſicu.ſed
pone dicit,quòd non præiudicat, ne indu-
catur per indirectum renuntiatio iuriũ &
defenſionis.& ſequitur Ang.in lib. malefi.
in verbo,comparent dicti inquiſiti, & con-
22 fitentur totum.† Sed quid ſi minor negat
& propter ſuam negationem crimen cre-
ſcit,vel eius pœna ex forma ſtatuti, uel ꝑ
dit beneficium confitentis, an reſiſtatur
ut habetur pro confeſſo,dicas,quòd ſic ; ut
eſt tex.& ibi Bar.in l.ex cauſa. §. nunc vi-
dendum.ff.de minor. & ſequitur Angelus
23 vbi ſuprà † Prædicta veró non habent lo
cum,quando minor confitetur contra aliũ
ut teſtis,quia eo caſu, etiam ſi nõ interue
nerit authoritas curatoris valet & tenet e
ius confeſsio.ut pulchrè tenet Bald.in leg.
clarum.C.de author.præſtand. concluſio-
nem verò principalem firmat etiam Boe.
deciſio.65.num.7.in prima parte & habe-
tur per Bertran.conſ.94.in 3.lib.numer.1.
24 † Et intantũ ſunt vera prędicta, ut non
ſolum procedant & habeant locum in mi
nore accuſato,ſed etiam accuſante,ut tunc
etiam requiratur authoritas curatoris,ſe
cundum Bald.conſi.60.incipien. factum ſic
proponitur. 5. libro firmat, & ſequitur
Hipp.à Marſi.in l.1.ff.de quæſtio.in prin.
25 nume.18.† Item intantum ſunt vera præ
dicta,ut non ſolum procedant in confeſsio
ne uera,ſed etiam ficta,vigore ſtatuti di-
ctantis,quód contumax habeatur pro con
feſſo nam eo caſu minor contumax non da
to curatore,nõ poteſt puniri virtute illius
factæ cõfeſsionis,ut habetur per Cœpo. cõ
ſil 30 & 31.& Bald.in l. clarum. C. de au-
to.pręſtan.& ſequitur Marſi.in l.de mino-
re.53.ff.de quæſt.& Afflict in conſtit.mino
rum iura.in 5.not.& Nell in tracta.banni-
to.in prima quæſtio. primi tempo.& Boer.
in deciſio.63.in prima parte & Bald. in le.
vnica.C.de confe. uer. iuxta hoc quæro.
qui uidetur tenere contrarium in adulto,
& non in pupillo.& dicam plenius in quar
ta parte,ubi de confeſsionibus fictis tracta
26 bitur.† Et non ſolũ requiritur datio cura
toris,ut confeſsio ſit valida, ſed etiam re-
quiritur, non eodem momento, quo da-
tur,curator autorizet ipſi minori,nam eſ-
ſet nullus ille actus propter breuitatẽ tẽ-
poris



poris ex quo apparet, quod in tali præſta-
tione autoritatis non ꝓceſsit aliqua cau-
ſæ cognitio,quæ debuit interuenire ad ua
liditatẽ actus, ut habet per Pet. de Anch.
conſ.92.incip.uiſis diligenter actis. & ha-
betur plene per Hipp.a Marſi.in practica
crim.§.nunc uidendum. nume.32 & ideo
ſemper ante præſtationem authoritatis,
facias apparere aliquem actum ſeparatũ
in quo appareat fuiſſe informatũ curato-
rem de informatione & iuribus, & defen-
ſionibus pupilli & minoris, & de meritis
proceſſus,& quod adhibita fuit cauſę co-
gnitio,quo facto ſecure poteſt præſtari au
toritas. † Secũdo requiritur ut ſi mulier
27 in iudicio confiteatur delictum, de quo
aliter non apparet,niſi per ipſius confeſsio
nem, ipſiusq́;ſi interſit non eſſe confeſſum
id,ac ob id petat ſe reſtitui in integrũ ad
uerſus ſuam confeſsionem, non condem-
netur uirtute dictæ confeſsionis,ſed con-
cedatur ei reſtitutio in integrum. quia in
hoc habebit beneficium minoris. ut nota-
biliter dicit Affli.in conſ.obſcuritatem.3.
colum.in 2.q.† Tertio requiritur, ut cõ-
28 fitens non ſit furioſus & demens, quia ex
confeſsione non poſſet damnari inſtar mi-
noris,ut habetur per Specu.in titu.de cõ-
feſ.§.ſequitur.uerſi. 13. & plene per Tho.
Gramma. in conſ.16. † Requiritur quar-
to,ut confeſsio fiat per reum criminis tam
29 quam reum, & inquiſitum ut reum, alias
ſi fieret per aliquem ut teſtẽ.& ſic repræ-
ſentantem aliam perſonam, non ſufficit
ad condemnandum,ut dicit Cap. in deciſ.
ſac. regij conſ. 52. & Marſi. in conſ. 115.
num.3.2.lib. & hæc de requiſitis circa per
ſonam confitentis.† Sunt etiam, quæ re-
quiruntur circa qualitatem temporis, ut
30 dixi ſupra.atque ut ea nunc perſequamur
ſciendum,eſt, quod requiritur, ut confeſ-
ſio fiat tempore habili. alias ſi fieret tem-
pore inhabili, uidelicet elapſo tempore,
dato & ſtatuto per leges vel ſtatutum ad
inquirendum,confeſsio non noceret cõfitẽ
ti.ſecundum Bal.in cap.1.de offi. deleg.pe.
col.uerſic.pone,quod maleficium.& firma
uit.Soc.in conſ.108. inci. ſuppoſito ſtatu-
to.in pen.col.poſt medium & firmat Mar-
ſil.in practica cri.† poſtquam num. 10.cõ-
trariam opinionem firmauit Bal. in l pro-
perandum. 4. col. C. de iud. ubi intrepide
firmat,quod etiam perempta inſtantia iu-
ris communis in criminalibus,vel ſtatuta
ria ſeu ſecundum conſuetudinem loci, cõ
feſſus delictum poteſt condemnari, quia
non petijt confeſsio, & delictum eſt factũ
notorium. & ita tenet Marſil. ſibi contra-
rius. conſ 46. num. 18. refert & ſequitur
Angel.in lib. malc. in uerbo. inchoata &
facta,& in verbo, comparent dicti inqui-
ſiti.& confitentur totum,quam doctrinam
corroborauit pluribus medijs Marſi.in l.
1.§.diuus Antonius.ff.de quæſtio. 4.col.&
contrarium,& alias tenuit. in d.l.1.nu 69.
ſequitur etiam.doctri. Bald. Iaſon. in d.l.
properãdum,nu.21.in 3.limitatione. & di
cit ita teneri per Panor.in c.pe. in pe.col.
de iudic.& faciunt ea,quæ not. Bart.in l ſi
confeſſus cum ſuis concordantijs ff. de cu-
ſto.reo.quid uero dicendum in iſta uaria-
ta quæſtione ego pro nunc dicerem ad cõ
cordandas opiniones, quod prima opinio
loquitur,& habet locum iuxta terminos
l.quærelam.C. de fal. de tempore ſtatuto
ipſi actionis,ſeu accuſationi,ſeu iuri inqui
rendi,quo elapſo præſcribitur illi iuri,ſe-
quẽs vero opinio loquitur ſimpliciter de
tempore inſtantiæ iuxta terminum d.l.ꝓ
perandum. & ita loquuntur doct. in locis
ſup.allega.ſi recte inſpiciantur, & ſic nul-
la eſt inter eos contrarietas ſeu diuerſitas
Circa requiſita concernentia formam &
qualitatem cõfeſsionis,notãdum ęſt, quod
plura requiruntur, & idem tenet etiã ip-
ſemet Bald.in l. quoniam alias l. genero.
ff.de his,qui no. infa. & Feli. in ca. ad au-
res.de præſcrib. & ibi Par. in fine. & idem
voluit Areti in ca. cum Pet. Manconella.
de accuſa.colum.4. licet Roma. in l. 1.§.
occiſorum.ff.ad Sylle. uoluerit contrariũ,
21 quem reprobat Are.ubi ſupra. † Et primo
requiritur,ut confeſsio fiat principaliter,
& non incidenter, ut confeſſus condemna-
ri ualeat ad pœnam ordinariam delicti.ſe
cundum Barto. in l.ſi confeſſus.ff. de cuſt.
reo. & Ioan. de Imo. in cap. fin pen.col.de
confeſ.& Sali. in l. mercalem. C. de con-
di.ob turp cauſ. & plene habetur per Mar-
ſil.in l.1.§.diuus Antonius. ulti. colum in
princip.ff.de quæſtio.& in practica.crimi.
§. poſtquam, nume. 9. & ita fuit deciſum
in ſacro regio. conſ.ut refert Afflict.in de-
ci.176. operatur tamen dicta confeſsio ad
inſtruendum

inſtruendum iudicē, ut poſsit formare i n
quiſitionem, & non, ut ex hac ſola poſsit
condemnare. quia iudicium non erat ad
hoc ordinatum, & ſic eſt ſine inſtantia, &
proinde erit neceſſe, ut ſpecialiter inqui-
ratur de illo delicto, de quo extat confeſ-
ſio, & detur illi copia defenſionis: & capi-
tuletur illa confeſsio facta. licet enim con
feſsio incidenter facta non ſufficiat ad cō-
demnandum, ſufficit tamen, ut condemne
tur confitens ad intereſſe partis, ſecundū
Angel. in l. infamem, ff. de pu. iu. & in l. 2.
in fi. C. de edendo & uidetur Bart. & An-
ge. in l. interdum, §. qui furem. de furt. &
Ange. in l. 2. §. 1. circa finem. ff. ui bo. ra.
32 † Ad quorum corroborationem adducit
quod ſi quis examinatur ut teſtis, & confi
tetur aliquid, ac poſtea inquiritur, ut prin
cipalis de eo, quod confeſſus fuit ut teſtis,
illa confeſsio ipſi non nocet. ut dicit Capi
ti. deciſio. 52. & conſuluit Marſi. conſilio.
33 115. 2. uolu. nume. 30. † Requiritur ſecun
do, quod cōfeſsio ipſa ſit uerisſimilis, aliàs
non nocet confitenti, ſecundum Bald. in
l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cle.
2. colum. & Petr. de Ancha. conſilio 23. in
cip. uiſa inquiſitione formata contra Phi-
lippum, pro quo facit text. ca. quia uerisſi-
mile. de præſumptio. & l. non eſt verisſimi-
le. ff. quod me. cau. & tex. l. ſi ita quis. verſi.
quod nemo ſanus diceret. ff. de euiction. &
pro hoc faciunt multa ſimilia Mar. in l. 1.
34 nume. 65. cum ſequen. ff. de quæſtio. † Re
quiritur tertio, quod confeſsio ipſa ſit p
babilis. & ſic ante omnia debet conſtare
de corpore mortuo, & ſic de delicto in ge-
nere commiſſo. nam ſi quis confitetur ſe
hominem occidiſſe, & poſtea proieciſſe in
mare, nō debet puniri, niſi de corpore mor
tuo conſtet, ſaltem per famam ſecundum
Bald. in addi Spec. in titu. de ſenten. 18.
colum. in fin. & idem etiam firmat idem
Bal. in l. cum probatio. ff. de probatio. in
ſuis addi. & in authen. ſed nouo iure. C. de
fur. & faciunt dicta per Angel. in l. 1. C. de
confeſ. ubi ponit de illis Malandrinis, qui
confeſsi ſunt, ſe occidiſſe plures mercato
res peregrinos, & illos proieciſſe in mare
vel flumen, an ſtandum ſit tali confeſsioni.
& dicit, quod inſpiciendum eſt, an mare
vel flumen ſit prope, quia ſi eſt prope no-
cebit, ſecus aūt, ſi nō ſit prope. facit ēt pro

prædictis doctrina Ang. de Are. in ſi. male.
in uerbo, & veſtem cœleſtē abſtulit. in 6.
char. ver. quod ſi quis confitetur. ubi dicit:
quòd ſi quis confitetur ſe commiſiſſe plu-
ra furta diuerſis temporibus, huic confeſ-
ſioni ſtandum non eſt, quia talis confeſsio
eſt generalis, cum non conſtet de rebus
ſubtractis. & ideo iudex debet eſſe cau-
tus, ne damnet corpus & animā ſuā, q tā-
les confeſsiones non debet ſimpliciter ad-
mittere, ſed debet eas uerificare, inquātū
poteſt, mittendo nuntium qui veritatē,
& quas ſe res furatum eſſe confeſſus eſt in
quiſitus, inquirat, ita ut appareat, quæ di-
ſtraxerit, quæ pignorauerit, & quæ penes
ſe habeat, aliàs ſi hoc iudex non faceret, ſæ
pe innocentes condemnaret, ut firmat etiā
Gramma. in deciſio. 2. nume. 38. & Marſil.
conſi. 109. nu. 19. 2. lib. & conſ. 8. num. 2. &
conſil. 40. nu. 6. & conſil. 49. num. 11. & cōſ.
53. num. 3. & conſ. 76. nume. 4. & conſ. 130.
nu. 13. 2. lib. & conſ. 14. nume. 18. & conſil.
22. nume. 9. & Franci. Brun. in tracta. de
indic. & tormen. 6. q. 2. partis. numer. 8. &
nu. 29. ver. poſtremo quæro. & Par. a Put.
in li. ſyndic. in verbo confeſsio. & Gram-
mat. conſi. 37. num. 20. & conſ. 32. & conſil.
60. nu. 2. & in deciſio. 38. & Aymo. Graue.
conſilio. 134. nume. 38. uidi omnino Aymo.
Graue. conſ. 244. 2. lib. & conſ. 360. eodem
lib. uide Boer. in deciſio. 164. num. 9. prima
35 parte. Et an dicatur conſtare de furto, cō
miſſo, ſi apparet de fractura capſæ uel al-
terius loci, nō aliter conſtito. uide Mar. in
conſ. 8. in prima parte & Mar. conſ. 48. nu-
36 me. 49. & 50. † Requiritur quarto, quòd
confeſsio ipſa ſit poſsibilis, aliàs confiten-
ti non præiudicaret, ut puta, ſi reus cōfitea
tur ſe occidiſſe hominem uiuētem adhuc.
per tex. l. inde Neratius §. ſi quis hominē
uiuum ff. ad l. Aquil. & habetur in l. confeſ
ſionibus. & in l. ſi is. ff. de interrog. actio.
& hanc partem firmat do. Anto. in c. ſigni-
37 ficaſti. 2. col. de homi. † Et pro prædictis
facit, quod ſi aliquis cōfiteatur ſe ueneniſ
ſe aliquem, & mortuum eſſe, ex hac cōfeſ-
ſione non debet condemnari. quia eſt im-
poſsibile ut ſciatur, an mortuus ſit ex illo
veneno ut latè habetur per Marſi. in l. 1.
præterea. ff. de ſicar. nu. 37. & per Afflict. in
conſtit. mala noxia. 1. col. & dixi infra in cō
feſsione extorta per torturam nu. 102. 3.
q. †



38 q. † Item facit, quia ſi quis fatetur ſe ali-
cui fregiſſe capitis cranium, talis confeſ-
ſio non nocebit, quia impoſsibile eſt ſcitu,
an quis percutiēdo caput fregerit vel cra-
nium, quia an id ſit fractum, laborarūt me-
dici periti pro curando vulnus, bis aut ter
adhibita candela, ſecundum do. Ant. in c.
fi. 6. col. ver. quæritur. extra. de conſe. & ple
nè per Maſil. in l. 1. num. 62. ff. de quæſtio.
39 † Requiritur quintò, quód talis confeſsio
ſit perſeuerata: etiam, quód ſit ſponta-
nea & iudicialis. ſecundum Lud. Bol. in ad-
di. ad Guid. de Suzar. in tra. de indi. & tor.
nu. 46. vbi ex nonnullis iuribus & authori-
tatib. firmat hanc opinionē. & ante eum te
nuit iſtā opinionē Ang. de Aret. in li. male.
in uerbo, fama publica. pen. colum. & per
Cuma. conſ. 136. & per Marſ. in practica.
crim. §. poſtquam. in 5. colum. verſic. addo
vlterius. Sed contrariam opinionem tenet
Bal. in l. vnica. C. de confeſ. & in l. fin. C. de
proba. & in l. addictos. C. de epiſ. audien. &
Fran. Bru. in trac. de indic. & tor. 2. parte. in
q. num. 21. vbi dicit, quòd vera, communis
& quaſi omnium concluſio eſt, quòd con-
feſsio iudicialis ſpōtanea vnica ſufficit ad
condemnandum, licet inſuper dicat, quòd
cauti aſſeſſores ſemper in arduis negotijs
faciunt ſæpius repeti confeſsionem apud
acta. ſecundum Bal. in l. 2. C. de cuſto. reo.
licet ipſe ex mente eiuſdem Bal. dicat po-
ſtea, id eſſe uerum in confeſsione in tor-
mentis facta, & quod ita de generali con-
ſuetudine ſeruatur, diſtinguit tamen Bal.
ibidem, cuius diſtinctionem ſequitur idem
Fran. Bru. quód quandoque in confeſsione
perſeueratur expreſsè per expreſſam con-
feſsionem factam apud acta, & tunc non eſt
dubium, quin talis confeſſus ex ſola cōfeſ-
ſione facta poſsit damnari, ſecundum om-
nes, quandoque in confeſsione perſeuera-
tur tacite, quia non reuocatur talis con-
feſsio, & tunc aut emanauit ſponte, & ſuf
ficit ad condemnandum: aut metu tormen
torū, & nō ſufficit, ſed repetenda eſt, quan-
doque in confeſsione non perſeueratur ta
citè nec expreſsè, ſed reuocatur confeſsio,
& tunc, ſi quidem ſunt aliqua indicia faciē
tia pro reuocatione, admittitur reuocatio,
ſed poteſt cogi confiteri, ergo fortiùs pōt
cogi perſeuerare in confeſsione, ſi autem
nulla indicia apparent pro vel cōtra, vide

tur, quòd iſta reuocatio ſponte facta non
procedat, niſi error allegetur & probetur:
vel ſtaret per iudicem, nō per allegantem,
quò minus probaretur. & quòd vnica con-
feſsio etiam non ratificata, ſufficit ad con
demnandum, tenet Marſil. in practica. §.
quoniam. 3. col. & Imol. in conſi. 109. refert
hanc fore communem opinionem, q non
requirat perſeueratio, ſed ſtatim cōfeſſus
condemnandus ſit. vt per Thom. Gramma.
conſi. 40. & per Marſ. ſingul. 201. & per Gā
di. in rubrica de quæſtio. & per Par. in libr.
ſyndic. in verbo, tortura lo primo verſ. of-
ficialis. in fi. & verſi. an ex ſola confeſsione,
& in verbo, tortura. lo 2. ver. ſequitur quæ
ſtio. & in verbo, tortura, lo. 3. verſ. nunc vi-
dendum. & verſic. an ſtetur dicto torti. cir-
ca fin. & in verſic. ratificatio. in fin. & plenè
Carre. in l. obſeruare curabis. C. quorum
appel. non recipiantur. nume. 23. cum ſe-
quen. & do. Guido de Suzar. in tract. de in-
40 di. & tor nu. 43. † Requiritur ſexto, quód
contra talem confeſsionem non ſit aliàs
ſentētia lata, aliás etiam ſi eſſet confeſsio
ſpontanea, non noceret ſecundum Innoc.
in cap. mulieri. de iureiu. refert & ſequitur
Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. &
cler. & ſequitur Marſi. in practi. cri. §. poſt-
quàm. nume. 11. & magis plenè, licet doct.
præfati non allegent, per eundem Innoc.
in cap. cum venerauilis. de excep. & ibi per
Fely. an confeſſus & abſolutus poſsit alibi
conueniri virtute illius confeſsionis, vide
Boer. in deciſio. 289. numero. 8. in ſecunda
41 parte. † Sed hic aduertendum eſſe puto,
quia videtur obſtare tex. l. qui ſeruum. ff.
de interro. actio. & habetur per Bal. in l. 2.
C. qui. res iudi. nō no. ubi colligitur, quòd
ſi quis confeſſus ſe hominem occidiſſe, ſu-
ſpēſus fuerit, & poſt paucos dies verus ho-
micida captus planè falſus fuerit omnia,
certè damnādus erit & hic ad mortem, ob
dictam ſuam confeſsionem, ſi ergo uera eſ-
ſet ſimpliciter doctri. ſuprà relata, hic ſecū
dus confitens non deberet damnari, quia
detur, quód aliàs ſit ſententiatum contra
ipſius confeſsionem, nam apparet alium dā
natum ad mortem ob illud delictum com-
miſſum per vnum ſolum & ſic perinde ha-
beretur, ac ſi iſta 2. confeſsio reprobata eſ-
ſet per illam ſententiam, & ſententiatum
42 eſſe contra eam. † Præterea ſi loquimur
in

in vno eodemq́; met confitente poſt ſenten
tiam, adhuc videtur poſſe dici, quòd con-
feſsio ſua ipſi noceat, non obſtante ſenten
tia. nam habemus, quòd ſi quis ubi obti-
nuit ſentẽtiam in ſui fauorem confiteatur
neritatem, & retractetur dicta iam ſenten
tia. ſecundum Innoc. in c. quia pleriq;, col.
1. de immu. eccle. & Abb. & Ant. de But. in
cap. is qui fidem deſpon. & Abb. in c. quan-
tò de præſum. & in cap. 1. in fin. de conceſ.
prę̄b. & Iaſ. in repetitione. l. admonẽdi. col.
24. verſi. ego inter alios. & in l. ſi duo. §. idẽ
Iulianus in ſexto notab. ff. de iureiurando.
43 † Præterea confeſsio poſt ſententiam eſt
tanti vigoris & momenti, vt licet confeſ-
ſus poſsit appellare poſt latam ſentẽtiam,
ſi condemnatus ſit ob dictam ſuam confeſ-
ſionem, tamen id non habeat locum in con
fitente poſt ſententiam, quia appellare nõ
poteſt, vt per Bartol. & alios in l. obſeruare
curabis. C. quo. app. non reci. & traditur in
l. non tantum. ff. de appe. & in l. additos. C.
de epi. aud. & Bart. in l. conſtitutiones. ff. de
app. & Bal. in l. vt debitum. C. de hære. act.
& Philip. Fran. in cap. cum ſpeciali. §. por-
ro, verſ. ex prædictis not. 3. colum. & plenè
per Lud. Carre. in d. l. obſeruare. nu. 35. in
44 prin. † Quare intelligere oportet dictum
Innoc. & intelligi debet ſecundum text. in
quo eius dictum fundatur, videlicet ex c.
mulieri. de iureiuran. & vltra exemplũ ibi
traditum (vt intelligatur, quomodo pro-
cedat) pone caſum, q̃ ſtante ſtatuto, quòd
occidens bannitum habeat prę̄mium, eue-
nit, vt repertus fuerit quidam bannitus oc
ciſus, quem Titius aſſerit & confitetur oc
cidiſſe, ut cõſequatur premium ſtatuti, ve
rum quia non probauit, niſi per ſuam con-
feſsionem iuratam, fuit determinatum &
ſententiatum, non debere gaudere premio
ſtatuti, ex quo non probauit ſe occidiſſe
ipſum, modo quia reperitur illum banni-
tum occiſum non fuiſſe legitimè bannitũ,
& proinde non potuiſſe occidi, & ſic Titius
impetitur ob dictam ſuam confeſsionem,
& prætenditur per fiſcum coudemnari ad
pœnam ordinariam delicti virtute dictæ
ſuæ confeſsionis, certè non poteſt, quia
ſententiatum eſt contra dictam confeſsio-
nem, ratio eſt ſecundum Abb. in d. cap.
mulieri numero. 10. quia curia non appro-
bauit, nec recepit illam, & idcirco non
poteſt ſuper illa ſe fundare, & cogere con-
fitentem ad eius obſeruantiam. & hoc mo-
do intelligendo ceſſant omnia contraria,
quæ licet ſint vera in ſe, tamẽ doctrinę In-
45 nocentij non obſtaut. † Requiritur ſepti-
mò, quòd confeſsio ſit roborata cauſa, nam
aliàs, ſi eſt nudà, & non coadiuta alijs con-
iecturis & adminiculis, & non adeſt cauſa
legitima, ut ſuprà, non ſufficit ad condem-
nandum. vt conſuluit Pet. de Anc. in conſi.
24. incipien. viſa inquiſitione formata con-
tra Philippinum. quem ſequitur Marſil. in
practica crimi. §. poſtquam. nume. 21. adde
Marſi. in l. 1. §. præterea. nu. 104. ff. de quæ-
ſtion. & Afflict. in conſtitu. volumus. in 7.
not. & eundem Marſi. in ſingula. 219. inci-
46 pien. obligatio. † Requiritur octauó, quód
confeſsio ſit ſimplex, ut ex ea quis ad mor-
tem condemnari ualeat. nam licet Bart. in
l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de libe. lega.
uoluerit, quód confitens ſe occidiſſe homi-
nem, tamen ad ſui defenſionem, & ſic qua-
lificate, poteſt licite condemnari ex illa
ſua confeſsione, & poteſt iudex illam ac-
ceptare, quatenus confitetur ſe occidiſſe
hominem, & reſpuere, quatenus confitetur
ad defenſionem (cuius opinionem ſequi-
tur Bal in l. unica. C. de confeſ. 14. col. uer.
denuo quæro de quæſtione quotidiana. &
in l ſi quidem. C. de excep licet contrariũ
noluerit Salyc in d. l. unica. in uerſic. op-
ponitur. & opi. Bar. ſequitur Ang. de Aret.
in lib. maleſi. in uerbo, comparent dicti in-
quiſiti, & partem confitentur, & partem
negant. ubi dicit ſe uidiſſe ſeruari opinionẽ
Bart. de qua quę̄ſtione latius dicam infrá)
tamen ex tali confeſsione non ſimpliciter
facta, ſed qualificatè, nunquam poteſt con-
demnari ad mortem & pœnam ordinariã.
ſecundum Pauor. in c. auditis de præſcrip.
pen. colum. & ſequitur Iaſ. in l. ut uim. ff. de
iuſt. & iur. num. 13. in fin. & Bertran. conſil.
341. 1. lib & addo uidendum Abb. in ca. af-
ferre. extrà, de præſumptio. in 3. col & ha-
betur plenè per Thomam de Ferra. in cau-
te. 5. ubi plenè. & ſequitur Afflict in conſt.
terminum uitæ. in 7. q. & hæc intelligen-
da ſunt, non aliter probata defenſione: &
habetur per Marſil. in pract. cri. §. ſecunda
quæſtio. num. 14. & in §. poſtquam. nu. 22.
& 23. & Gram. in conſi. 69. nu. 12. & Capi.
47 in deciſ. 155. nume. 11. † Et ut plenius ui-
deamus



deamus, an confeſsio qualificata ſit in to-
tum acceptanda, an in partem; ſi, & qua-
tenus, concluſiuè dicas, quòd aut contra
qualitatem annexam adeſt præſumptio iu
ris, & tunc poteſt pro parte acceptari, vt
ſi reus confiteatur ſe occidiſſe hominem
ad ſui defenſionem, vel non animo occiden
di, vel dixiſſe iniurias non animo iniuran
di: nam iſtis caſibus ſtatur confeſsioni con
tra ſe, ut ff. de interroga. actio. l. de ætate,
quatenus vero dicit non animo occidẽdi,
vel ad ſui defenſionem occidiſſe huic qua-
litati non adhibetur fides, vt l. exemplo. C.
de proba. tamen licet non ſtetur, non pro-
pterea reijcitur, vt non debeat admitti ad
probandum, confitens vt eſt tex glo. & alij
in l. ſiquidem. C. de excep. & tenet Alexan.
conſ. 20. nu. 21. 4. lib. & plenè per Marſil. in
conſ. 135. nume. 5. & conſi. 136. nume. 28. &
conſi. 129. nume. 1. in 2. lib. nam etiam con-
feſsis reis non denegantur legitimè defen
ſiones. l. ſi filius. §. exceptionibus. ff. de in-
terro. actio & ibi Bald. ad quas probandas
reus debet admitti. l. 2 C. de leg. Cor. de
ſica. l. ſi non conuitij. C de iniu. & tunc non
fit diſtinctio, an ſit vnum capitulum, an
plura ſecundum Abb. in ca. bonæ. el 2. col.
pe. de poſtu. prę̄la. & Pet. Philip. Cor. conſi.
94. col. 2. in litera. i. in 3. vol. & tenet Ioan.
Mil. in practica criminali. fol. 70. nume. 18.
cum plurib. ſequenti aut contra illam qua
litatẽ nulla adeſt præſumptio iuris, & tũc
aut confeſsio continet vnum capitulum,
aut plura. & primo caſu debet tota accepta
ri; & non poteſt diuidi, ut ſi reus confitea-
tur ſe promiſiſſe ſub conditione, uel ſi di-
cat, uerum eſt, quòd recipi a te decem quę̄
mihi debebas ex cauſa mutui. ſecundum
Abb. in d c. bonæ. & Bar. in l. Aurel. §. idem
quæſijt. ff. de liber. leg. ſecundo veró caſu,
quando continet plura capitula, ut ſi dica
tur, uerum eſt, quòd mutuaſti mihi decem
ſed feciſti pactum de non petendo, & tunc
poteſt acceptari pro parte, & tenetur reus
probare pactum de non petendo, aliàs con
demnatur, ſecundum præſatos doctor. &
prædictis adde And de Iſer. in conſtitu. ter
minum vitæ in fi. & Ioan Mil. in p actica.
cri. fol 71. nume. 33. cum pluribus ſequen.
vbi aliter & latius diſtinguit. & vide An-
gel. de Aret. in lib. male. in verbo, compa-
rent dicti inquiſiti, & partem confitentur,
& partem negant. & ibi dicit quód ſi confi
tetur quis factum, ſed negatur qualitas, po
teſt condemnari, ſi non probetur qualitas.
per not. per Bart. in l. eum qui in prin. ff. de
iur. iuran. & in l ſi natus. ff. de accuſa. & An
gel. in l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ff de
adulter. vide Alexan. in conſ. 87. prim. vol.
num. 1. & quando dicuntur plura capitula,
vel unum, vide per Part. in d. §. idem quæ-
ſijt. ff. de libera. lega. & per Marſ. in §. poſt-
48 quam. num. 23. & 24. in pract. crim. † Sed
ecce, confitetur quis ſe occidiſſe hominem,
tamen ad ſui defenſionem, vel aliter, quæ-
ro an poſsit torqueri, vt explicitè depo-
nat. Bal. in l. vnica. 11. col. C. de confe. verſ.
ſi tamen iudex. videtur tenere, q̃ ſic. & idẽ
tenet Lanfran. in cap. quoniam contra de
proba. in verbo, confeſsiones verſi. quæro
iuxta præmiſſa. & Thom. Gram. in volum.
2. num. 12. & in voto 24. licet Thom. Ferr.
in caute 5. tenuerit contrariũ. & idem cum
Bal. videtur firmare Angel. Aret. in lib. ma
le. in verb. comparent dicti inquiſiti, &
49 partem confitentur & partem negant. † Re
quiritur nonó, quòd confeſsio ut expreſsè
accepta per quærulantem, vel iudicem in
quirentem. ita dixit Cy. & Saly. in l. vnica.
vt q. C. de confeſ. & Salyc. in l. iubemus. C.
de libe. cau. & in l. generaliter. C de non
num. pecu. & Alex. conſ. 20. incip. in cauſa
appellationis. 4. lib. & refert ac ita conſul-
uit Gramm. vol. 17. nu. 10. cum ſequentib.
aliàs ſecundum eum non noceret confiten
50 ti. † Requiritur decimò, quòd confeſsio
non ſit reuocata prætextu erroris, quia eo
caſu ẽt ſi confeſsio eſſet perſeuerata, & al-
legaretur ante ſñiam ipſam fuiſſe, & eſſe er
roneã, non debet procedi ad condemnatio-
nem, ſed debet audiri, & dari terminus ad
probandum de errore, ut habetur per Gan
di. in lib male. in titul. de quæſt. & tor. 5.
col. verſ. ſed quid ſi confeſſus. & per Salyc.
in l. 2 penul. colum. C de cuſto reo & idem
firmat Guido. de Suzar. in trac. de tormen.
11. colum. verſ. ſed quid de quæſtione. idem
firmat Bal. in l. fin. prima colum. C. de pro-
ba. & in l. in bonæ fidei. 2. colum. C. de reb.
cre. & Pe de Anch. in conſ. 23. incip. uiſa in-
quiſitione formata. & plenè per Marſ. in l.
1. ff. de quę̄ſtio. §. fi. num. 89. & idem firmat
Gramma. uoto ſeptimo, ubi refert ita tene
re And. de Iſer. in conſt. ſi damna clandeſti

T na.

an.4.colum. etiam in cõfeſsione iurata.&
ita etiam firmat Grãma.uoto. 19.nu.33.
cum ſequen.idem firmauit cõſ.69 & Mar-
ſi.in pract.§.quoniam. & quod non obſtan
te iuramẽto poſsit reuocari,cõcludit Bal.
in authen.iubemus.circa med. C. de iudi.
& in l.1.C.de confe.15.colum.verſi.ſed pō
ne minor.& Ludo.Roma.cõſ.391.incip.ut
præpoſita,circa medium. & cõſuluit Mar.
conſ.118.num.21.2.lib.& habetur per Car.
dina.conſ. 101.incip. in cauſa appellatio
nis, & an cõfeſsio filij poſsit per patrẽ uel
aliam cõiunctam perſonam reuocari,uide.
glo.in l.1.§ ſi abſens ff ſi ex no.cau & Bar.
in l.cum filius.in prin.ff.de verbo.obliga.
& plenè per Par.de Pu.in li.ſyndi. in uer-
bo,tortura verſi.ſequit̃ quæſtio quotidia
nà.5.colum.& ad probandum errorem cõ-
feſsionis admittuntur conſanguinei illius
confitentis. ſecundum Ang.in l.ſi is,cum
quo.ff.de confe.& ibi per Par.de Put.& ad
de,quod allegata erronea confeſsione per
tormenta extorta,tempore ratificationis,
non poteſt procedi ad torturam,ſed debet
dari terminus ad probandum de errore,
vt plene habetur per Gram.in uoto ſepti-
51 mo.† Prædicta ſunt uera,niſi ultra cõfeſ-
ſionem adeſſent inditia indubitata, quæ
cõiuncta cũ confeſsione indubitabiliter in
dicant veritatem ſecundum Bal. in l.ſi.ff.
de quæſtio.& Fran.Bru.in tract.de indi.&
tor.3.q.primæ partis.num 4. nam tunc nõ
52 prodeſt reuocatio. † Item prædicta ꝓce-
dunt in vera confeſsione, ſecus eſt in ficta
nam in ea non admittitur reuocatio præ-
textu erroris,ut latè proſequitur Hippol.
a Mar.in d.l.pri.§.ſi.ff.de quęſtio.num.93.
& latius dicam in ultima parte, ubi de cõ
53 feſsionibus fictis.† Et an in cauſa appella
tionis poſsit reuocari cõfeſsio erronea,di-
cas,quod ſit ſecundum Bal. in l.edita.37.
colum.C.de eden & Alexan. in l.admonen
54 di.ff.de iureiur. † Et an probando rem ali
ter ſe habere,confeſsio dicatur erronea,ꝑ
Phili.Cor.conſ.261.inci.de duobus. 4.lib.
55 † Et an confeſsio poſsit reuocari poſt ter
minum præfixum ad reuocandum.Angel.
Are.inſtit.de actio.§.ſi minus. dicit,quod
non,per Ro.per Bar.in l.1.ff.de confe.& in
l.error de iur.& fa.igno. & Barto. Cœpol.
caute.149.& eſt gl.ſingu.in ca.ex literis.in
uer.admonita.de diuor.quam allegat Bal.
in l.cum precum.C.de libe.cau. & per dñ.
Iaſ.in d.l.error.12.col.verſi. ſecũdo princ.
56 quæro. † Et an confeſsio facta poſt ſentẽ-
tiam poſsit reuocari?Bar. in l.nõ fatetur.
2.col ff.de confe. & in l.error. in princ. &
ibi Bal.in 2.oppo.& in prim. colum. uerſi.
modo venio ad ſecundam regulã. & in 3.
q C.de iur.& fa.igno.ubi. Bart.dicit, quòd
non,ſi eſt ſpõtanea. uel ad interrogationẽ
partis,ſecus, ſi ad poſitionẽ partis quia re-
ſtituitur in integrum,licet ibi Bal.aliàs di
cat, quod etiam tenet Alex. poſt Bar.in l.
1.in prin.de eo,per quem fa. erit & ibi Ful.
go.& Pau.de Caſt.& Panor. in cap.ex par-
te,9.col.extra.de cõfeſsis. uerſ.nunc venia
57 mus.† Requiritur undecimo,quod confeſ
ſio nõ fiat ex cauſa pietatis,ut, ſi pater ui
dens filium,morti tradi vel torqueri,confi,
teatur.nã ſicut confeſsio facta metu tor-
mentorum,non nocet, niſi perſeueretur
in ea,ita confeſsio facta ex cauſa pietatis,
non prodeſt ad condẽnandũ, niſi perſeuere
tur,ſecundum Abb.in c.afferte. pri. col.de
præſumptio.& refert & ſequitur do.Alex.
in apoſtill.ad Bar.in l.pri.§.diuus Seuerus
ff.de quæſtioni.ubi Marſ.in final. uerbis &
per eundem in practica criminali. §.quo-
niam.num.39. & per Boer. in deciſio.166.
58 num.8.prima parte.† Requiritur duodeci
mo,quód non liquet de innocentia confitẽ-
tis,cum aliás etiamſi confeſsio eſſet perſe
uerata,non noceret.ſecundum Thomã Grã
59 ma.in uoto ſeptimo.† Requiritur decimo
tertio, quòd confeſsio ſit clara & non du-
bia,quia ſi eſt dubia, interpretat̃ in fauo-
rem rei.ſecundum do Anto.in cap. ex lite
ris el.1. in ſi. de ſponſa. quem refert & ſeq
tur Deciſ. conſ.118.incip. uiſo. in ultima
col.& ſequitur Mar. in practica criminali.
60 poſtquam nume.25. † Sunt etiam alia re
quiſita concernentia loci qualitatem,quæ
debent concurrere, ut ualida ſit confeſsio.
Ac primo quidem, quòd fiat confeſsio co-
ram iudice in loco ſolito iudiciorũ,& non
alibi,ſecũdum Bal.in l.unica. C.de confeſ
ſis.in 19 colum.in princip.uer. quero, nũ-
quid confeſsio. ſed Angel. in d. l. princip.
dicit,quòd ſi fiat confeſsio coram iudicę,
& locus ſit honeſtus, & iudex non habebat
determinatũ tribunal, quòd cõfeſsio facta
tenet, ſi uerò iudex habebat determinatũ
tribunal,erit idem, ſi confeſsio emanatur
per.



per modum uoluntariæ iuriſdictionis. ut
quia ſine interrogatione pars confitetur,
uel cum interrogatione,ſed iudice non prę
cipiente,quod reſponderet;ſi uero emana-
tur per modum cõtentioſæ iuriſdictionis,
in duobus caſibus eſt idem:primo, quando
non requirit plenam cauſæ cognitionem,
ſecundo,quãdo emanatur ad ordinationẽ
iudicij. in alijs vero caſibus ſecundum eũ
ſemper requiritur, iudicem ſedere in loco
maiorum.ad hoc, ut dicatur actus in iudi
cio factus ualidus: & ita etiã tenet Salice.
ibi num.7.bene tamen confeſsio facta in lo
co non ſolito ſufficit ad imponendam pœ-
na extraordinariam, ut conſuluit Mar. in
cõſ.2.num.28.& 29.primo lib.& Marc.An
to.Blan.in repetitione l.ſi.ff. de quæſt.nu.
61 212. cum ſequent. † Requiritur ſecundó,
quód confeſsio fiat in loco iuriſdictionis
non extra per not.in l.ſi.ff. de iuriſdi.om-
niũ. Iud quod eſt verum,niſi fuerit habita
licentia a iudice illius loci ibi procedẽdi
contra ſubditum,quia tunc ualet cõfeſsio
per not.per Afflict.in conſti de quæſtioni-
62 bus.quas primo not. per illum tex. † Re-
quiritur tertio ꝙ cõfeſsio ipſa non fiat in
loco torturæ,in carceribus, & in uinculis,
ſed ſolutis vinculis, & catenis:opus ut ex-
tra locum & aſpectum torturę fiat,ut dica
tur cõfeſsio iudicialis ſpontanea,aliás nã-
que diceret̃ metu torturæ facta, & requi-
reret perſeuerantiam ac ratificationem,ſi-
cut quę facta eſt in tormẽtis, & ꝙ diceret̃
facta metu tormentorum, ſi fieret ꝓpe tor
menta.tenet Bart.in l.1.§. itẽ diuus Seue-
rus.ff. de quæſt. ſed Ang. l. item apud La-
beonem.§.quæſtion.ff de iniur.dicit,quòd
ſola ductio rei ad torturã, & ad funẽ, eſt
leuis territio,ſed ductio & ligatio faciunt
uideri confeſsionem extortam metu tor-
mentorũ.& ſic uidetur tenere contra Bar.
Gãdi.in tract.male.in rubri. de quæſtio.&
tortu.dicit,quòd ſufficit, quód ſi quis du-
ctus ſit ad chordã,etiãſi nõ fuerint ligatæ
manus poſt tergum, ut cõfeſsio uideatur
facta metu tormẽtorũ, & ſic contra dictũ
Ange.& dictum Gandi. ſequitur Augu.de
Ari.in addi.Aret.in uerbo,fama publica.in
antepe.col.& idem ut uidetur,ſequit̃ Bar.
in l.nouiſsime. ff. quod fal. tu.auto.& cum
hac opin.tranſit Fran.Bru.in l.lib.de indi.
& tor.in 2.parte.ſecun.q.in princip.ſeqtur
Marſi.in practica crimi.§. expedita.num.
10.& Guido de Suzar.in tract. de indi.&
tor. numero 72.& ibidem. Ludo. Bolo.in
addi.dicit, quòd confeſsio in tormentis
æquiparatur confeſsioni, quæ ſit ad pedẽ
ipſius torturæ: uerum dicit, ſi fuerint li
gatæ manus. Pau. Grilla. in tra. quæſtio.
& tor. in quæſtio. 4. dicit, quòd confeſsio
facta in iſtis præparatorijs tormẽtorum.
dicitur extorta metu tormentorum, &
indiget ratificatione: ſequitur Thoma.
Gramma.conſilio 15. numero 7. cum plu-
ri ſequent.ego tamen pro nunc limitarem
prædicta, ut procedant in homine debili
infirmo.& formidoloſo. aliàs ſi fuerit ro-
buſtus & non meticuloſus,etiam non data
perſeuerantia, poſſet talis confitẽs in loco
torturæ damnari; nulla alia ratificatione
quæſita.pro hoc eſt, quod dicũt doct.quòd
ſi quis uerè ſit tortus ſed modice, & ſit hõ
robuſtus,confeſſus,poteſt ex illa confeſsio-
ne damnari, nulla data perſeuerantia, ut
dicit Bal.in l. 1. C.de confeſ. & ſequit̃ Par.
in uerbò,tortura.uer. an ex ſola confeſsio
ne. & ſequitur Grammat. uoto.6. num.8.
cum alijs ſequent. quanto magis ſi ſolum
modo timor ſit illatus per ductionem ſolã
ad locum torturæ.& in hoc uide Guido.de
Suzar.in tract.de indi.& tor. nu.72.& ibi
Ludoui.Bolo.in addi.& inquantum ſup.di
xi quòd confeſsio debet fieri ſolutis vincu
lis & catenis, & extra carceres. Bal.in l.1.
C de cuſto reo dicit, quód ligatus mani-
cis ferreis, dicitur torqueri, ſed confeſsio
facta in carceribus, in quibus non derogat̃
cibus & potus,non dicitur facta metu tor-
mentorum ſecundum eundem Bal. in leg.
1.C.de cõfeſ.in 6.col.& habetur plene per
Marſ.in practica cri. §.attingam.a numer.
20.uſque ad 30.& contrarium tenuit idem
Marſ.in §.expedita.nu.10. cũ ſeq. & tenet
do.Guido.de Suzar.in præale. loco nume.
72.nam dicit, quòd ſufficit probare ſolam
detentionem, ut præſumatur facta metu
tormentorum. & idem tenet Bald. in le.
falſus. C. de fur. & idem ſequitur & fir-
mat Cyn.in l. quod met cau. & uidetur
firmare Par.a Put.in verbo. tortura.uerſ.
quia ſæpe. quidquid ſit pro nunc ad con-
cordandum prędictas opiniones dicerem
ex mente Bal. in d.l.1. C. de cuſto. reo.&
l.1.C.de confeſ. in 6. colu quòd aut ſit in
T 2 loco

loco carceris confeſsio per confitentē exi-
ſtentem in dicto loco carceris cum ferris
aut compedibus, aut alijs ligaminibus, &
tunc dicitur extorta metu tormentorum:
aut liber exiſtit in loco carceris, ſolutus
vinculis & cathenis, & tūc non poteſt dici
facta confeſsio metu tormētorum. aliás ſe
queretur inconueniens, quód omnes con-
feſsiones reorum dicerentur metu tormē
torum extortæ; & non data perſeuerantia
non nocerent; cuius contrarium quotidie
uidemus. & hoc eſt verum, ſi non denega-
tur ei cibus & potus, de omnibus uideatis
d. Io. Mille in pra. cri. fo. 106. num. 3. cum
ſeq. adde quod Bal. in l. unica. C. de con-
feſ. 7. col. dicit quód contraria procedunt
ubi quis confitetur in utilitatem carceran
tis, idq; non in figura iudicij, aliās ſecus;
ad euitandum tamen euitanda, facias ſem
per confiteri reum extra carceres in loco
publico, & extra locum & aſpectum tortu
ræ. Et ex hoc inoleuit practica, qua quan-
63 do duceretur reus ad ratificādum confeſ
ſa in tormentis, ſolet ſcribi, talis reus du-
ctus ad ratificandum, ac conſtitutus corā
tali iudice ſedente pro tribunali ad hunc
actum ſolutus uīnculis & catenis extra lo
cum & aſpectū torturę, lecta prius eidem
ſua depoſitione, eam ratificauit atque ue-
ram faſſus eſt de uerbo ad uerbum, ut eſt
text. & ibi Afflict. in conſtit. humanitate.
& docet Iacob. de Bel. uiſ. in pract. cri. in
tit. de quæſtio. col. 15. & Marſ. in practica
§. quoniam. & Fran. Brun. in tract. de indi.
& tor. 2. parte. 6. col. nume. 4. & Guido de
Suzar. in tract. de indi. & tortu. nume. 78.
64 & ibi Ludoui. Bolo. † Viſo de requiſi-
tis concernentibus perſoā iudicij, con-
fitentis, loci, temporis qualitatem, & for-
mam, & qualitatem ipſius confeſsionis;
ſequitur ut uideamus de requiſitis, quę de
bent ſeruari per ipſum iudicem, habita
ipſa confeſsione, ſeruatis omnibus prædi-
ctis. & primo requiritur, quod iudex ip
ſe, habita confeſsione, ſtatuat ipſi confi-
tenti terminum ad ſe defendendum, ſi pe-
tatur, ſecundum Bald. in le. 2. C. ut intra
certo temp. cri. quęſt. termi. & idem tenet
Are. in libr. male. in verbo, qui iudex ſta-
tuit ter. ad eorum defen. & ibi uide apoſtil
lam Augu. & Afflict. in conſti. ſuper inci-
ſionibus. 4. notat. q. verſicu. aduerte. ed. in
telligo bene, quòd practica omnium crimi
naliſtarū eſt, quod detur terminus prędi
ctus. ſiue petatur, ſiue non, ut dicit idem
Ang. ubi ſup in prin. & tunc, ſi delinquens
non probat aliquid aduerſus ſuam confeſ-
ſionem in termino ſibi dato, uidetur perſe
uerare in confeſ. delicti ſecundum Afflict.
in conſti. omnes noſtri. in 6. not. uide Sa-
li. in l. ſi quis, nume. 7. C. de cuſto. reo. &
quod debet dari etiam non petenti, firmat
Par. a Pu. in lib. ſyndi. in verbo. condemna-
tio, & firmat Marſ. in practica. §. nunc ui-
dendum. per totum, quādo reus inquiſitus
eſt ignarus literarū. & quód neſciat ſe de
fendere, aliás ſecus, ſed q debet dari ſim-
pliciter etiam non petenti, eſt tex. in l. 3
§. ſi ad diem. ff. de re mil. quem ad hunc ef
fectum no. Bal. in l. unica. C. de confe. 10.
colum. verſic. denuo quæro. de quæſt. quo
tidiana. ubi dicit, q iuris & moris eſt da-
ri talem terminum ſponte confeſſo: ſed idē
Bal. tenet contrarium, quòd non detur, ni
ſi petēti. in l. nouerint. C. ut intra cer. ter.
& Alexan. in addi ad Bar. in l. unius. §. co-
gniturum. ff. de quæſtio. tenet, quod detur
etiam non petenti, & ibi Bar. uidetur ſen-
tire contrarium. Afflict. in conſtitu. ſi dam
na clandeſtina. in 9. nota. uidetur uelle
quod ſemper detur, etiam ſi non petatur.
& uidetur tenere Ang. in l. pactum inter
hęredem. ff. de pact. & Marſ. in practica.
§. examinanda in fine & idem uidetur vel
le. Bal. in l. raptores. C. de epi. & cler. &
Gandi. in titu. quid ſit agendum reo præ-
ſen. & non contu. uerſicu. ſed pone, quòd
65 accuſatus. | Iſtis omnibus requiſitis cōcur
rentibus ſciendum eſt, quód confeſsio ipſa
nonnulla ſpecialia habet, & maximos effe-
ctus parit. primo vero, quód confeſſus ſpō-
te, etiam data nullitate proceſſus, & ex in
ualido proceſſu, pōt damnari, ut tenet
Pet. de Anch. in cle. 1. de homi. & eſt text.
& ibi. no. in c. 1. de accuſa. libr. 6. & refert
ac ſequitur Ang. Are. in libr. male. in uer-
bo, fa publica. in 6. colum. uerſi. aduertas.
& idem tenet Ange. in l. ſi uacantia. libro
10. C. de bon. uacan. & conſuluit Cœpo.
conſilio 66. incip. teneo, & Petr. de Ancha.
conſilio. 23. & Ro. conſil. 149. uer. 107. & ha
betur per Ang in l. denuntiaſſe. ff. de adul.
nume. 5. & in le. ſi quis. C. de cuſto. reo. nu.
2. & ibi per Salice. in fi. & ita tenet Inno.
in



in ca. qualiter & quando, el. 2. de appel. &
Salice. in l. 2. colum. ultima. C. de cuſto.
reo. & Bald. in l. unica. 9. colum. uerſi. quæ-
ro. C. de confeſ. & Mattheſi. in nota. incip.
nota pulchram regulam. Angel de Aret. in
lib. male. in uerbo, comparent dicti inqui-
ſiti & confitentur totum, Angel. in l.
1. ff. de confe. finali colum. & Mar. in l. 1. §.
diuus Antonius. nume. 16. ff. de quæſtio.
per Felin. plene in cap. & clerici de indi.
& in cap qualiter & quando de accuſat. el
ſecundo & Cap. in deciſio. 179. & Gram-
ma. conſ. 4. nu. 27. & Marſi. conſ. 46. nume.
17. pri. lib & conſ. 48 nume. 3. co. libro. &
Bertran. conſil. 211. pri. lib. Feli. tamen in
d. cap. qualiter & quando, & in d. ca at ſi
clerici. dicit limitandam hanc communē
opinionem pluribus modis. primo, ut pce
dat in confeſsione ſimplici, non implicata,
& conditionali. 2. fallit, ſi reus impetitus,
nec aliter uocatus in ius ultro ſe offerat
& confiteatur. tertio limitatur, niſi præſcri
ptum eſſet iuri inquirēdi ex præſcriptiōe
ſtatutaria 4. limitetur, ut procedat, quan-
do confeſsio eſt facta expreſſè, ſecus, ſi ta-
citè. 5. limitatur, niſi confeſsio fieret in iu
dicio nullo non principaliter, ſed inciden-
ter per quandam conſequentiam. ſexto li-
mita, niſi confeſsio fieret in iudicio nullo
ratione incompetentiæ iudicis. 7. limita,
niſi iudicium eſſet nullum ratione præpo
ſterationis ordinis, 8. limita, niſi confeſsio
fieret in iudicio nullo pp̄ter partiū inha-
bilitatem, 9 limita, niſi cōfeſsio eſſet facta
per torturam non præcedentibus indicijs.
alias limitationes uideas per te, ſed Mar.
uidetur tenere contra octauam limitatio
nē in d. §. diuus Antoninus. & etiam uidet̄
tenere contra nonam limitationē, uide
per eum nos autem dicamus intelligi pię
dictam concluſionem concurrentibus om
66 nibus prædictis requiſitis. † Secundo ope
ratur alium mirabilem effectū. ut ſi quis
confeſſus ſponte, & condemnatus ex dicta
confeſsione appellauerit, iudex à quo nō
tenetur deferre appellationem, ſed ſuam
ſn̄iam mandare executioni poteſt, appel-
latione non obſtante, ut eſt tex. & ibi not.
Ioan. And. in c. Romana. §. ſi autem poſt
ſententiam. lib. 6 & ſequitur Bal. in l. uni-
ca. C. de confe. 6 columna. uerſi. ſequitur
uidere quando confeſsio, & in l. 1. colum.
11. C. ne ex. delict. defuncto, & Archid. in
d. §. ſi autem, & Angelus in lege 2. C.
quo. appel. non recipia. in princi. & plene
per Capel. Toloſa. deciſio. 177. & per eun-
dem Bald. in d. l. 2. C. quo appel. non reci-
pia. 2. col. verſi. quæro, utrum in pecunia-
rijs cauſis. prædicta tamen procedunt, & ſa
ne intelligi debent, ubi confeſſus appellat,
& nullam cauſam obfuſcantem ſuam con
feſsionē, & per conſequens condemnatio-
nem, allegat: aliàs ſi allegat erroneā ſuam
confeſsionem, uel aliter contra eam dicit,
admittitur appellatio. item procedūt, niſi
facta appellatione ſit inhibitū per ſuperio
rem, quia ſtante inhibitione, nō poteſt pro
cedi ad exequutionem. item procedūt, ubi
iudex a quo, non detulerit appellationi, &
eam admiſerit: alias ſi admiſerit ſtatim iu
riſdictio eſt deuoluta ad ſuperiorem. item
procedunt, ubi, non ſteterit per 30. dies ad
dandum apoſtolos inſtāter petitos: nam ex
tunc caret omni iuriſdictiōe, ut dicit Bal.
in d. l. pri. C. de conceſ. iudex verò ad quē,
tenetur appellationem admittere, & inte-
rim examinare, an ſubſit iuſta cauſa ap-
pellandi, & impedire exequutionem. ſed iu
dex á quo, ut ſuprà dictum eſt, non tenet̄
admittere, ſi in appellatione non fuit alle
gata cauſa, ut habetur plenè per ſup. alle-
67 gatos docto. † Tertio operatur alium effe
ctum, cum non obſtante, quod perempta
ſit inſtantia, nihilominus poteſt confeſſus
condemnari, ſicut plene dixi ſupr. in requi
ſitis concernentibus qualitatem tempo-
68 ris. † Quarto operatur, nam licet con-
feſsio extorta per torturam indicijs non
præcedentibus nō ualeat, ut dicam in ter
tia parte, tamen confeſsio ſpontanea, etiā
non præcedentibus indicijs, ualet & tenet
ut eſt tex. & ibi not. in cap. 1 de accu. libro
6 & nota. Petr. de Ancha. in cle. prima.
de homi. & firmat Angel. de Are. in libro
maleſi. in uerbo, fama publica in 5. colum.
69 uerſic. aduertas tamen. † Quinto operat̄.
nam ſi in una cauſa cōſtat per cōfeſsionē
alicuius producti in teſtem de crimine &
eius inhabilitate, remouetur á promotio-
ne, ut dicit Abbas in c. eſt dilectus 4. char.
verſicu. ex prædictis infertur ad aliam quę
ſtionem de ordi. cogni. & refert & ſequi-
tur Afflict. in deciſio. 362. incip. fuit lata
70 in 3. colum. mihi. † Sexto operatur, nam
T 3 confeſ-

confeſſus cum iuramento delictum, dicit
manifeſtus delinquens: ut probatur in c. cũ
olim. ad fi. ibi manifeſtam, quæ vel per cõ
feſsionem. extra de verbo. ſigni. & in capi.
fina. ibi. ſuper confeſsionem factam. extra.
de cohabi. cler. & mulier. & eſt tex. in c. ſu-
per quibuſdam. in princ. de verbo. ſignifi. &
not. gloſ. in capi. 1. in uerbo, manifeſtos. de
uſur. lib. 6. & Spec. in titu. de noto. crim. §.
iam de notorio. uerſicu. notorium iuris &
no per Federi. de Sen. conſil. 8. & conſil. 5.
& no. per doct. in capi. ad noſtram. extra de
iureiur. & in c. cum diœceſi. extra de uſur.
& per glo. & doct. 2. q. 1. de manifeſt. & per
Bar. in l. 3. ff. de vſur. & per do. Laurent. de
Rodul. in tracta. de uſur. q. 87. & per Cœ-
71 pol. in conſil. 58. nume. 10. † Item ſeptimò
operatur, nam licet tertius poſsit appella
re pro condemnato capitaliter, etiam ipſo
inuito, ut habetur in l. non tantum. ff. de ap
pel. tamen iſtud fallit, quando talis reus,
condemnatus, ſponte cõfeſſus ſit crimen, &
in confeſsione perſeuerauit, quia tũc nõ po
terit appellare ſecundum Baldum poſt gl.
in l. ictus fuſtium. in fin. ff. de his qui nota.
infa. & in l. 1. §. cùm vrbem. ultima colum.
de offi. præfect. vrb. & Angel. in l. ſecunda.
C. quo appel. non re. & Feli. in capitu. cùm
ſuper. in princip. de re. iudi. & habetur per
Mar. in l. 1. §. diuus Antoninus. 4. columna
72 ff. de quæſtio. † Octauò operatur, nã licet
reus criminis regulariter non poſsit renũ-
tiare ſuis defenſionibus uel termino defen
ſionis: ut habetur per glo. & doct. in le. pa-
ctum inter hæredem. ff. de pact. & habetur
per Iaſonem in l. iubemus. 2. colum. C. de
iudi. & Par. de Pu. in libro ſyndi. char. 30.
in 4. colum. in cap. incip. an poteſtas, quæ
miſit. tamen hoc non procedit in ſponte
confeſſo. quia poteſt renuntiare defenſioni
bus: & talis renuntiatio valet, & tenet, ſe-
cundum Bal. in l. accuſationis. prima col.
C. de accuſat. & l. 1. 2 3. colum. uerſic. ſuper
quinto. C. qui accuſa. non poſſ. & habetur
per Marſi. in l. vnius. §. cogniturum. 12. co-
lum. uerſic. fallit tamen iſta concluſio. ff. de
73 quæſti † Nonò operatur, nam licet reus
ſit fideiuſsionibus relaxandus, q̃ ãdo ueni
ret imponẽda pœna pecuniaria, tamẽ hoc
nõ procedit, ſi ſponte confeſſus eſt delictũ,
quia tunc non relaxatur ſub fideiuſſoribus
ſecundum Bald. in l. nullus. C. de exhiben.

re. & ſequitur Ang. de Ari. in addi. ad tra.
Ange. de Bre. in uerbo, pro quibus Anton.
fideiuſsit. in pri. addit. & idem dixit idem
Ange. in libro. male. in verbo, fama publi-
ca in 9. char. ver. decimò quæro, & habe-
tur per Marſi. in d. § cogniturum. 13. colu.
74 † Decimò operatur, nam licet confeſſus
coram iudice incompetenti vigore illius
confeſsionis, non poſsit condemnari, tamẽ
eſt tantæ potentiæ, q̃ eius vigore põt co-
gi ad perſiſtendum in dictà confeſsione co
ram iudice competenti ſecundum Angel.
in l. 1 in fi. C. de confe. ubi agitur ad eun-
dem effectum, ut intelligit Capiti. deciſi.
179. nume. 5. cum ſequen. & habetur per
Afflict. in conſtit. ſi damna clandeſtina. no-
no not in quarta quæſtione. & Ange. Aret.
in libro male. in verbo, comparent dicti in
quiſiti & confitentur totum. uerſi. & te ne
75 menti. † Vndecimò operatur alium effe-
ctum. nam per confeſsionem ſpontaneam,
factam in iudicio, inducitur notorium, vt
dicit Andr. & ſeqtitur Afflict. in conſtit. ſi
damna clandeſtina. in nono no & probatur
in ca. veſtimenta, de coha. cler. & mulier.
76 † Duodecimò operatur, quia habet uim
rei iudicatæ ſecundum Philip. Corn. con-
77 ſil. 250. incipien. viſa. in 3. lib. † Decimoter
tiò operatur, quia eſt pleniſsima probatio
ſecundum Philip. Cor. conſi. 261. incip. de
78 duobus. 4. lib. † Decimoquartò operatur
mirabilem effectum in fauorem inquiſiti.
nam ſi quis confitetur, ſe non fuiſſe vulne-
ratum a Titio, non poterit Titius torque
ri ex indicijs exiſtentibus contra eũ: quia
habet iudicium innocentiæ pro ſe, ſecun-
dum Alex. de Imo. conſi. primo 3. lib. alle-
gat Bal. in l. 1. vltima colum. uerſi. pone te
ſtator. C. communia de leg. allegat l. Pau-
lus. §. 1. ff. de bon. quæ libe. & firmat Afflic.
in conſtitutione. terminum vitæ. 8. q. verſi.
79 quibus adde. † Decimoquintò operatur,
nam facit tranſire actionem cõtra hæredes
conuenti, & ideo ſiquis confeſſus furtum
mox moriatur, eius hæredes poterunt con
ueniri ad rei reſtitutionem, ut dicit not.
Specu. in titu. de interrog. §. 2. verſi. quid ſi
is, qui confeſſus eſt nume. 5. & in tit. de ac-
cuſa. §. primo. uerſi. quid ſi latro. & ibi ple-
nè Ioan. And. in addi. & habetur plenè per
Baldum in l. prima. C. ex delict. defun. co-
lumna ſecunda. in fi. verſicu. ſed hic dubita
tur.



tur. ubi idem dicit, quando pro crimine cõ
feſſato ueniret imponenda pœna publica-
tionis bonorum, uide Angelum de Are. in
lib. maleſi. in verbo, & ueſtem cœl. abſtu.
80 uerſiculo, quid ſi fur. confiteatur. † Deci-
mo ſexto operatur, nam ſi adultera confite
tur, ſe ante coitum contraxiſſe matrimo-
nium cum adultero, dicta cõfeſsio liberat
eos a pœna, & legitimat prolem. ut eſt gl.
ſing. in l. penul. C. de fideiuſ. & ſequitur
Bal. in l. eam quam, ſeptima colum. verſic.
attende tamen. C. de fideicommiſ. & in di-
cta l. penul. & ibi Docto. tamen idem Bal.
in l. quinque. 6. col. uer. ulterius uides. C.
de furt. dicit, q̃ mulier hoc confitẽs eſt tor
quenda, & torqueri debet. & idem Bal. in l.
1. C. de col. deteg. dicit prædicta uera, ubi
qualitas perſonarum hoc ſuadet, & indicia
concurrunt, alias ſecus, & uide ibi And.
Barb. in addi. & primum dictum ſequitur
idem Bal. in l. unica. 8. col. verſi. quæro, fuit
quæſtio. C. de conſe. adde Bart. Cęp. caute.
83. & 88. adde Angel. Aret. in uerbo, che
me hai adulterata la mia dõna uer. pone,
quòd quidam iuuenis. & Afflict. in conſtitu
tione ſi quis rapere in 5 quæſti.
1 † Septimodecimo operatur ſingularem
effectum nam ſi quis confitetur crimen. de
quo aliàs ſecundum formam iuris, vel ſta-
tutorum, non poteſt per inquiſitionem ꝓ
cedi, niſi ad quærelam partis: nihilominus
ſtante confeſsione poteſt procedi, cum de
lictum fuit effectum notorium, & ſic non
eſt neceſſarius accuſator, ut in capi. euidẽ
tia. extra de accuſatione. & ibi not. & in l.
ea quidem. C. de accuſat. & firmat Angel.
Are. in lib. male. in verbo, comparent dicti
inquiſiti, & confitentur totum uer. quęro,
an confeſſus. & fuit ita determinatum in
ſacro regio conſ. ut refert & teſtatur Af-
flict. deciſio. 176. incip. quædam mulier ui-
dua & uide Panor. in ca. 2. de confeſ. colum.
5 contrarium tenet Ang. in l. ſi filius ff. de
inte. acti. per illum textum.
82 † Decimooctauo operatur alium mirabi
lem effectum, nam confeſſus ſponte mitius
debet puniri, ut eſt glo. in capitul. ad hoc
uerſi. confeſsio, de ſimo. & 5. quęſt. 1. in ſum
ma. & 2. q. 1. in præmiſsis. uerſi. ſua ſponte.
facit. l. 1. C. de tuto. uel cura. & Ioan. And.
in cap. qualiter & quando el 2. de accuſa.
Bart. Cæp. in l. ſponſio. de uerbo. ſignifi. &

tenet Panor. in cap. per inquiſitionem. in
fin. extra de elec. uide Angel. in l. non ſolũ
nume. 8. ff. de procu. & firmat etiã Alber.
de Ro. in l. 1. §. quæſtionem ff. dę quæſtio.
83 nume. 3. † Decimonono operatur. quia
cõnfeſsio tollit præſumptionem iuris, &
de iure, ut nota. in auth. ſed iam neceſſę. C.
de do. ante. nup. quod eſt verum, niſi in cau
ſa matrimonij, in qua ſi mulier confitetur
contra copulam, nihilominus pręſumitur
matrimonium copulatum. cap. ſuper eo. de
eo qui cogno. conſan. uxor. ſuæ, & Barth.
84 Cæp. in caute. 12. † Vigeſimo operatur,
quia facit rem liquidam, & habetur pro ue
ritate. ſecundum bo. Pet. Philip. Cor. con-
ſil 10. incip. principale. in litera h. 2. parte.
85 † Vigeſimoprimo operatur, quia ſi fuerit
facta coram iudice incompetenti, nocet
hæredi ſi confeſſus moriatur, antequam
remittatur ad iudicem ſuum cõpetẽtem.
ſecundũ Ang. in l. 2. ff. de ui. bo. ra. & Flor.
in l. iudex. §. ſi dolo. ff. ad l. Aquil. Innoc. in
cap. fi. in glo. ſua, in verbo, aſſeruit. de ſuc-
86 ceſſ. ab inteſt. † Vigeſimoſecũdo operat̃,
quia confeſsio in iudicio facta, non præſu
mitur erronea, ſed uera ſecundum Dyn. in
regula, quod ſemel, de reg. iur. in 6. & Bal-
dus in addi. Spec. in tit. de poſitio. ver. con-
feſsio facta. Vigeſimotertio operat̃, quia
quando formatur inquiſitio contra ſponte
confeſſum, non requiritur, quód pręce-
dat infamia. ſecundum Aug. in l. ſi uacãtia.
C. de bo. uac. lib. 10. col. 16. allegat no. in c.
p. de accu. in 6. & refert & ſequitur Mar. in
pra. cri. § conſtante. nu. 20. Vigeſimoquar-
to operatur, quia licet corrumpens iudicẽ
puniatur, & perdat cauſam, hoc tamen non
procedit, ubi ſponte confitetur, quia ei par
citur. authen. nouo iure. C. de pœna iu. qui
ma. & eſt gl. in l. 1 §. 2. ff. de calum. Vigeſi-
moquinto operatur, quia licet conſpirans,
vt fractis carceribus euadat, puniatur, ta-
mẽ ſi confitetur, & reuelat curiæ tractatũ,
nõ punit̃. l. in co. ff. de cuſ. reo. Vigeſimoſex
tó operatur. nam licet non poſsit imponi
pœna ordinaria clerico pro delicto, quãdo
proceditur per uiam inquiſitionis, ut in
cap. inquiſitionis de accu. fallit tamen, ſi de
crimine conſtaret per confeſsionem ſecun
dum Inno. in cap. qualiter. el. 2. de accuſa.
plene per Io. Fer. Hiſpa. in pra. cri. in ver-
bo, confeſsionibus proprijs. † Viſis iã tãdẽ

requiſitis & effectibus iudicialis ſpontanæ
confeſsionis, vt ſequar promiſſum ordinẽ,
videamus de aliquib.quæſtionib.extraua-
gantibus,in materia.& quidem primo quæ
ro,an ſtante ſtatuto, quòd pena minoretur
per confeſsionem, & augeatur per negatio
nem,qualis debeat eſſe confeſsio,vt ſic ha-
beat locum premium ſtatuti: Baldus in l.
ea, quæ,poſt Bartholum in vltima colum.
C.de condic. indeb dicit, quòd debet eſſe
ſimplex & puta:& ſi circa ſubſtantiam qua
litatem,circunſtantias, locum,vel tempus
inueniatur negatio,nõ meretur premium;
ſed ſi negatio foret in aliquib. articulis &
incidentib. ſeparatis a cauſa maleficij, nõ
per hoc perditur beneficium ſtatuti.exem
plum,ſi ante confeſsionem dicitur,ꝙ locus
non eſt de territorio, vel ſi confitens dicit
ſe clericum, etiamſi non probatur de cle-
ricatu conſequitur beneficiũ ſtatuti: vide
88 Felin in capit.de hoc,extrá. de ſimo.†Sed
quid ſi confitetur vulnus, ſed negatur, ꝙ
eſt mortale,an conſequatur beneficium ſta
tuti?idem Bal.ibi dicit, quòd non cõſequi-
tur. ſed quid ſi negat cicatricem remanſu-
ram,an conſequatur premium ibi Bal. pu-
tat, quòd ſic, eó, quia ſpectat ad iudicium
89 medicorum. † Sed quid ſi primo cõfitetur
demum negat,vel econtrá,an habeat bene
ficium ſtatuti?idem Bal.vbi ſupra, dicit,ꝙ
non; eo, quia requiritur perſeuerantia, &
de multis alijs circa materiam illam vide
90 per to do. Bald. ibi.† Secundó principali-
ter quæro, an cõfeſsio poſsit reuocari poſt
latam ſñiam condemnatoriam. Barto.in l.
non fatetur.dicit,quòd poteſt reuocari be-
neficio reſtitutionis in integrum,idẽ Bart.
in l. error. C. de iur. & fa. igno.dicit,quòd
poteſt reuocari, quando confeſsio facta eſt
ad interrogationẽ aduerſarij, ſecus ſi ſpon
te,quia non poteſt reuocari.Bal. ibidem 1.
col.verſ.modó venio ad ſecundam regulã,
dicit,quód ſi eſt maior,non reſtituitur,& ſi
eſt minor,reſtituitur. & vide ibi Alexan.&
Panor.in cap.ex parte 9. colum. de confeſſ.
ſed quicquid ſit, procedunt prædicta in cõ
feſsione in cauſis ciuilibus,ſecus tamen eſt
in criminalibus. nam etiam poſt ſentẽtiam
confeſsio reuocatur pretextu erroris, & in
cauſa appellationis admittitur ad proban-
dum de errore,vt hr,vt dixi ſuprá ſub nu.
52.& adde Angel.in l.ſi debitori. nume. 7.
91 ff. de iudi. † Tertiò principaliter quærò
quid ſi teſtis in mortis articulo confitetur
ſe falſum teſtimonium tuliſſe,vel iudex ſe
venalem ſententiam, & contra iudex ſe ve
nalem ſententiam, & contra ius dediſſe,an
eis ſit credẽdum?Bar quem ſequitur Ang.
in l.ſiquis in graui.§.ſiquis moriens.dicit,
quòd non eſt eis credendum, vt noceat
alijs,puta producenti teſtem pro ſe, vel re
portanti ſententiam in ſui fauorem,& ple-
nè proſequitur Fran.Cur.conſ.70 inci cir-
ca primum. in princ. & plenè proſequitur
Iaſ in l.iuſiurãdum.§.procurator.ff.de iu.
iuran.num.24.& conſuluit Angel. pro iſta
parte in conſ.306.incip. pactum eſt tale.pe
nul col.limitatur tamen precedens dictum
vt dicit Iaſ. niſi duo iudices, qui tulerunt
ſñiam, fuerint concordes in mortis articu-
lo,quòd venalem tulerunt ſententiam, li-
cet id non procedat in duobus teſtibus, &
ſequitur pcedens principale dictum. in ca.
literas.de præſump.num.2. & Bald. in au-
then.ſi dicatur. 2. colum. C.de teſt.& in l.
generaliter & idem eſt in notario conficiẽ
te falſum inſtrumentum, ſi confitetur fal-
ſum inſtrumentum fabricaſſe. ſecundum
Spec in tit.de inſtru.edi.§. poſtremo verſ.
92 ſed nunquid. † Quartò quero,an confeſsio
infamet,vbi ſententia non infamat,nec in-
fert infamiam. Ang.in l.quid ergo. § ex cõ
promiſſo.ff.de his,qui not.infa dicit,quòd
non.& idem firmat ibi gloſ.vide Bald. in l.
ictus fuſtium ff de infam.& an confeſsio in
actione famoſa infamet, Bal.in l.quoniã.ff.
93 de infa.nu.9.†Quintò quæro,quid ſi quis
in teſtamento cõfitetur,ſe eſſe vſurarium;
an per hoc eius teſtamentũ irritetur & an
nulletur?& quid,ſi ita fuerit in iudicio cõ-
feſſus?Bald.in l. vnica. C.de confeſ.vlt.col.
verſicu.remanet vnum dubium. vbi dicit,
quòd iſta confeſsio non obligat neque pro-
bat propter omnimodam eius incertitudi-
nem,ſed in l.1.§.ſimiliq; modo.C. de Lati.
liberta. tollen. §. 2.dicit,quòd ſiquis con-
fitetur ſe vſurarium corpore, dicetur ma-
nifeſtus vſurarius ſed primum dictũ Bal.ſe
quitur Alex.in addi.ad Bar.in l. 1.de fur.in
addi magna.in fin.dum allegat Bal. in l.1.
de confeſ.& ſequitur Bal. in l.1.3 col.verſi.
quidam confeſſus fuit.C.de fal. cau.adiect.
94 leg. †Sextó quero,an confeſsio clerici vel
epiſcopi accuſati de homicidio, ꝙ promi-
ſit



ſit decem, ne accuſetur de homicidio, no-
ceat,ut poſſet deponi.Ioan.Andr. in c 1.de
accuſ in 6.nouella. dicit, quòd ſi fuit facta
ante inſtitutam accuſationem, non nocet.
& Alex.in l eius, qui de iure ſi. & per Bal.
95 in cap.pri.§.iniuria.de pa.iura.firma. †Se-
ptimò quero,an confeſsio ſurdi & muti in
criminalibus noceat.Bal.in l.j.7.colum.C.
de confeſ. dicit, quòd nocet. vide omnino
96 Bal.ibi in cõtingentia facti. †Octauo quę
ro, an confeſsio facta coram ſyndico denũ-
tiante maleficium,noceat, vt ex ea poſſet
damnari?dicas, quód non nocet ad condem
nandum,ſecundum Sal.in l.ea quidem,14.
q.C.qui accu.non po,& Angel.Aret.in lib.
male.in verbo,ad denuntiam. in 6. colum.
97 † Nonò quæro, an confeſsio procuratoris
in criminalibus noceat principali; dicas,
quód non,nam non eſt uera confeſsio prin
cipalis,ſed ficta,ut dicit in Panor. in c. per
inquiſitionem extrà de elect & ſic non no-
cet,& Bal in addi.Spec.in tit. de pro. 1.col.
in fin.& vide in cle. 2.de pro.& text. l.certè
de precar.& Alexan.poſt Barto.in l. credi-
tor. §. iuſſus. ff.de appell & in l.certum.§.
ſed an ff.de confe.& Panor.in c. j ut lit non
98 conteſta †Decimò quæro, an confeſsio in
criminalib. habeat exequutionem paratã,
vt ſic ſine ſententia poſsit exequi? dicas,
quòd non,ſed expectatur ſententia, ſecun-
dum Innoc.in cap.quærenti in gloſſ. ſua in
uerbo, quadrimeſtre.verſ. in criminali.de
offi.deleg & Barto.in l.quoniam.ff.de infa.
& Bald in Margarita. in verbo, confeſsio.
verſ 3.ſecus eſt in ciuili.ſed And.in conſti.
pœnam eorum.decidit, quòd in delictis,
in quibus poteſt procedi ſine accuſatore,
poteſt etiam ſine ſententia confeſſus mit-
ti ad ſupplicium. & tunc iudex debet noti-
ficare delinquenti, quòd mittit eũ ad ſup-
plicium pro tali cauſa,ut poſsit de præce-
pto appellare. & vidi ſeruari per iudices
ſuperiores: cogitare. uide Par. de Put. in
libr.ſyndic.in uerbo, tortura, verſic.ſe-
quitur quæſtio quotidiana. 2. colum. ubi
tenet contra And. de Iſer. & uide Gram-
99 ma.deci.36.num.57.cum ſeq †Vndecimó
quæro,quid ſi ſtat ſtatutum,prout eſt in re
gno hodie,quód pro tertio furto,licet mi-
nimo, quis debeat mori, & confitetur, ſe
feciſſe plura furta eodem loco,diuerſis ta-
men temporib. an debeat mori ex iſta con
feſsione, quaſi plura furta fecerit. Bald.in
auth.ſed nouo iure.3.col.verſ.item quid ſi
confitetur.C.de ſer.fugi decidit, quòd ex
quo illa verba, diuerſis temporib. ſunt ob-
ſcura(quia poteſt intelligi diuerſis tempo
ribus continuatis,ut no. ff.de actio.& obli-
ga.l. nunquam actiones )& pro confitente
interpretatur in mitiorẽ partem,niſi dica-
tur in confeſsione cum temporis interual-
lo, & ſic concludit, quód non debet mori
virtute dictæ confeſsionis.Boer.deciſ.219.
100 2 parte. †Duodecimo quæro, quòd ſi fur
confitetur ſe feciſſe plura furta diuerſis lo
cis & temporibus, an virtute dictæ confeſ-
ſionis debeat condemnari.Bald.in authen.
ſed nouo iure.colum. 3.verſ ſed pone.C.de
ſer.fugi. dicit, quòd non;quia confeſsio eſt
generalis & incerta,cum non conſtet de re
bus ſubtractis.& habetur per Ang. in l.cer
tum in princ.ff.de confe. & Pet. de Ancha.
conſil.22.& Gandi in titu.de præſump. &
indi.indi.ver.aliud etiam no. & ideo debet
101 conſtare de reb.ſubtractis. †Decimoter-
tio quæro, quód ſi dantur capitula reo in-
quiſito de furto, & capitulatur eum eſſe
publicum & inſignem latronem, & commi
ſiſſe vnum furtum,qui confitetur omnia &
ſingula in capitulo contenta, fuiſſe & eſſe
uera, an noceat ad pœnam mortis, ſi furtũ
non eſt vltra vnciam?dicas, quód nõ, licet
cõfiteatur ſe eſſe inſignem & publicum la-
tronem, ex quo cõſtat cõtrarium per eius
depoſitionem.cum non conſtat, niſi de vno
furto,ſecundum Angel. in conſ.incip.pro-
102 ceditur per inquiſitionẽ. †Decimoquar-
to quæro,an, & quando confeſsio ſocij cri
minis probet contra alios?circa cuius quæ
ſtionis deciſionẽ oportet videre, an, & qũ
ſocius poſsit & debeat interrogari de ſo-
cijs participibus, receptatoribus, & alijs.
Bar.in l.repe §. 1.ff.de queſt diſtinguit,aut
ſunt delicta,quæ principaliter in offenſam
alicuius committuntur,& illo caſu non po
teſt interrogari,aut ſumus in delictis,quæ
principaliter in offenſam alicuius nõ com-
mittuntur, ut falſificare monetam,latroci
nia committere, & ſimilia, & iſto caſu in-
terrogari poteſt, ut ibi per eum. Saly.in l.
ſi.C.de accu aliter diſtinguit, & reiecta di
ſtinctione Bar.quam reprobat rationibus,
de quib. per eum,diſtinguit autem ſic, aut
ſocius eſt ſeruilis conditionis,& tunc indi-
ſtincte

ſtincte interrogatur: aut liberæ conditio-
nis:& tunc aut ſunt delicta, quæ non poſ-
ſunt committi ſine ſocijs,&tunc nõ eſt lici
ta interrogatio,niſi delictum ſit contra ſa
lutem omnium,per l.fi.C.de male.& iſtam
diſtin.videtur ſentire & ſequi Alex.in l.re
peti.ff.de quæſt.in addi. an quis ſit interro
gandus de ſocijs, & eam refert & ſequitur
Bertran.conſilio.32.1.lib. fallit ſecundum
Ang.de Aret.in li.male.in verbo Sempro-
nium mandatorem.j.col verſ. & bene not.
in crimine aſſaſsinij.Affli.in conſti.ſi dam-
na clãdeſtina, remittit ſe ad doctrinã Bar.
& Alex.in d.l. repeti. 16. col.& aliter non
dicit:& dicit ipſe, quód in criminibus, in
quibus licita eſt interrogatio de ſocijs,ſo-
la confeſsio ſocij non facit ſufficiens indi-
cium ad torturam,niſi alia prçſumptio cõ
currat,uel aliud indicium,& dicit,ita ſe vi
diſſe iudicari & practicari per ſapientes re
gni in crimine læſæ maieſtatis. licet aliter
dixerit Angel. de ma. in verbo, fama pu-
bli.verſic. 10.quæro. tamen opinio Afflict.
communiter obſeruatur;vt dicit Gramm.
conſ.21.& vide pro hoc Par. de Put. in lib.
ſyndic.in verbo,tortura verſi.an ſtetur di-
cto.& Marſ.in l.1.diuus Antonius. ſecunda
col.verſ.ſed dubium.Blan.in l.fi.num.378.
& Signor.conſil.209 & Calca. conſil. 109.
& Grammat.conſil. 21. determinat, quód
extra caſus poſitos, per gloſ. in d.l fi.C.de
accuſ.ſocius non põt interrogari de ſocijs.
& videtur ſequi diſtinctionem Bar. in qua
ſuprá Grammat. ſimiliter conſi.37.nume.
11. & conſil.nume.5 & conſil. 70 numero
7.& an ſocius criminis probet contra ſo-
cium in furto, vide Grammat conſi.59.ubi
determinat,quód nõ; ſed in latrocinio ſic,
& ſic ex prædictis habes, an confeſsio ſo-
cij probet.nam in caſibus exceptuatis pro-
bat,quoad indicium, & licet in caſibus ex-
ceptuatis ſtetur dicto ſocij,ut ſuprá,id ve-
runtamen tunc intelligitur,quãdo ipſe ſo-
cius aliàs non eſt infamis ex alio delicto.
Gramma.conſil.61.& plenè, an confeſsio
ſocij criminis faciat indicium ad torturã,
vide Marſi.in practica eri §.diligenter nu.
59.& Boer. deciſio. 319. ſecunda parte. &
Fran.Brun.in trac de indi. & tor.3.colum.
1.partis.numero.18.& ibi nume. 24. ponit
modum interrogandi. nam dicit ipſe, ſi ad
eſt præſumptio aliqua contra illũ, de quo
interrogatur quis,poteſt fieri interrogatio
in ſpecie,aliàs ſecus, quia debet interroga
ri generaliter.adde Ludo.& Guido de Su-
zar.in tract.de indi.& tor.nume.50.& vide
Grammat. deciſio. 28. & ſciendum eſt,
quòd etiam in criminibus exceptuatis, de
quibus per glo.in l.fi.C.de accuſ.confeſsio
ſocij criminis, non eſt ſufficiens indicium
ad torturam;vt dixit Alexan.conſ.475.in-
cip.quoniam abunde.in fin Ioan. de Imol.
cap.1.de confe.Marſil.ſingu.209. Gandi.in
lib.male.ſub.rubri.de quæſtionibus. 4. col.
in princip.verſic.ſed quid ſi perſona. & do.
Alex. conſil. 69. incip. viſa facti narratio-
ne.2.lib.Fran.de Aret.in ca.cum Pet.Man-
conella.7.col.de accuſ.& adde,quòd in ca-
ſibus,in quibus creditur ſocio criminis,nõ
creditur ei,niſi dictum ſuum fecerit in tor
mentis. ita ſingulariter dixit Rapha. Ful-
go.conſil.173. incip. in cauſa inquiſitionis
1.colum.ante fi.& Sali.in l.fin.colum.vlti.
verſi.quæro nunc,an cum tormentis. C.de
accuſ.& aduertendum eſt ſecundum Marſ.
in practica.§.diligenter.nu.6. cum ſequen.
quòd non creditur ſocio criminis, niſi iu-
dex antequã ponat ipſum ad torturam,de-
ferat iuramentum de veritate dicenda con
tra auxiliatores,fautores,participes,& re-
ceptatores.& nota vlterius,ꝙ vbi creditur
ſocio criminis, id intelligitur, dummodo
non ſit infamis ex alio delicto: vt notat
Angel in l.qui in iudicio.ff.de accu. ſequi-
tur Ant.Cor.in ſuis ſingularibus.in verbo,
integer & ita conſuluit Marſil conſil.74.4.
colum.1.lib.& Gramma.not.34.nume.9.&
Gramma.conſil.21.per totum. & conſi.38.
& conſil.44 num.primo,& Afflict.in conſti.
ſi damna clandeſtina.q.not vltima, & quin
ta col.& Ang.de maleſi.in verbo, fama pu-
blica.colum.4.& 5.verſic. quæro, an parti-
103 cipes.& ibi Augu.& Bernar. in addi. † Et
adde,quòd ſi ſocius criminis alium nomi-
nat' in ſocium nõ interrogatus, ſed ſponte,
non facit eius confeſsio aliquam fidem, cũ
videtur ſuſpecta,ita,& quidem pulchre di-
xerunt Moder.Sene.in trac. de indi.& tor-
tu.3 char.2.colum. verſicu. qualis autem
ſit modus. & Grammat. conſil.21.nume.5.
104 † Et vltrá ſciendum eſt, quòd ſocius cri
minis nõ debet interrogari de ſocio in ma
teria furti: licet ſecus ſit in latrocinio, con
ſuluit Gramma.conſil.37.num.14.& Mar-





ſil.conſil.22.columm.4.primo vol. nec ob-
ſtat doctri.Bart.in l.repeti.§.1.ff. de quæ-
ſtio.d2 dicit, in crimine furti ſocius inter
rogatur,quia dicunt præfati doct.doctrinã
Bar.debere intelligi in latrocinio: ſecus in
furto.ratio diuerſitatis eſt,quia latrociniũ
communiter ſine ſocijs committi non po-
teſt.cum latrones dicantur, qui in ſtratis
publicis aggrediuntur & diſrobant; fures
105 veró,qui clam furanter. † Decimoquin-
to quæro,an ſi quis confitetur ſe occidiſſe
hominem,cuius nomen ignoratur, poſsit
virtute dictæ confeſsionis dãnari ad mor-
tem.Bal.in l.ſi cum exceſsione §.in hac.ff.
quod me.cau.dicit,quòd ſi conſtat de cor
pore mortuo, dammari poteſt & idem vo-
luit Bal.in l.data opera.col.12.uer. ſed qd
106 ſi teſtis.C.qui accuſa.non poſſ. † Decimo
ſexto quæro,an confeſsio ſerui noceat do-
mino,dic,quòd nõ,ut eſt tex.in l.1.§.ſi ſer-
ui quaſi.ff.de quæſtionib.& ibi doct.tamen
ſecus eſt confeſsione ſerui facta de ſe;quia
talis confeſsio præiudicat ſibi,& nocet ipſi
domino;niſi ipſe dominus contrarium ꝓ-
bet.ita dixit gl.in l.2.in 2.gl.ff.ſi ex no.ca.
aga. quam gloſſ. ibi ſummè commendat
Bart & ſcriben.ibidem & Marſili. in d.§.ſi
107 ſerui.quaſi † Decimoſeptimo quæro,an
confeſsio facta per delinquentẽ, qui aliàs
tortus fuerat ante confeſsionem,irritet̃ ꝑ
dictam torturam? dicas quòd non.ſecun-
dum Ang.in l.cum te.C.de his. quæ ui me.
cau.ge num.29 uide Matheſi.in notabili-
108 bus ſuis no.55 † Decimooctauò quæro,
quód ſi inquiritur cõtra aliquem de adul-
terio commiſſo in perſonam alicuius mu-
lieris,& cõſitetur ſe cognouiſſe carnaliter
ipſam,an uideatur confiteri illã eſſe uxo-
rẽ q̃relantis Bar.in l.ſi cui la 2.ff.de leg. 1.
dicit,quòd ſi confitetur ſimpliciter omnia
cõtenta in accuſatione ſeu inquiſitione eſ-
ſe uera,tunc cõfeſsio refertur nõ ſolum ad
principale delictum,ſed etiam ad qualita
tes facti.aut cõfitetur ſimpliciter ſe cogno
uiſſe illam mulierem,& tunc videt̃ confite
ri factum principale tantũ,& non qualita
tes.& ibi ſequitur Bal.Ang.de Are. in lib.
male.in verbo, comparent dicti inquiſiti
& confitentur totum. dicit contra opinio
nem Bartol.in ſecundo caſu nonnullos do
ctores tenere,& etiã ipſe contrarium deci
dit,& dicit ita ſe cõſuluiſſe,& ibi plenè ha
betur per Auguſtinum de Ari.& Berna.de
Landri.in addi.qui poſt multa uidetur ſe-
qui opin.Angel in dicto loco contra Bar.
109 † Decimononó quæro,an confeſsio triũ
latronum, & malefactorum ſigillatim ha-
bita operetur:ut ex ea poſsint nominati cõ
demnari.dicas quód ſic,ut eſt tex in c.fre-
quens,& ineffrenata.hoc tamen uerum eſt
vbi nominati per eos aliàs ſint leues perſo
næ,& infamatæ,ut eſt tex.in c. conſtitutio
nem diuæ memoriæ.& an prædicta proce-
dant,quando illi tres latrones ſunt infa-
mes ex alijs delictis?dicas,ꝙ ſic.licet aliud
ſit, quando opponitur eis alij defectus,
puta,minor ætas,& corruptela,ut dicit do.
Pe.de Monteforte in dicto c. frequens, &
ineffrenata.per totum.Adde quòd facta eſt
nouiter quædã regia prouiſio, quòd ſi tres
principales depoſuerint de receptatione,
etiam quòd de diuerſis factis deponant,
110 poteſt ſubſequi condemnatio ex eis † Vi
geſimo quæro,an cõfeſſus delictum debeat
liberari ſub fideiuſſoria cautione? dicas,
quòd non ut eſt tex.in conſti. humanitate
& quòd ſi reuocatur confeſsio & allegatur
erronea,an interim donec probetur de er-
rore,debeat liberari?Petrus de Mõteforte
in dicta conſtitu.humanitate. decidit, ꝙ
debet interim liberari,& intelligit ita de
mum procedere diſpoſitionem illius tex.
conſt humanitate.ſi perſeueratur in cõfeſ
ſione tacita & expreſſa,alias ſi reuocat̃,di-
111 cit ipſe.nõ procedere. † Vigeſimoprimò
quæro,quòd ſi aliquis confitetur,ſe vulne
raſſe Titium,& ex uulnere ipſum deceſsiſ
ſe,cũ conſtet eeceſsiſſe ex malo regimine,
& vulnus non fuiſſe mortale, an ex dicta
confeſsione debeat ad mortẽ dãnari?dicas
quòd non,ut plenè conſuluit Signo de Ho-
me.in conſtitu.155 incipiẽ. in proceſſu fa-
cto contra Petrolum & conſi.163.incip.fa-
ctum ſic ſe habet.& eſt pulchrum conſiliũ
112 in materia confeſsionum.† Vigeſimo ſe
cundò quæro,pone,commiſſum eſt furtum
& fiunt proclamationes, quòd quicunque
reuelauerit furtum,parcetur ipſi, ſi eſt de
ſocijs,& quidã qui verè commiſit furtum,
reuelauit, ac ſe commiſiſſe confeſſus fuit
an ſtãte dicta proclamatiõe poſsit condẽna
ri ex illa confeſsione?dicas,quòd ſic, non
obſtante pacto in dictis proclamationibus
facto,ut ſingula.dixit Vale. de Bob.in l.ſi



†† v. alex. et ibi additione in Consil. 171 n° 4 lib. 6.

pro fure.ff.de condit.furti.& refert & ſeq-
tur Hippol.de Mar.ſingula.177. inci. ma-
113 litijs hominũ.† Vigeſimotertió quæro,
an confeſſus poſsit obijcere de nullitate
iudicij propter inhabilitatem & illegiti-
mationem perſonarum quærulantium.di-
cas,ꝙ ſic.ſecundum Bal.in l.fin.C.de fidei.
lib.2.col.& Felin.in c.qualiter & quando.
accuſatio.el 3.§.licet autem. numero 11.
& Marſi.in leg. ſi quis.ff.de quæſtionibus
114 col nume. 8. † Vigeſimoquarto quęro,
quòd ſi aliquis ſponte confeſſus reuocat
ſuam confeſsionem,& non vult perſeuera
re, an iſto caſu cogi poſsit per torturam
ad perſeuerandum;vide de hac quæſtione
Marſil.pract.crimi.† quoniam.nume. 18.
uer.ulterius quæro,ubi habetur,quód.r.c.
Bal.in l.in bona fidei 3.col.uerſi.item quæ
ro,de confeſsione.C.de re.cre.& Alexa.in
115 l.unius.§.1.ff.de qu. † Vigeſimoquintò
quæro,quid ſi aliquis ſupplicatione dicit,
ſe condemnatũ,& ſupplicat pro gratia, an
dicta confeſsio ſibi noceat?dic, quòd ſi per
ſupplicantem probetur de ueritate, non
nocebit erronea confeſsio eidẽ ſecundum
Bal.in l.2.C.de erro.aduo.& ſequitur Mar
ſil.in l.qui ignorans.ff. de fal.nu.13. aliás
116 ei nocebit.† Vigeſimoſexto quæro,quid
ſi aliquis confitetur cõmiſsiſſe uſuras,an
noceat confitenti,ut condemnetur? dicas
quód non.ſecundum Bal.in cõſ.93. incipi.
Bectonus de Couo lib.2.& plenius per Ay
mon.Craue.conſi.48.nu.7.in lib.niſi aliter
appareat de ueritate uſurarum,& de con-
117 tractibus vſurarijs. † Vigeſimoſeptimo
quæro.quid de confitente ſe extorſiſſe vſu
ras,ſi tempore confeſsionis eſſet damnatus
ad mortem,an fiſco noceat? Bal. conſ.476.
incip.teſtamenta.lib.5.dicit,quód præiudi
cat fiſco,licet ſit ſeruus pęnæ,& teſtari nõ
poſsit,nec præſumitur facta in fraudem,cũ
nemo præſumatur mori cum mendacio &
prædicta ſequitur conſulendo.Aymo Cra.
in conſi.158.in 1.par.nu.8.& in conſ.6 nu.
118 53.in ea.parte. † Vigeſimooctauo quæ
ro, quid ſi aliquis ſponte confeſſus eſt
crimen,& tamen non conſtat de delicto in
genere commiſſo, an poſsit condemnari
virtute illius confeſsionis,uide Fran.Bru.
in tract.de indi & tor.6.q.a partis prin. nu.
11.contrarium poteſt attentari, & dici in
confeſsione clericorum,quando non eſt ta
le delictum,pro quo deberent tradi curiæ
ſeculari,quia etiã ſi non cõſtat de delicto,
damnantur ſecundum Io.Bernar. Hiſp.in
pr.cano.in uerbo,confeſsionibus proprijs.
119 † Vigeſimonono quæro;pone, quòd quis
inquiritur & impetitur tanquam mãdator
ordinator & tractator homicidij.& is con-
fitetur omnia contenta in inquiſitione eſſẽ
uera,an ex tali cõfeſsione poſsit damnari?
dicas,quód non.ſecundum An in conſ.22.
quem refert & ſequitur Berna.de Landri.
in addi.Ange.de Are.in lib.male.in verbo,
comparuerunt dicti inquiſiti, & confitent
120 totum.† Trigeſimo q̃ro,quòd ſi aliquis
dicat,uolo confiteri, an intelligatur con
fiteri?Bal.in l.vnica.C.de confe.diſtinguit
& quò ad effectum noſtrum dicit, quòd
121 non videtur confiteri. † Trigeſimo-
primo quæro, pone, quód quis commiſit
furtum Romæ,deinde cum re furtiua inuẽ
tus eſt in ciuitate Neap.& ibi captus con
feſſus fuit furtum,an ibi poſsit puniri?Bal.
in d.l.vnica.C.de confeſ.7.col. decidit, ꝙ
ſic,ita fuit deciſum in ſacro regio conſilio
vt teſtatur Capi.deci. 104.incip. cauſa do
121 mini comitis Montellæ. † Trigeſimoſe
cundo quæro,pone, quòd in medio duarũ
ciuitatum eſt locus quidam communis in
ter aliquos dominos, & ibi comiſſum eſt
delictum, coram quo iudice eſt facienda
confeſsio:ut ex ea confitens poſsit damna-
ri?Bal.in d.l.vnica.C.de confeſ. in 7.col.in
fine,ponit rationem,& decidit, quód ſi po-
teſt apparere aliqua linea diſtinctiua ter-
ritorij,ille iudex cognoſcit,cuius eſt terri
toriũ,& ſi non poteſt apparere ille, qui p̃-
uenit,cognoſcit,& dicitur pręuenire eo ip-
122 ſo,quód citat,ſecundum eum. Trigeſi-
tertio quæro,quid ſi clericus propter ho-
micidium commiſſum per eum, captus ſit
& cofiteatur ſe eſſe laicum purum, an hæc
confeſsio ei noceat?Ba.in l.vnica.C.de con
fe 9.col.decidit,quòd non nocet. † Trigeſi
moquarto quæro,an confeſsio contra ma-
trimonium noceat ad illud diſſoluendum.
dicas,quòd non,ſecundum Inn.in c.cum di
lecto de accuſ & Bal in Margarita. verſic.
confeſsio.Specul.in titu.qui ma.accuſa.po.
ver ſi uero fallit;quando probatio matri-
monij fundatur in ſola confeſsione partis,
& illa confeſsio eſt qualificata, ut plenè
per Io.Anto.de ſan.Gem. in c.tua nos de
ſponſ.



123 ſponſ.† Trigeſimoquinto quæro,pone,ꝙ
quis confitetur inſtrumẽtum,quod eſt fal
ſum,eſſe verum,an poſsit poſtea per confi
tentem allegari falſum?dicas, quòd ſi eſt
falſum,non obſtante confeſsione poteſt al
legari falſum:ut no.Bal.in l.alia. 2.co.uer.
item addo dictum.C.de ijs,qui. ut indi.
124 † Trigeſimoſexto quęro,an confeſsio cõ
iugis,in cuius fauorem lata eſt ſentẽtia di
uortij,ſufficiat ad retractãdum ipſam ſen
tentiam:dicas,quod non,ut eſt tex.in cap.
conſanguinei.& ibi Doct.de re iudica. vi-
de Fel.in d.cap.conſanguinei.de re. iu. nu-
125 me.1.† Trigeſimoſeptimo quæro: pone,
quis fuit foriudicatus nulliter,an ſi captus
confiteatur ſponte delictum poſsit condẽ-
nari?dicas;quód ſic. ſecundum Ang.in le.
v.ff.de lib.& poſth.ubi tradit cautelam,&
126 ibi latè ꝑ Ale.† Trigeſimooctauo; ecce,
quis confitetur ſe feciſſe homicidium, ſed
ad ſui defenſionem,& non dicit neceſſariã,
an ſibi præiudicet?dicas,quód præiudicat
& uenit puniendus,quia debuerat adiunge
re ad ſui defenſionem neceſſariam,ut tra-
127 dit Rom.ſin.28.inci.accuſatus.† Trigeſi
monono quæro,an videatur confiteri ille
qui recepit literas ad ſe miſſas ꝑ aſſaſſinũ
qualiter ad ſui inſtantiam commiſit homi
cidium,& quòd debeat mittere pecuniam
vide Mattheſi.in no,22.inci. nota mirabi-
lem modum.& per Doc.in l. filiusfamilias
128 8 ff.ad Macedo. † Quadrageſimo quæro,
an confeſsio poſsit declarari & exponi ꝑ
cõfitentem:dicas,ꝙ ſic,ut eſt tex.in c.cum
dilecti.de accuſati.& ibi per In.Abb. & Fe
li & ſequitur Bald.in Margarita in uerbo,
confeſsi.& idem Bal.in l.1.§ item ſi uaſſal
lus.de contro.inueſti.3.col.& Bal.in addi.
Spe.in tit.depoſitio.5.col.verſi.põt quis in
terprætari.& in.l.2.in fi.C.de cuſtod. reo.
& in authen.contra,qui propriam.C.de nõ
nu.pecu.pe.col.in fi.& Alex.in conſi.366.
inci.uiſo proceſſu inquiſitionis formatæ
contra Anto.vlt col.licet Betran.in reper-
torio in uerbo, confeſsio lo ultim teneat
contrarium per doct.Barto.in l.Aurelius.
§.idem quæſijt.ff.de libera.legata.vide Al
cia.in trac.de præſumptio.35.præſumptio
nu.10.& Dec.conſ.186.in 9.col.& conſilio
129 278.vltim.colum.† Quadrageſimo pri-
mo quæro,an confeſsio ſyndici probet de-
lictum commiſſum ꝑ municipes, uel admi
niſtratores ciuitatis,ut uideatur nocere ip
ſi ciuitati,uideatis Cor. in conſ. 224.in 4.
130 lib.nu.7.cum ſeq.† Quadrageſimo ſecũ-
dó quæro,quòd ſi aliquis confeſſus fuit ſe
commiſiſſe ſtuprum cum virgine tanquã
ſua vxore,& ſic etiam confeſſa fuit mulier
propter quod vir ille fuit abſolutus;modo
mulier ſtuprata petit illum ſtupratorẽ in
virum,ille negat,quid iuris?vide Alber.de
Roſ.in l,procurator.ff.de interroga. actio.
vbi videtur decidere in fauorem mulieris
131 uide eũ.† Quadrageſimo tertiò quæro,
nunquid ſi aliquis confitetur ſe fuiſſe ab
ſolutum ab excommunicatione, uideatur
confiteri ſe fuiſſe excommunicatum,uel ſi
quis inquiſitus & interrogatus de homici-
dio;dicat ſe fuiſſe indultatum,an uideatur
confiteri homicidium.Bartol.in l. decẽ 2.
colum.in fine.uer.ex his apparet.ff.de ver-
bor.obligatio.& in l. 1. in fine principij ff.
132 de nou.ope.nunt.dicit,ꝙ ſic. † Quadra-
geſimoquartò quæro, nunquid confeſsio
rei noceat tertio comparenti in iudicio ꝑ
ſuo intereſſe ad ſui defenſionem.Bart.in l.
ſi pro luſorio.§.1.2.colu.verſ.quæro, quid
ſi ille primus.ff.de appella & Par.de Pu.in
lib ſyndic.in uerbo,robbaria. dicunt quòd
non nocet,uide Fel.in capitu.cauſam quæ.
133 de teſt.nu.23.† Et an tertius comparẽs
pro ſuo intereſſe,in criminali,debeat audi
ri? dicas quód ſic: ut conſuluit Aymon
Crauet.in conſilio quinquageſimo octauo
134 in princip.incipien.accuſatur.† Quadra
geſimoquintò quæro,an cõfeſsio facta per
iram noceat? dicas, quòd non.ſecundum
glo.ſingul.in cap.ex literis.extra.de diuor.
& ſequitur Romanus ſingul.108. incipien.
135 volo commentari.† Quadrageſimoſexto
quæro,an iſtæ lamię & incantatrices vulga
riter dictæ fattochiare,poſsint ex ſola ſua
confeſsione damnari, alijs non apparenti
bus?dicas,quòd ſic,ut habetur per do.Frã.
Ponzini in tra.de lam.num.70.in 7. concl.
136 † Quadrageſimoſeptimo quæro, quòd
ſi aliquis confitetur ſe aliàs in iudicio ab-
iuraſſe hæreſim in manibus alterius inqui
ſitoris, an ex noua confeſsione & repulſu
poſsit dici plene relapſus,ita,ut poſsit cõ-
demnari,& ſi non appareat de illa alia con
feſsione. domi. Franciſ.Ponzini in tract.
de lam. in numero nonageſimoſecundo,
verſiculo ex quibus interr.dicit, quòd nõ
poteſt

poteſt condemnari, quia non apparet de
prima confeſsione, facta in manibus inqui
ſitoris. licet modò in 2. confeſsione ipſum
137 dicat, aliás ſe confeſſum † Quadrageſi-
mooctauo quæro, an confitens hæreſim ex
ſola confeſsione poſsit damnari? dicas, q
ſic, ut dicit Bal. in l. ſi quis non dicam rap.
C. de epiſcopis & cleric. & dicit Franciſc.
Ponzini in tracta. de lam. numero quinqua
geſimoſecundò uer. nec habet obſtare.
138 † Quadrageſimonono quæro, quód ſic cō
feſsio fuerit incontinenti reuocata, an de-
beat probari de errore? dicas, quód gl in c.
fin. in verbo, iuſta cauſa de iureiuran. in 6.
& Iaſ. in l. error. 2. col. C de iur. & fac. igno.
tenent, quód non debet probari de errore:
quod limitat Alexan. in conſil. 92. incip.
viſo & opportuno. col. fin. libro. 5. & conſi.
87. quouis. eod. libro niſi fuiſſet redacta in
ſcriptura. tunc enim debet probari de er-
rore, ut habetur etiam per Alciat. in trac.
de præſumptio. in preſumptio. 21. numero
139 3. † Quinquageſimo quæro, an confeſsio
officialis publici, ut puta ærarij theſaura-
rij, & receptoris fiſcalis noceat fiſco. dicas
q ſic, ſi eſt diues, ſecus, ſi pauper. ſecundū
Bal. poſt glo. in l. in contractibus. § ſed quo
niam. C. de non nume. pecu. in primo ver-
140 ſicu. quæro, an confeſsio; † Quinquageſi-
mo primo quæro, an confeſsio facta in cau
ſa ciuili; præiudicet in cauſa criminali In
noc. in capit per inquiſitionem. de electio.
dicit, quod ſic, quia contra confeſsionem
propriam nihil poteſt obijci. capitulo. per
tuas. de probatio. contrarium ſentit gloſſ.
in cap. expetentibus. 1. diſtin. & facit, quod
nota. Bar. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo Fe
li in c. qualiter. el 2. nu. 47. plenè tangit, &
tandem dicit, quód tunc nocet, quando eſt
facta coram iudice competenti, orta iam
ſuſpitione aut infamia: item, quādo ſumus
in eodem iudicio inter eaſdem perſonas,
ſecus, ſi in alio iudicio. item, quando eſſet
uera confeſsio; ſecus, ſi ficta ſecundū Bal. in
ſecunda. vltima col. C. de edendo. itē, quā
do confeſsio ficta, facta eſſet per principa-
lem, ſecus, ſi per procuratorem, vide eum
150 in dicto loco. † Quinquageſimoſecundo;
quæro, an confeſsio facta præmiſſa nega-
tiua, ſit ſufficiens ad condemnandum (ut ſi
dicam, nego me commiſiſſe homicidium,
& ſi conſtiterit me commiſiſſe, dico me
feciſſe ad mei defenſionem) dicas, quòd nō
gloſſ. eſt nota. in l. ſi quidem. in principio.
C. de excep. & ibi not. Bal & ſequitur Iaſ.
144 in §. item ſi quis. inſti. de actio. † Quin-
quageſimotertiò quæro, ecce quia accuſa-
uit iudicem de corruptela, quia ipſi pecu-
niam dedit, & non probauit, ſi iudex ſit ab
ſolutus, an hic poſsit ex ſua confeſsione
damnari? Baſd. in authe. ſed nouo iure. C.
de ſe fu. concludit, quòd non, quia iſta con
feſsio fuit facta, ad alium finem, & firmat
Par. de Pu. in lib. ſynd. in uerbo, corruptio.
145 † Quinquageſimoquartó quæro, an ſol-
uens aliquid curiæ per uiam compoſitio-
nis, videatur fateri delictum. vide Pari. de
Put. in lib. ſyndic. in uerbo compoſitio. uer
ſic. in officialis epiſcopi. ubi videtur con-
cludere, quòd non, ſi eſt illicita ſolutio, ui
de Bal. in l. ea quæ. vltima col. ver. ſed quid
ſi non vult negare. C. de condic. inde. & Pa-
ul. de Caſtro conſi. 220. incip. notandum,
quód. in fi. & quid de ſoluente aliquid ani
mo euitandi inquiſitionem criminis, an in
ducatur confeſsio. uide Paul. de Caſtro in
conſi. præalle. 120. notandum, quòd adulte
rium. in fine. uide Paul. Grilla. in tracta. de
rela. carce. 4. q. & quo ordine, & quomodo
debeat fieri, ut non infamet. per eundem
146 ibi. ubi dat pulchrum modum. † Quin
quageſimoquinto quæro, an confeſsio mu
lieris aſſerentis & confitentis ſe virginem
valeat? dicas, quód ſi non eſt contra matri-
monium, ualeat & tenet, ſecundum do. An
to. & Hoſt. in capitu atteſtationes. extra de
deponſa. impu. & eam poteſt quandocun-
que reuocare tanquam erroneam & indeli
beratam, etiam non docto aliter de errore
quia ſatis eſt, quód confeſsio emanauit in
materia, in qua falli potuit, cum interue-
niente nixu copulæ poteſt falli, an corru-
ptio interuenerit, an non; & ſic an perman-
ſerit virgo, & ſic habetis limitationem ad
ea, quæ dicuntur in capi. fi. de confeſ. & in
l. error. C. de iu. & fa. igno. dum ibi dicitur
quód confeſsio emanata in iudicio nō po-
teſt reuocari, niſi docto de errore. quia pro
cedunt predicta; niſi confeſsio emanet in
materia tali, in qua falli poteſt confitens.
quia tunc poteſt reuocari indiſtinctè; niſi
emanaſſet dicta confeſsio deliberatè, ſecū
dum d. Anto. & Ioan. Anto. de ſan. Geor in
cap. atteſtationes extra de ſponſa. impub.
Quin-



147 † Quinquageſimoſextò quæro, an clerici
cōfitentes delictum abſque accuſatore pu
niantur, dic, quòd ſic, ſecundum Hoſtien.
in cap. 2. de confeſ. ſequitur Io. Ber. in prac.
crimin. cano. in verbo, confeſsionibus pro
148 proprijs. † Quinquageſimo ſeptimo quæ
ro, an ex confeſsione clerici poſsit ar-
gui, quòd ſit incorrigibilis, dicas, quòd
ſic, ex modo confitendi delictum, dicendo
talia verba, per quæ appareat non ſolùm
non pœnitere de delicto, ſed dolere q de-
lictum non fuit perfectè conſūmatum, vt
fuerat attentatum, & ſicut intenderat com
mittere, ſecundum Cardi. in quodam cōſi.
vt refert Fel. in cap. Rhodulfus. 25. col. de
reſcrip. & Io. Bernar. in practi. crim. cano.
in verb. data incorrigibilitate.

## SECVNDA PARS tertiæ partis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Confeſſio extraiudicialis probatur per duos teſtes.*
2 *Teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali, debent eſſe conteſtes.*
3 *Argumentum de ciuili ad criminale, validum eſt.*
4 *Confeſſio extraiudicialis debet roborari cauſa.*
5 *Veriſimilis debet eſſe confeſſio extraiudicialis.*
6 *Indicia ad torturam debent eſſe veriſimilia.*
7 *Confeſſio extraiudicialis debet eſſe probabilis & poſſibilis.*
8 *Indicium eſt demonſtratio ad detegendam veritatem.*
9 *Confeſſio extraiudicialis non debet extorqueri per metum.*
10 *Confeſſio extraiudicialis non debet emanari per iram.*
11 *Teſtes deponentes cōfeſſionem extraiudicialem debent examinari per iudicem.*
12 *Teſtes debent examinari parte citata ad videndum iuramenta eorum.*
13 *Teſtes deponentes confeſſionem extraiudicialem debent dicere, quo tempore.*
14 *Confeſſio extraiudicialis debet probari per teſtes, qui examinari debuerunt.*
15 *Teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali, debent deponere cum iuramento.*
16 *Teſtes ſuper confeſſione extraiudiciali, debent principaliter deponere ſuper ea.*
17 *Confeſſio extraiudicialis, requiritur quòd non ſit eliſa ex contrarijs probationibus.*
18 *Sentētia contra confeſsionem extraiudicialem, quid operetur.*
19 *Delinquente vero apparente, non operatur confeſsio extraiudicialis.*
20 *Reuocata confeſsione extraiudiciali quid operetur.*
21 *Confeſsio extraiudicialis debet eſſe certa, & clara.*
22 *Confeſsio extraiudicialis eſt ſufficiens indicium ad torturam.*
23 *Pœna extraordinaria poteſt imponi ex confeſſione extraiudiciali.*
24 *Carcerari poteſt quis ex confeſsione extraiudiciali.*
25 *Confitens extraiudicialiter poteſt priuari beneficijs.*
26 *Confeſsio extraiudicialis aliquando plenè probat nu. 37. & 38.*
27 *Animus probatur ex confeſsione extraiudiciali.*
28 *Minor ſine curatore poteſt extraiudicialiter confiteri.*
29 *Confeſsio extraiudicialis facit, vt non requiratur ratificatio dictorum in tormentis.*
30 *Teſtis extraiudicialiter confitens ſe ſcire factum, ſi id negat in iudicio, poteſt torqueri.*
31 *Confeſsio extraiudicialis quando plenè probet.*
32 *Confeſsio extraiudicialis teſtis accuſati de falſo, quando operetur contra ipſum.*
33 *Notorium dicitur maleficium ex confeſsione extraiudiciali.*
34 *Confeſsio extraiudicialis non infamat.*
35 *Confeſsio extraiudicialis accuſatoris prodeſt reo.*
36 *Confeſsio extraiudicialis dicitur probatio probata.*

IVDEX.

## I V D E X.

SEquitur, vt videamus ſecundo loco de
confeſſionibus extraiudicialibus,poſt-
quam vidimus de confeſſionibus iudicia-
libus ſpontaneis: & primo videamus de re
quiſitis ad confeſsionem extraiudicialem.
1 †Et quidem requiritur primò, vt confeſ-
ſio extraiudicialis obſtet, ꝙ probetur per
duos teſtes,cum ſit, indiciũ remotum:quo
caſu duo teſtes requiruntur,ſecundum gl.
in fin.C.fami.ercif.& ibi Bar.& idem Bart.
2 in l.fin ff.de quæſtio. colum. fin. † Secun-
dò requiritur, quód teſtes deponentes de
tali confeſsione extraiudiciali, ſint conte-
ſtes de loco, tempore, & cauſa ſcientiæ:vt
in dicta gloſſ.& voluit Baldus in l. 1.verſic.
quemlibet actum.C. de teſtibus. & Cynus
in l.generaliter.C.de non numerata pecu-
nia.& Innocentius. in capit.per tuas,extra
de probationibus. & Alexander conſil. 18.
primo lib.& in tantum eſt verum iſtud, vt
ſi vnus teſtis deponat de vna confeſsione fa
cta in loco,alter in alio loco,vel alio tem-
pore,non coniungantur, & ſint ſingulares:
vt tenuit do. Ant.de But.in c.licet ex qua-
dam.penul. colum. verſic. & pro hoc deci-
ditur quæſtio de reſtit.allegat Cyn.in l.2.
C.de conſuet.idem voluit Anto.de But.in
c.fin.antepenul.colum.de conſuet. & Alex.
in conſil.72.primo lib.3.colum.& conſ.67.
3. volum. incip.viſo proceſſu,& plenè ha-
betur per Afflict.deciſio 64.incip.fuit deci-
3 ſum. †Et licet præfati docto.loquantur in
ciuilibus,tamen validum eſt argumentum
de ciuili ad criminale.l.abſentem.ff.de pę.
Iaſon in l. magiſtratibus.colum.2.ff.de iu.
iuſ.om.iu.quod adeò procedit,vt ſtatutum
corrigens in cauſa ciuili porrigatur ad cri
minale.ſecundum Arc.in conſ.109.colum.
2. & plenè Aymon. Crauet. conſ 58.1.lib.
4 incip.accuſator. †Tertiò requiritur, quód
nedum quis extra iudicium cõfiteatur de-
lictum,ſed confiteatur etiam cauſam,qua-
re ad delictum prorupit,vel,aliter de ea cõ
ſtet.aliás ſi cõfeſsio extraiudicialis ſit ſine
cauſa,non operatur effectum,per ea,quę di
xi in confeſsione ſpontanea, in requiſitis
cõcernentibus ſubſtantiam & qualitatem
cõfeſsionis,& proprie in materia extraiu-
dicialis confeſsionis habetur per Cœpol.
conſ.2.col.pen.& not. Bald.in l clarum.C.
de autho.præſtan. & firmat Marcus Antó.
Blanc.in repetitione.l.fin.ff.de quæſtio.nu.
207.vbi inter alia dicit, quòd talis confeſ-
ſio debet eſſe veriſimilis, & ſic, quód ha-
beat cauſam præexiſtentem, in qua conſi-
ſtat honor, vtilitas, vel quid aliud ſimile.
5 †Quartò requiritur,quód dicta confeſsio
extraiudicialis nedum ſit veriſimilis reſpe
ctu cauſę,vt ſupra dictum eſt,ſed etiam re
ſpectu loci,temporis,& aliarum circunſtã-
tiarum, vt probat optimis rationib. Marc.
Anto.Blanc.in d.l.fin nu.208.in fin.& con-
firmatur per ea,quæ dixi ſupra in materia
confeſsionis iudicialis. & ideo ſicut iudex
debet modis omnibus verificare confeſsio
nem iudicialem, vt poſsit peruenire ad cõ
demnationem virtute ipſius, ita pari mo-
do debet,in quantum põt,verificare & red
dere veriſimilem confeſsionem extraiudi-
cialé, vt ex ea poſsit ad torturam perueni
re, & non ita nimis propere & repentinè,
habita dicta cõfeſsione,torquere,vt aliqui
minus docti intelligunt. †Facit pro prædi-
6 ctis quia in tortura,debent pcedere veriſi-
milia indicia, ex quibus obiecto crimine
reo,per præſumptionem culpæ, animus iu
dicis informet.l.conditionaliter.ff.de quę-
ſtio. & l. milites. §.oportet.& l.ſicut.C.de
fa.& Bar.ibidem.Itẽ indicia debent eſſe le-
gitima.l.1.ff.de quæſt.& l.milites. C.eo.ti.
facit optimè ad prædicta not. doctr. Bald.
in l.non hòc.C.vnde cogn. in fi dum ponit,
quid ſit indicium. † Requiritur quintò,
7 quod cõfeſsio extraiudicialis, vt operetur
effectũ ſuum,ſit probabilis,in tantum,vt ſi
quis extraiudicialiter confiteatur ſe occi-
diſſe hominem, debeat ſaltem per famam
publicam conſtare de corpore mortuo,vel
ſi confiteatur ſe cõmiſiſſe furta,debeat con
ſtare de rebus ſubtractis,ſicut dicimus de
cõfeſsione ſpõtanea, vt ſupra dixi. †Facit,
8 quia indicium eſt demonſtratio ſiue admi
niculũ ad detegendã veritaté.l adulteri.de
adulterijs.& in l.ſolent.de pſcriptis verbis
& id,quod non eſt poſsibile nec probabile,
non poteſt detegere veritatem, nec poteſt
eſſe adminiculum ad eam detegendã,& im
poſsibile non obligat, ſecundum Specula-
tor.in titulo, deaduocat.§. 3. verſi.ad eui
dentiam.& habetur in l. non dubium. C.de
legib. & in l. apud Iulianum. §.1.ff de le-





gatis primo.& in l.continuus.§.ſub hoc.ff.
de verborum obligationib. adde Marſiliũ
9 in l.1.ff de q.nu.62.cum.ſeq. † Requiritur
ſexto,ꝙ talis confeſsio extraiudicialis non
ſit extorta per metum, vel præcedentibus
minis vel perſuaſionibus aduerſarij & ve-
ri delinquentis, vt ſic ſe exonerare poſſet
ab indicijs contra ſe exiſtentib. ſecundum
Par.de Put.in lib.ſyndi.in verbo. Robaria
& euenit in diebus meis in terra S.Seueri
ni, dum ibi aſsiderem pro iudice in quodã
maleficio,vt quidam,qui occidiſſet hoiem,
induceret quendam pauperculum iuuené
ad confitendum extra iudicium,ſe eſſe illũ
10 qui occidiſſet.†Requiritur ſeptimò, ꝙ ta-
lis confeſsio extraiudicialis non ſit emana
ta per iracundiam, ſed ex propoſito,& non
per laſciuiam,ſicut ſolet quandoq; fieri in
ter amicos arg.not.per Ioan. de Imol.in c.
fi.de confeſ.nam quod calore iracundiæ fa-
ctum eſt, ad pœnam non eſt trahendum.l.
1.C.ſi quis impera.male.& Alex.conſ.181.
in cauſa angelorum col.2.verſic. præterea
volum.2.& Hippol. de Marſil. in practica.
§.diligenter.num.36. faciunt ad corrobo-
rationem præfatorũ ea, quæ ſcribit Marſ.
Anto.Blan.in repet.l.fin.ff. de quæſtio. nu.
183. in verbo, minæ.quod quidem bonus
iudex ex qualitate perſonæ & facti perpen
dere poteſt & ex veriſimilitudinibus vel
inueriſimilitudinibus, & ex alijs circun-
11 ſtantijs conſiderandis per eum. †Requiri-
tur octauò,quòd teſtes deponentes de con
feſsione extraiudiciali, ſint examinati per
iudicem, & non per actuarium, vel alium
examinatorem.nam in cauſis criminalibus
iudex ipſe debet recipere & examinare te
ſtes,nec notarius poteſt hoc facere, niſi ex
cauſa, ſine commiſsione iudicis, vt colligi
tur ex text.in Cle.prima de offic.delega.&
ibi glo.& Bal.in rubrica.de contro.inueſti.
2 colum.& tenent gloſ.Bald.Paul.de Caſt.
& alij in l.hac conſultiſsima.§.ſi.verſi. de-
poſitiones. C. de teſtament. & Specul.per
Marſil.in l. prima nume. 16.ff.de quæſtio.
12 †Requiritur nonò, ꝙ teſtes ipſi ſint exa-
minati parte citata ad vidẽdum iuramen-
ta teſtium,& ꝙ ſit facta conteſtatio litis ſe
cundum Ang.de Aret.in lib.maleſi.in ver.
bo,fama publica.in 2.charta,verſicu.quæ-
ro qualiter probetur allegat Bart.hoc vo
lentem in l.ſi.ff.de quæſtio. & voluit Saly.
in l.ſi.C.eo.ti.& Bal.in l.iubemus.in 3.col.
verſ.item dixi.C.de proba.& Ang. in repe.
l.ſi vacantia.27.col.C.de bo.vacan.lib.10.
& plenè per Marſ.in d.l.1.nu.7.1. col. & in
proprijs terminis ita concludit Afflict. in
conſti.humanitate in 5.not.verſ.item quę-
13 ro.†Requiritur decimò, ꝙ confeſsio tali-
ter probetur,vt non ſolum dicatur,confeſ-
ſum eſſe aliquem,ſe occidiſſe, ſed etiam in
ſuper,quo tempore,quo loco occiderit,cõ-
feſſum eſſe,vt dicit Bal.in l. bonæ fidei.C.
de iureiuran.& latius per Fran. Bru.in tra
cta.de indi.& tor.in q.3. primæ partis. nu.
14 16.verſ.aduerte tamen. † Requiritur vn-
decimò, vt confeſsio extraiudicialis nõ ſit
probata per teſtes, qui examinari non de-
buerunt nam in quibus caſibus examinati
non faciunt indicium,in illis caſibus depo
nentes de confeſsione extraiudiciali, non
pbant ad indicium inducendum,& per con
ſequens confeſsio prædicta nihil operatur,
ſunt autem non pauci, qui non debent exa
minari propter reuerentiam,quæ debetur
ab eis aliquibus perſonis, atq; hi,quidem
non faciunt indicium, ſi examinati fuerint
ſecundum Bart.in l. maritus.ff.de quæſt.&
probatur in l.1.§.diuus Antonius & §. An
toninus ff.de quæſt. ſunt rurſum, qui pro-
pter ætatem non debent examinari, nam
examinati non faciunt indicium plenum,
ſed qualequale.vt l.1.§.impubes.ff ad Syl.
& not.gl.in l.talis.C.de his, qui vt indi.ſe-
cundum Bart.ibi.ſunt & tertij,qui non de-
bent examinari, de quibus ad plenum per
Bar in d.l.maritus.& Bald.in l.cunctos po-
pulos.C.de ſumma tri. & fid. cath. Bald. &
Saly in l.ſeruos.C.de teſti.Abb.in c. ex li-
teris in princ.de tranſa. Mar.Anto.Blan.in
repet.l.ſi.ff.de q.& nu.344.cum pluri.ſeq.
Alex.conſ.24.incip.animaduerſis in 2. col.
in fin.ſecundo volum.Marſilius in pract.§.
diligenter.num.141.Fran. Brun in tracta.
de indi.& tor in q.1.primæ partis.num.11.
cum ſeq item non debent eſſe teſtes, qui
patiuntur plures defectus, quia eo caſu
etiam in ſubſidium non admittuntur, vt cõ
ſuluit Soc in conſ.118.incipien.viſis in an-
te pe.col.& Barba.in conſ.65.incip. ſapien-
ter.4. colum.in 4. vol. & Marſil. in conſil.
102.incip.pauci ſunt prima colum nu.11.
& 12. & Grammat. conſil. 35. numero 34.
15 † Item teſtes deponentes de confeſsione

extraiudiciali, debent deponere cum iura-
méto, aliás nõ faciũt plenũ; ind. ſed quale,
quale ſecundum Abbatem in c. cum olim
16 de dol.& contu. † Requiritur duodecimó,
quod teſtes deponentes & probantes cõfeſ-
ſionem extraiudicialem, ſint principaliter
examinati ſuper cõfeſsione extraiudiciali,
& de ea tm̃ deponant, aliàs ſi vnus teſtis
vbi depoſuit ſuper facto, ſimul deponat de
cõfeſsione extraiudiciali eiuſdẽ facti, & iũ
gat cũ alio teſtes ſimiliter deponẽtes de cõ
feſsione, nihil ꝓbat eius dictũ ſuper cõfeſ-
ſione ꝑdicta, quia idem teſtis nõ põt facere
plus, quàm ſemiplenã probationẽ, & ſic re
manet dictũ vnius tãtum teſtis, per quem
non probatur confeſsio, ut conſuluit Alex.
in conſ. 152. in vltima col. in fin. in 5. vol.&
idem tenuit idem. Alex. in l. Gallus. §. ille
caſus. ff. de lib.& poſt. refert & ſequitur ex-
cellens Tho. Gram. in deciſ. 28. nu. 3. uide
17 eũ. † Requiritur decimotertió, ꝙ cõfeſsio
prædicta nõ ſit eliſa ex contrarijs indicijs
& præſumptionib. nam tunc non operatur
effectum ſuum cùm indicia tollantur ex
contrarijs indicijs & præſumptionibus, vt
dicit Barto. in l. fin. C. familiæ erc. & ha-
betur plenè per Fran. Brunum in tract. de
indic.& tor. in 5. queſtio. primæ partis per
18 totam. † Requiritur decimequartò, ut non
ſit ſententiatum contra talem confeſsionẽ,
quia eo caſu non operaretur effectum, ꝑꝑ
19 ca, quę dixi ſup. in prima parte. † Requirit
decimoquinto, vt nõ appareat de uero de-
linquẽte, quia ſi conſtaret, confeſsio extra
iudicialis non operaret. per tex. l. qui ſeruũ
ff. de interro. act.& ita dixit Inn. in c. ſigni-
ficantib. in fi. de purga. vulg & plenè proſe
quit Marſ. in l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæ
20 ſtio. nu. 62. cum ſeq. † Requiritur decimo-
ſextò, ut dicta confeſsione non ſit reuocata
ꝑ confitentem aut captũ iudicium, ſcd̃m
Fel. in c. at ſi clerici. de iud. etſi Bal. in l. j §.
fi. C. de co. Iaſ. in l. magiſtratib. ff. de iuriſ.
om. iud. licet Dec. in d. c. at ſi clerici. impu-
gnet iſtud dictum. de quo plenè per Blã. in
d. repetitione l. ſi ff. de quæſt. num. 209. ubi
21 plenè. † Requiritur decimoſeptimo, ut cõ-
feſsio prædicta extraiudicialie, ſit certa
clara, & non indubitata. quia aliãs inter-
pretatur in fauorem rei, ut dixi ſup. in pri-
ma parte in requiſitis concernentib. quali-
taté confeſsionis. Iſtis uerò oĩbus concur-
rentib. videndum reſtat de effectib. extra
22 iudicialis confeſsionis. † Et primò operat,
quia confeſsio extraiudicialis eſt tantę po
tentię, ut faciat ſufficiens indicium ad tor-
turam, vt hr̃ per gl. in verbo, accuſatoris. in
l. capite quinto. ff. de adul. & per Inn. in c.
ſicut. extrà de teſtib. & per Bart.& alios in
l. quoniã ff. de inſa.& Alex.& Soc. in l. magi
ſtratib.& ibi Dec.& alij. ff. de iuriſ. om. iud.
Abb.& cõiter canoniſtæ in c. at ſi clerici. de
iud. & cõiter ſequuntur oẽs criminaliſtæ,
vt hr̃ per Mar. Ant. Blan. in repetitione. l.
fi. ff de quęſt. nu. 204. qđ eſt verum prięter-
quam in trib. caſibus, primo, ubi agitur de
crimine ciuiliter. ſecũdo niſi confeſsio fue-
rit reuocataa tertio niſi cõfitens ſit cleri-
cus quia requiritur infamia, vt dicit nota-
23 biliter Fel. in c. olim. de reſcr. in prin. † Se-
cundo operat, vt talis confeſsio extraiudi-
cialis, ſit ſufficiens ad imponẽdam pœnam
extraordinariam. per l. ictus fuſtium. ff. de
inſa.& conſuluit Ang. in conſ. 10. inci. in cã
2. col.& eſt tex. in c. q̃ ſit graue de exceſſ.
præla.& firmat Par. de Put. in li. ſynd. char.
69. ver. adde vnũ ſingulare. & firmat Hip.
24 de Marſ. in l. de minore. ff. de q. n. 53. † Ter
tiò operatur vt taliter confitens poſsit de
tineri in carcere, ut. ff. de cuſt. reo. in l. ſi
confeſſus & conſuluit Angel. in d. conſ. 10.
25 † Quartò operatur, vt taliter confitens
poſsit priuari beneficio eccleſiaſtico iam
adepto, & ẽt abſtinere debeat à ſuſcipiẽdo
alia vt no. Inn. extrá. de elect. in c. per inqui
ſitionam & conſuluit Ang. ubi ſuprà & ple-
nè per Oldr. conſ. 292. incip. an negatio, &
hr̃ per Alb. de Roſ. in l. quęro. ff. de ędil. edi.
16 † Quintò operatur mirabilem effectum
videlicet plenam criminis probationem,
quando ſtatutum, & lex requirit probatio
nem animi, & de facto conſtat exemplum
ſecundum Ang. in d. conſ. 10. ſi quis eſſuge
ret cum eſſet citatus, ſed dubitatur an ani
mo latitandi id fecerit, ſi probatur confeſ-
ſio extra iudicium facta, quód animo lati-
tandi aufugit. hæc confeſsio ſufficit ad con
demnandum, ut l. Fulcinius. § quid ſit lati
27 tare. ff. qui. ex cau. in poſ. ea. † Et per hu-
iuſmodi dictum notabile poteſt in termi-
nis regiæ pragma. de ictu ſcopetti & bali-
ſtæ decidi caſus, cũ eueniret, nã vos ſcitis,
ꝙ emittens ictũ baliſtæ, & ſcopetti, ẽt ſi nõ
ſit ſequutus alicuius læſionis effectus, pu-
nitur



nitur pœna mortis, ſi ad offendendũ emiſe
rit nã ſi conſtat de ictu, & non de animo.
ſed adeſt extraiudicialis confeſsio, ꝙ ani-
mo nocẽdi omiſit, punitur ad mortẽ ꝙ ip-
ſum recolo aliás me dixiſſe in quodã appa
28 ratu quẽ feci in dicta regia prag. † Sexto
operatur aliũ effectũ. nã licet confeſsio iu
dicialis facta ꝑ minorẽ ſine curatore, non
teneat: tamen ſi minor confeſſus fuerit ex
tra iudicium, facit indicium ad torturam:
& operatur ſolitum effectũ, licet fuerit fa-
cta abſq; curatore, ſecundum Bal. in c. cla-
rũ. C de authori. ꝑſtanda.& refert & ſequit
Fran. Brunus in tra. de indi & tortu. in 3.
char in 3. colu. uer aliud indicium.& Hip.
de Marſi. in l. de minore in prin. nume. 51.
29 ver. an hoc habeat locum. ff. de q. † Septi-
mo operatur alium effectum, nam quum
confeſsio delicti in tormentis, egeat ratifi-
catione & perſeuerantia alijſq; non no-
ceat fallit, id qñ vltimo confeſsioni in tor-
mentis adeſt extraiudicialis, qm̃ eo caſu
non requiritur ratificatio. ſecundum In. in
c. at ſi clerici. extra de iudic & Feli. in c.
olim 5. colum. de præſcrip.& Par. in uerbo
tortura. lo primo. uer. quia ſæpe.& Ia. in l.
magiſtratibus. ff. de iuriſdi. om. iudi.& Mar
ſi. in prac. §. quoniam. uer. quæro dixi ſupra
& in ſingu. 500. incip. ſponſalia de futuro.
Alexan. poſt Barto. in l. capite quinto. ff. de
adulte.& per Tho. Gramma. in conſ. 40.&
Carre. in ſua practica. in prin. nu. 48. & 49.
30 † Octauó operatur. nam ſi examinatur te
ſtis in iudicio de aliquo facto, an faciat &
interfuit, & deponat quòd non, & conſtet
extraiudicialiter confeſſum fuiſſe ſe inter
fuiſſe facto, & ſcire: iſto caſu ex tali extra-
iudiciali confeſsione ꝑt torqueri. per tex.
l. vnius. §. teſtes. ff. de quęſti.& refert ſequi
tur Fra. Bru. in tract de indic.& tortu. in 4.
31 q 2. partis. num. 13. cum ſequentibus † No
no operatur alium effectum nã concurren
tibus ꝑdictis requiſitis. & concurrentibus
ueriſimilibus, puta: partis: præſentia, & cau
ſæ expreſſio, & loci, nedu confeſsio extra-
iudicialis facit indicium ad torturam, ut
ſu. dictum eſt; ſed etiam ſufficit ad plenam
probationem. ut præcisè cogi poſsit talis
confitens, ut perſeueret in tortura, ut con-
demnetur.& hoc firmauit per multa iura
& authoritates Tinda. in tra. de teſti. uari.
in 6. capi.& præcisè per tex l. quæro. §. fin.
ff. de ædil. edic.& per tex. in d. l. capite quin
to & firmat & ſequitur Marſi. in l. de mi-
nore nu. 52. ff. de quæſtio. adde Capitul. in
deciſio. 179.& Feli. in capi. olim. 8. limi. ex-
tra. de reſcri adde etiam, quòd quando in
confeſsione extraiudiciali interueniſſet iu
ramentum, tunc ẽt præiudicat quò ad ple-
nam probationem: ut dicunt Bal.& Ang. in
l. gñaliter, ult. col. C. de non nu. pe. Gram-
mat plenè in deciſio. 34. num. 59. cum ſeq.
22 † Decimò operatur alium effectum nam
quum dicto teſtis extraiudicium non ſtet
contra tertium; & ſtet dicto teſtis in iudi.
facto potius, q̃ extraiudicium, iſtud quidẽ
eſt verum; que ad tertium pręiudiciã ter-
tij, ſed quó ad ipſum teſtem accuſatum de
falſo, habet uim confeſsionis extraiudicia-
lis, et ſufficit ad inquirendum de falſo. et ſi
concurrunt veriſimilia. puta patris preſen
cauſæ expreſsio et loci, ſufficit ad plenam
probationem, ut poſsit de falſo puniri; vt
notabiliter et ſubtiliter proſequit Tin. in
tra. de teſti. ua. in c. 7. et 8. tenuit et conſul-
uit Alex. conſi. 113. inci. omiſsis non neceſ-
ſarijs, dico, in primo lib. vbi dicit ex tali
33 confeſsione poſſe teſtem torqueri. Vndeci
mo operatur alium effectum ſcd̃m Alber.
de Roſa. in l. quæro. ff. de ædil. edict. quia
facit maleficium eſſe notorium; quod dicit
probari ex tex. c. conſeruatores, extra de of
fi. del. adde quod Felinus in cap. olim de re
ſcrip in 4. fallen. nu. 6. uidetur intelligere,
qñ talis confeſsio facta eſſet corã magna
34 multitudine perſonarum. † Duodecimo
operatur alium effectum contrarium quia
confeſsio extraiudicialis non infamat ſcd̃m
Alber. de Roſa. in l. 1. C. de requi. re. nume.
36 6. † Decimotertio operatur alium effectũ
nam confeſsio extraiudicialis accuſatoris
vel inſtigatoris prodeſt reo & accuſato ad
abſolutionem, ut dicit Bal. in c. 1. col. 2. ff.
de eo, per quem factum eſt et Ge. in ſingu.
55. et pulchrè Lu. Roma in conſ 67. incho
an. Antoninus accuſatus. col. 2. uer. 6. et te-
36 net Boer. dec 90. num. 5. † Decimoquartò
operatur. quia confeſsio licet extraiudicia
lis, dicatur probatio. ſecundum Angel. de
Aret. in §. omnium. 6. col. inſti. de action.
allegat Bald. in l deo nobis poſt princi. C.
de epiſc. et cler. et Bar. in l. admonendi. ff.
de iur. iuran. ſequitur Marſi. in conſi. 113.
nume. 22. in ſecundo libro. Decimoquintò

 ope-

operatur. quia confeſſus extraiudicialiter non dēt liberari ſub fideiuſſoria cautione caſu, quo aliàs eſſet liberandus. ſecundum Afflict. in conſti. humanitate. in pri. in prima fallentia, & in quinto nota. verſicu. ſed
37 quid eſſet confeſsus. Sed quæro, an confeſſus extra iudicium bis poſsit ex ea cōfeſſione condēnari Bal. in l. cum icimus. C. de agri. & cenſi. l. 11. quem refert & ſequitur Ro. in l. nuda ratio. ff. de dona. Paul. de Ca. in l. publici. in fi. ff. de po. & Fel. in c. de hoc
38 num. 3. de ſi tenet, quód ſic. † Secundo quæro, an confeſsio extraiudicialis in pertinētibus ad ſalutem animę, noceat & præiudicet plenè, dicas, quod ſic. ſecundum Bal. in l. 1. 4. colum. C. de ſal cau. adie. lega. quē refert & ſequitur Fel. in cap. de hoc. de ſimo. num. 4 exemplificando in ea, quia extra iudicium confitetur, ſe eſſe uſurarium.

## TERTIA PARS tertiæ partis.

### SVMMARIVM.


1 Indicia legitima debent præcedere confeſsionē extortam per torturam nu. 2
3 Iudex habens liberum arbitrium non poteſt torqueri ſine indicijs.
4 Accuſatus nolens reſpondere poteſt torqueri.
5 Teſticnarius quando torqueatur ſine indicijs. uſque ad num. 7.
7 Cuſtos pecuniarum ſubtractarum an torqueretur ſine indicijs.
8 Contumax & bannitus abſque alijs indicijs torqueri quando poſsit. uſque ad num. 32.
9 Inquiſitio non poteſt formari non præcedentibus indicijs.
10 Contumacia tunc demum facit indicium, ſi ritè & rectè proceſſit.
11 Tortura non poteſt inferri, non conſtito de delicto.
12 Tortura non poteſt dari, niſi conſtet de offendente.
13 Accuſator non admittitur ad accuſandum, ſi non habet indicia.
32 Confeſsio extorta ſine indicijs, an conualidetur ipſis ſuperuenientibus.
33 Confeſſus poteſt interrogari de alijs delictis, de quibus non extant indicia.
34 Tortus an dicatur, qui parum fuit alciatus.
35 Confeſsio extorta per torturam abſq; indicijs, an conualidetur, ſi eſt verificata per oculorum inſpectionem.
36 Confeſsio ex abrupto extorta coram vno iudice ſi fuerit reuocata coram alio an ſufficiat ad cōdemnandum.
37 Confeſsio territi valet ſine indicijs.
38 Torqueri ſine indicijs in crimine læſæ maieſtatis an poſsit.
39 Lite conteſtata datur tortura.
40 Teſtes debent examinari parte citata ad uidendum iuramenta teſtium numero 41. 42. 43. 44. 45.
64 Teſtes an poſsint ſemper repeti.
47 Teſtes debent examinari per iudicem.
48 Minor an & quando torqueatur, & quomodo. num. 49.
50 Appellatione interpoſita non poteſt ad torturam procedi.
51 Copia indiciorum debet dari torquendo.
52 Index debet recipere defenſiones reorum nume. 52 uſque ad num. 57. & per totum.
58 Publicatio debet fieri, ſi petatur.
59 Repulſa eſt concedenda, & qualiter fiat. uſque ad num 63.
63 Citari debet inquiſitus ad diſcutiendum ſuper indicijs.
64 Tortura infertur in crimine, pro quo infertur pæna ultra relegationem. num. 56.
66 Cumulatio delictorum an fiat, ut ſic habeat locum tortura, vbi aliàs non haberet locum.
67 Torqueri an quis poteſt, ſi non eſt diffamatus de alijs delictis.
68 Torqueri quis non poteſt vltra modum conſuetum. & num 69. & 70.
71 Torqueri quis non poteſt vltra tertiam uicem.
72 Accuſator debet petere, ut accuſatus torqueatur.
73 Torqueri quis non debet die feriato.
74 Interloquutoria debet ferri ſuper illatione torturæ.
75 Mulier prægnans non poteſt torqueri.
76 Suggeſtio non debet fieri torquendo.
77 Confeſsio extorta ab illis perſonis, quæ nō poſſūt torqueri, eſt inualida.
78 Repeti quando quis poteſt in tortura.
79 Iudex torquens debet habere merum imperium.
80 Confeſsio debet principaliter fieri, non incidenter. nu. 95. & quæ aliàs requiruntur. nu. 80.
81 Ratificari debet confeſsio facta in tortura. num. 81. & per totum. 83.
84 Reuocans confeſsionem uelut erroneam, debet dari terminus.







85 Qualitas non confeſſata debet probari.
86 Confitens ſe uenenaſſe aliquem, & inde illum mortuum eſſe, non ſibi præiudicat.
87 Terminus ad faciendum defenſiones, debet confeſſo ſtatui.
88 Proceſſus debet eſſe ordinatus, ut confeſsio per torturam extorta, ualeat.
89 Confeſſus per torturam, dicitur ſponte confiteri.
90 Confeſsio per torturam, eſt ualidior ſpontanea.
91 Teſtes reprobati à iure, cum tortura probant.
92 Teſtes uarius cum tortura probat.
93 Confeſsio minoris in tortura, abſq; curatore ualet.
94 Confeſsio in tortura, etiam reuocata probat ſemiplene.
95 Confeſsio in tortura, dicitur uoluntaria.
96 Confeſsio in tortura coram competenti, perſeuerata coram competenti, ualet.
97 Confeſſus unum delictum in tortura poteſt de alijs interrogari, etiamſi non extant indicia.
98 Confeſsio reuocata concurrentib alijs indicijs, nocet.
99 Confeſſus non appellat.
100 Confitens damnatur, ex confeſsione
101 Damnatus ad mortem ſi inſontem dicat nominatum per ſe, an proſit.
102 Confitens ſe non commiſiſſe delictum, ſed fuiſſe autorem ad illud committendum, an damnetur.
103 Socius raptoris quomodo puniatur.
104 Confitens ſponte delictum, & non perſeuerāt an poſſit torqueri.
105 Torqueri an poſsit quis, ut manifeſtet mandantem.
106 Inquiſitus negans ſe commiſiſſe delictum, ſi poſtea conuictus dicat quidem ſe commiſiſſe, ſed feciſſe ad ſui defenſionem, an audiatur.
107 Torqueri an poſsit quis de libello infamatorio.
108 Torqueri an poſsit, qui noctu ædes cuiuſpiam lapidibus impetijt,
109 Tortus qui tertio confeſſus non ratificat, an iterum torqueatur.
110 Condemnari an poſsit ſi quis conuictus adhuc tamen neget.
111 Tortura metus an æquiparetur torturæ.
112 Confeſsio qua dicatur extorta metu torturæ. numero 113.
114 Torqueri an poſsit confitens ſe combuſſiſſe ſcripturas.
115 Ratificatio an requiratur, ubi eſt plene probatum delictum.
116 Confitens delictum, quod vere conſtat ipſum commiſiſſe, quando puniatur.


## IVDEX.

Tertio loco uidendū reſtat de cōfeſsionibus extortis p tormenta, uel metu tormētorū: & pcedēdo, ut pcedere īchoaui, primo loco uideamus de requiſitis ad iſtā confeſsionē p torturā extortā, & quæ requirātur oīno, ut ſit efficax ad cōdēnandū, ſecūdo loco de effectibus ipſius cōfeſsio
1 nis. † Primo ergo requirit, quód cōfeſsio per torturā extorta, ad hoc, ut lex ea poſsit ſequi condemnatio, ſit taliter extorta, ut legitima indicia, appareat pceſsiſſe, antequā deuētū ſit ad torturā, alias nullius eſt ualoris & momēti ad cōdemnandū, ēt ſi ſit ratificata apud tribunal, ita uoluit gl. in l. pe. ff. de q. quā ſequuntur Bart. & cōmuniter alij. & Ang. in l. 1. C. de confeſ. & Gādi. in tract. male. ſub rubrica. de quæſt. & tor. in 6. col. uerſi. item pone quod quidam. & Pe. de Anch. in Cle. 1. de ho. & Salic. in l. j. ultima col. C. de cuſt. reor. p id, q habetur per Inno. & alios in c. 1. q mc. cau. & ple-
2 ne per Mar. in l. 1. ff. de quæ. nume. 24. cum ſequen. † Et intantum prædicta procedūt, ut etiā habeant locū in crimine læſę maieſtatis, in quo iudex nō poteſt reū ſubijcere tormentis ſine indicijs. ſecūdū tex. no. & ibi gloſ. Cy. Bal. & Sali. in l. ſi quis alicui. C. ad leg. Iul. ma. & uoluit Ang. de Arc. in li. male. in verbo. che hai tradito la tua patria. in primis verbis. & habeē plene per Mar. in repe. l. fi. de pro. & in l. minore. in princip. ff. de quęſt. & Bru. in trac. de indi. & tormē. in 5. q. partis. num. 6 cum ſeq. † Item pro-
3 cedent prædicta, etiam ſi iudex habeat liberum arbitrium in criminalibus, quoniā nec tunc poterit torquere ſine indicijs, alias teneretur in ſyndicatu ſecundum Pau. de Elea. in c. grauis, extra de depo. & Alex. in l. filius familias. in 5. apoſtill. ff. de dona. & per conſequens ſi torqueretur quis in prædictis caſibus, & confiteretur, cōfeſsio
4 illa erit inanis & uacua. Limitantur prædicta quando inquiſitus nollet reſpondere inquiſitioni. quia tunc iuſſus reſpondere, & factis eidē debitis monitionibus, ſi eſt præſens, etiam nullis præcedentibus indicijs torquebitur nō ad eruēdam confeſsionem ſed ad eruendam reſponſionem affirmatiuam

uam uel negatiuam, ut ipſi melius uidebi
tur.ſecundum Bald. in l.accuſationem.C.
qui accu.nõ poſſ.in ult.col.quem ſequitur
Bru.in tra.de indi & tor.in 5.q.2.partis.nu
me.4. quorum doctrina approbata fuit in
ſacro regio cõſ.Neapo. ut refert Ca in de
ciſi.145.inchoãti, in cauſa cuiuſdã accuſa
ti.quo caſu ſi ſequatur confeſsio, licet ex-
torta uideat̃ ſine indicijs : tñ efficax erit &
ualida:quam quidem cõcluſionem ſane in
telligo,ut procedat,q̃do inquiſitus vel ac-
cuſatus interrogatus ſup facto ſubſtãtiali
uidelicet an cõmiſit tale delictũ,vel homi
cidiũ,nõ vult reſpõdere,vel nõ dat reſpõ
ſũ affirmatiuũ vel negatiuũ. nõ aũt intel-
ligo quãdo nõ reſpõdet alijs interrogato-
rijs ſibi factis , concernentibus qualitates
ſeu circunſtantia, & nõ factũ principale,&
ita uidentur innuere præfati doct.dum di
cunt,quãdo non reſpondet accuſationi ſeu
inquiſitioni.intelligo etiam prædicta pro-
cedere, quãdo conſtat delictũ eſſe cõmiſſũ
in genere,ſed nõ cõſtat d̃ delinquente, in-
telligo ẽt p̃dicta ꝓcedere in his perſonis,
q̃ habẽt legitimã perſonã ſtãdi in iudicio,
aliàs ſi eſſet minor,vel alius,debet interro
gari & moneri,ut reſpõdeat,dato ei curato
re.itẽ p̃dicta procedũt, niſi forte habuerit
aliquã legitimã cauſã nõ reſpondẽdi, et ẽ
ratio huius deciſionis q̇ uidetur contem-
nere iudicem,et efficitur contumax taliter
ut ratione illius contemptus & contuma-
ciæ poſsit cogi, ut certum reſpondeat , ut
dicit Bart.in l.de ætate.§. qui tacuit.& §.
ſequẽ.ff.de interrogato. actio.aliàs cũ ego
practicaſſem iſtam limitationem tribus
uicibus in terra ſancti Seuerini,fuit mihi
oppoſitum, quód nõ poterat torqueri non
reſpondẽs interrogationibus iudicijs , ex
quo inquiſitus non tenetur reſpondere po-
ſitionibus curiæ criminoſis, & per conſe-
quens non poteſt dici inobediens , ut dicit
Bal.in l.1.C.quomodo & quãdo iu. & in l.
2.§ quod obſeruari.C. de iura.calum.& in
l.2.C.de eden.& ubiq; per doct & qui hæc
dicebat,erat magnus leguleius , ego autẽ
dicebã, quòd quidem uerum ſit quem non
teneri reſpondere póſitionibus datis a par
te parti ad releuandum eum ab onere ꝓ
bãdi,ſed interrogationib iudicijs ex eius
officio factis compelli reſpondere & tene
ri,quia non interrogat ponẽdo,ſed inueſti
gandi cauſa ueritatem,interrogãdo, quod
facere poteſt,ut dicit idem Bald. in d.§ q̇
obſeruari, & idem tenet Philip. Fran in c.
2.de confeſ.in 6.& melius Bal.in l.2. C.de
exhi.re.& in l.ſi accuſatoribus. C.de accu.
& Bart.in l.4.§ hoc autem iudicium.ff.de
dã.infect.& Albe.de Roſa. in d.§. quod ob-
ſeruari,& eſt tex.& ibi Bar.in l.de minore
§.plurimũ quoque ff.de quæſt.& ib l.diuus,
ff de cuſto.reo.& Archi in §.q̇ dicitur.22.
q.2.ubi dicit q̇ reus a iudice interrogatus
an deliquerit;reſpõdere tenetur ueritatẽ,
etiãſi tractaret̃ de periculo mortis,ex quo
per uiã inſtitutã eſt interrogatus , & adde
Abba.in c. cũ ſuper de confeſ. ad fi.& Ioã.
Bernard.in pract. canonica,in uerbo,pro-
5 motor ſeu fiſcalis. † Secundo limitãtur p̃
dicta,ut ꝓcedãt, quãdo quis torquetur ad
eruẽdã cõfeſsionẽ,cõtra ſe,ſecus,ſi torquet̃
ad eruẽdã cõfeſsionẽ cõtra aliũ ut teſtis.
quia eo caſu etiam non præcedentibus in-
dicijs torquetur,quod quomodo procedat,
dixi ſupra in verbo , itẽ capiat informa-
6 tionem. † Sed ut poſsit torqueri teſtis,re
quiritur, ut conuincatur , q̇ interfuit,ut
7 dixi ſuprà † Tertio limitantur prædicta,
ut non procedant in cuſtodibus pecuniarũ
uel aliarum rerum furto ſubtractarũ,quia
ut indicent,fures,ſine alijs indicijs torque
ri poſſunt,& cõfeſsio eorum ualida erit ſe
cundũ Bart.per illũ tex.in l.1. ĩ 4.not.ff.de
offi.præfe.uigi. & in l.1. in fi. ff. de fur.ad
nau.caupo.& ſta.& Ioã de Imo in conſ.2.
caſu propoſito & no.Bar.Verona.ĩ conſ.18.
ſtatutũ uicẽ ue col.pẽ. Ang.de Are.in li ma
le.in uerbo,ueſtẽ cœleſtem col.4. uer.& ẽt
tu iudex aduertas, quod dictum ſequitur
Philip. Deci. in conſ. 473. & hoc eſt ve-
rum,ſi ueriſimiliter potuerunt habere no-
titiam,prout per Ang & Ber. in addit.ubi
8 ſupra. † Quarto limitantur prædicta,ut
non procedant in bannito & contumace,
qui ex ſolis banno & contumacia nullis
præcedentibus indicijs torqueri poterit.&
ſi tortus confitetur , eius confeſsio ualida
erit.ſecundum Nicol. de Matta. & poſt eũ
Bal.in l.1.in 3.col.C.de hæred.inſtit.quos
refert & ſequitur.Fran.Bru.in trac.de ind.
& tor.in 35.col.in princ.uerſic.addo alium
caſum.& Marſ.in l.1.ff.de quæſtio. nu.3 &
Nicol.Boer.in deciſio.163. num.5. in pri-
ma parte & Mar.in pra. cri. §. diligenter
ego



ego autẽm ſemper dubitaui de iſta cõmu-
ni concluſione doctorum, & adhuc dubito,
9 † Inquiſitio porró non poteſt formari non
præcedentibus indicijs , & formata aliter,
non tenet , & ipſo iure eſt nulla ſecundum
Fulg.in conſ.167.inci. ſuper eo.2.3.colum.
& in conſ 149. incip. in cauſa inquiſitionis
formatæ poſt prib.& Cuma. in conſil.135.
incip.ad primum. poſt princ. de quo ẽt per
Marſ.in praxi cri.§ conſtante.nu.33. ergo
non poteſt citari ſuper inquiſitione nulla.
& citato ſic aliquo,& facto contumace,con
10 tumacia non debet ſubeſſe. † Nam contu-
macia & bãnum faciunt tunc demum indi-
cium ad torturam,quãdo rite & rectè præ
ceſſerunt omnia, & ſeruatis ſeruãdis ema-
nata ſunt, & quãdo emanata ſunt ſuper in
quiſitione inualida. aliàs aũt non ſortiun-
tur effectum, cùm nulla & inualida nõ ſint
in conſideratione, & nullum operentur ef-
fectum,ut l.4.§.cõdemnatum.ff. de re iud.
l.non putauit.§ nõ quæuis.ff.de bo poſ.cõ-
tra tabu. & in proprijs terminis conſuluit
11 Mar.in conſ.119.nu.51.in 2.lib. † Præte-
rea ad torturam deueniri non põt nõ con-
ſtito de delicto.l.1.§.illud aũt.ff.ad Syll.&
ibi Bar.& Tancre.de Cor.in compe. ſua in
17.q.Bari.& Lud.Rom.in l.fin.pri.col.ff.de
quæſtio.& Bar.in l.1.ff.de teſta. mili.& ple
nè Marſ.praxi.cri.§.1.& in proprijs termi-
nis de cõtumacia & bãno ita arguit & fir-
mat Boer in deci.ſup.alle nu.5 de quo per
12 Aym.Cra.in cõſ.244.in 2.li.† Præterea nõ
ne habemus q̇ ad hoc,ut inquiſitio valida
formet̃, neceſſe eſt q̇ cõſtet de offendente,
ſaltẽ per ſigna?vt,quia claudus, cæcus, vel
aliter,maximè,q̃n proceditur cõtra abſen
tem,vt in caſu nr̃o,vt plenè hr̃ per Marſi.
in praxi.cri.in d §.j.nu.17.nec conſtare põt
niſi capiatur informatio,& capi non poteſt
informatio de offendente,quin probentur
indicia contra eum, & ſic non vr̃ poſſe dari
caſum,in quo procedat concluſio ſuprà for
13 mata. † Præterea nonne habemus , quòd
accuſator nõ admittitur ad accuſandum ſi
non habet probationes paratas? ſecundum
Spec.in tit de aduo.§.2.verſ. facta autem,
& in ti de accuſa.§.1.vſque ad ver.cum au
tem & ſic,ſi non admittitur accuſatio,mini
mè cõceditur citatio contra accuſatorem,
non exiſtentibus aliquibus indicijs contra
eum , nec capta aliquali informatione. ex
quibus omnib. apud me ſatis redditur du-
bitabilis prædicta communis concluſio do
ctorum,quam Boer.vbi ſuprá , dicebat.
14 † In vno verò caſu procedere opinionem
& concluſionem ſuprà firmatam admitten
dum eſt,quãdo videlicet captæ ſunt infor-
mationes , & ipſis mediantibus proceſſum
eſt ad faciendum inquiſitum cõtumacem,
& demum perditæ ſunt informationes , &
remanſerunt contumacia,& bannum, quo
caſu poteſt deueniri ad torturam ex ſolis
15 banno & contuma. † Sed dicat quidquid
velit Boer,pro ſaluatione communis con-
cluſionis ſuprá formatæ, adhuc tamen re-
manent dubia præpoſita,& perditio infor-
mationis non reddit validam contumaciã
& bannum, vbi non concurrentibus prædi
ctis apparent inualida illi iudici,qui nunc
habet torquere reum, quare ipſemet rece-
dit à dicta ſaluatione, & iſto etiam caſu te
net & requirit examinationẽ teſtiũ de no-
uo ſuper delicto,& debere audiri ipſum cõ
tumacem ſuper ipſis banno & cõtumacia,
In Cauſa Pettelli Meluſij de terra Apollç,ĩquiſiti,& quærulati de adulterio commiſſo cũ Angelella de Sinerchia, illud prius bduertendum puto,quód ſi rectè inſpiciatur,tota inquiſitio corruit; Nam proceditur ad quærelam,Caroli Sarni,ut ponitur mariti dictæ Angelellæ,& tamen non fuit capitularum,& probatum eandem Angelellam fuiſſe,& eſſe vxorem dicti Caroli; & de ſubſtantia tali caſu matrimonium, uerè & realiter,probari affirmat Angel.in l.ſi vxor.§.planè.ff.de adulter.cuius doctrinam approbat Auguſti.de Arim.in Addit. Ang de male.inverbo che me hai adulterato la mia donna,nume.40.ſed poſito, quòd hoc non ſufficeret, ad liberationem Petrelli, videndum reſtat, nnm exprobatis apparent, aliqua, quæ ſi ad condemnationem non ſufficerent, ſaltem ad torturam ſufficiant? & non arguendo ad partes, (pro utfieri adſolet) dico ꝙ ex apparentibus in proceſſu,non apparent talia, ex quibus Petrellus ipſe ſit ſaltem taliter indiciatus quód torqueri poſſet,Nam licet adulteriũ cum directo probari nequeat, probetur ex præſumptionibus.c. præterea, de teſti.& cap.tertio, de proba. cum ſimilibus, non tamen tales præſumptiones, in caſu, de quo agitur,afferũtur in medium, quód ad prædicta ſufficerent. Nam in primis fama non eſt ſufficiens inditium ad torturam,in caſu, de quo agitur, ita in ſpecie Abb.in ca.præterea.de teſti.nu.3.item teſtis nomine Pomata,quæ deponit vidiſſe Petrellum introire,in ſtabulum, & poſt eum dictam Angelellam,& claudere oſtium,cum deponant de indicio a remotis,& ſit unica, nullum indicium facit gl.in l.fina.C.fam.rei. item poſito quòd haberet conteſtem, nequaquam eſſet ſufficiens inditium, cũ poſſet eſſe quód alia de cauſa illuc introiſſent & quòd in dicto ſtabulo aliæ perſonæ fuiſſent,ut dicit Abd.in cap.tertio loco,de probatio.col.vlti.quem ſequutus fuit Ang.do Arim.in addi.Angel.ubi ſupra;ſed ut breuibus me expediam.dico, quòd licet ex ꝑdictis,& ex alijs probatis videlicet quòd fuerit uiſa exire dicta Angelella a dicto ſtabulo,& quòd fuerint auditi colloquẽtes ibidẽ,poſſet reſultare aliqua præſumptio nihilominus tollitur hæc præſumptio per aliam iuxta doctri.Ang.in l.ſi qui adulterij.C.de adul.& in l. 11. §.ſi ſic,ff. de adulter.præſumptio. enim quæ tollit omnem præſumptionem, forte exiſtentem contra dictũ Petrellum,eſt cum ſit probatum eũ eſſe ſenem,debilem,& claudum , ac pedib. taliter debilitatum,quod ſtare non poteſt abſq, baculis, ſubtus brachia;dicere enim quod ſtando cognouiſſet eam , eſſet pene impoſsibile,; maxime cum prætendatur, per uim,& uiolentiam cognouiſſe. Inditia enim conicturę,& præſumptiones,taliter coucludere debent,taliterque urgere , qđ animum iudicis inducant ad crudelitatẽ, ut habetur in cap.prępterea.de teſti.& 4.q. 3.ſi teſtes;& habetur per Innoc.in cap.auditis.de præſcrip.& no.do.Abb.in d.ca.pręterea,& ſi inſpiciantur omnes doctores,loquentes de probationibus adulterij,ſeu de præſumptionibus quæ induci poſſent, ut præſumatur adulteriũ commiſſum ponũt exempla in iuuene luxurioſo ; ſenes enim non ſunt ſuſpecti de uenere , ut iuuenes, cum ſenectus frigida ſit,& ſicca,ut ſcripſit Ariſt.in lib de lõgitudine , & breuitate uitæ,& lib.5.de genera anima c.4. & Hippo. Aphoriſ. lib. 1. c. 4. & è noſtris Luc. de Penna.in l.2.col.2. C. de primi. lib. & domi.in Prohemio lib.6.§. quem librorũ, & dicit Archi.in cap.tanta.86.diſtin.quòd ſenecta a uoluptatibus liberat;imprudentiſſimis dominis,imponitque modum libidini ad propoſitum noſtrum. tex. in ca.fraternitati.34. diſtin. expreſſe uoluit quod ætas ſenilis futuræ incontinentiæ , ſuſpitionem aufert,& in cap.quum.in iuuẽtute extra, de præſump. Hinc mulier habens uirum ſenem,dicitur habere uirum inutilem.Gloſ.in l.ult.C.ad l.fla.de pla.Et licet omnino ſenectus non arceat e uenere, imo interdum moueatur ad coitum, ut dicit.Gloſ in cap.nuptiarum, in uerbo.in quibuſdam.27.q. 1.& in cap.2.de frigi. & male.nihilominns non ſemper,& cum maiori difficultate coitus exerceetur a ſene,quam iuuene.Vnde,& maior præſumptio,& coniectura,in probatione requirit, ut adulteriũ prœſumatur ab eo contractũ. Nec illa præſumptio.quæ ſufficit in iuuene , debet ſufficere in ſene . præſumptio enim quod

ſenes



ſenes non ſint apti ad rem veneream;ſaltem ita vt iuuenes, afficit prætendentem contrariũ duriori probatione.l.ſi.in prin. & ibi Bar.ff qđ met.cau.Bal.in l.ſiue poſſideris.11.col.ver.deinde reſtat videre. C. de pro.Inn.in c.quia veriſimile.de præſu. circa princ.in gloſſ.in verbo,veriſimile. Item præſumptio nõ attenditur in re nõ veriſimili.Bal.in l.ſi.22. col.C.de hære.inſti.concurrunt multa alia in fauorem Petrelli,uidelicet bona fama ipſius,& mala fama, ac leuitas uitæ Angelellæ, ex quibus omnibus, dubio procul Petrellus ipſe mereatur abſolui,& ita iudicandum ceſeo ego Pet.Follerius Salerni die x. Aprilis. 1560.plura dixiſſem,ſed caſus qualitas non requirit : cætera ſuppleat religio magnifici iudicantis , & ita executũ fuit,

¶ *De forma capitulorum in nephario coitu.*

CApitula ſpecialis inquiſitionis,quæ fit & fieri intenditur ex mero curiæ magnifici Straticoti ciuitatis Salerni officio,cõtra & aduerſus I. de nephario coitu,per eum cõmiſſo , & patrato cum eius ꝓpria filia,legitima & naturali:ſequitur, ut ſupra.

In primis inquirendum eſt, qualiter de anno.&c.de menſe,&c.regnantibus,&c.dominante,&c.ſub præſidatu,&c.in ciuitate Salerni,& propriè,&c dictus Io. ſuis iuribus non cõtentus,animo diabolico inſtigatus & ſpiritu nequam ductus,nõ aduertens quam graue ſcelus ſit cum propria filia legitima & naturali coire,&carnaliter cognoſcere ſuam filiam nomine F.pluribus & reiteratis uicibus carnaliter cognouit,ſtuprauit,&impręgnauit,temere,ſciẽter,doloſè,& appenſatè,quamobrem incidit in pœnam in tales a iure ſtatutã quod inquirendum eſt,quod fuit.

¶ Committens ergo nepharium coitũ, aut ſumus in foro iudiciali,aut coram eccleſiaſtico iudice: nam etiam ſi eſt clericus, punitur. quia debet deponi.c. at ſi clerici. §. de adulter. de iud.laicus uero maiori anathemate excommunicatus. 33. q.2.ſi quis cum matre. & in c. ſi quis cum duobus.in fine In foro ſeculari & ciuili,aut ꝑ uiã matrimonij cõmittitur.& tũc ſi ſcienter,priuantur dote & omnibus bonis,& ꝑpetua notantur infamia,& honeſtiores in ſulam relegantur : uiliores publicè fuſtigantur,& in exilium puniuntur,ſed ſi per uiã fornicationis,morte mittũtur, ſi quidem ſcienter:ut plenè pro Paul.Grilla.in tract.de pœnis omniſa.col.2.q.ubi plenè. Et aduerte quòd licet coitus inceſtuoſus, & nepharius quandoque pro eodem accipiantur,cum vterque habeat locum quando committitur cum cõſanguineis, & affinibus,tamen longa eſt differentia inter eos. Inceſtus enim propriè dicitur quando cõmittitur cum conſanguineis collateralibus,ſcilicet quando frater cognoſcit ſororem.uel quamcunque aliam ex latere collaterali procedentem. Coitus uero nepharius ꝓpriè dicitur,qñ committitur, cũ cõſanguineis aſcẽdẽtiũ,uel deſcẽdẽtiũ. Vt ſi pater cognoſcit carnaliter filiã, uel neptem, vel ſi filius cognoſcat matrẽ, uel auiam.Iſti enim ſic delinquentes non inceſtuoſi,ſed nepharij appellãtur.Iſte enim coitus nepharius,ut hyſtoriographis placuit, referente Hieronimo,apud nationẽ Scottorum eſt in frequenti vſu.Coeunt.n. more pecudum,cum quo volũt,ut de Perſis,& Medis,Indisue & Ethiopis,qui cum matribus filiabus,& neptibus copulantur nullam facientes differentiam,inter extraneas & iſtas. hanc enim differentiam tradit gloſa rub. C.de inceſt.nup.& glo.in Cle. prima.de conſa. & affi.Porro non videtur poſsibile,poſſe euenire de facto fieri hunc coitum nepharium,quem & animalia quàm maxime abhorrent. Legitur enim de quodam Elephante(eſt autẽ Elephas inter cætera animalia,multum diſciplinabile ſecũdũ Philo.in lib.de anima, quem refert Lyra. 1.Cor.v.) quòd dum ad matrẽ ductus eſſet,ut per eius coitũ cum ea fœtus haberetur,talem coitum omnino renuit:poſtea uerò ad matrẽ reductus, parte anteriori cooperta pallio, coiuit cũ ea,quam poſtea diſcopertam cognoſcẽs , ſuũ interfecit auctorem.Pariter refert philoſoph. li.8.de animali.quendã equum, cui cooperti fuerunt oculi, ad coeundum cum patre , prout fecit, ſeipſum ꝓpter horrorem præcipitaſſe & occidiſſe:quam primum oculis diſcopertis uidit matrem carnaliter cognouiſſe . Multa alia exempla de his uide per Guliel. de Benedi. in

rep.cap.Raynucius,in verbo, cuidam Petro tradiderunt.fol.mihi.138.2 parte nu. 58.& 59.& plura per Boer.Deciſ. 318.& videtur in iſto.

Item inquirẽdum eſt,qualiter d.F.fuit,erat, & eſt filia legitima & naturalis dicti I.& pro tali,& tanquam talis ſemper habita, & extẽdatur.Item inquirendum eſt, qualiter.d.F.fuit,& eſt nata conſtante matrimonio inter ipſum I. & B. & extendatur.

Item inquirendum eſt,qualiter dicta F. fuit, & erat virgo ante coitum,quæ paſſa eſt a dicto I.ſuo patrẽ, vt per eius depoſitionẽ cum iuramẽto factam,cõſtat, quæ reproducitur.

6 † Creditur enim de virginitate mulieri cõtra delinquentem in eam: vt per Alex. coſi.129.in 6.lib.

Item inquirendum eſt,qualiter d.F.poſt dictum nepharium coitum,vbi peruenisſet ad notitiã curiæ,ab ipſa curia tradita matronis in talibus expertis ad inſpiciendum, reperta fuit, & eſt ſtuprata, & prægnans.

Item inquirendum eſt,qualiter in dicta ciuitate Salerni fuit,erat,& eſt publica vox & fama inter homines,ꝙ maior pars ſint, & quidẽ nõ maleuoli,&c.quòd dictus I. commiſit & patrauit nepharium coitum cũ d.F.ex quo nephario coitu ſit ſtuprata & effecta prægnans. & ſequatur.

Item inquirẽdum eſt,qualiter dictus I.ſemper fuit viſus & auditus tenere, tractare, & reputare d. F. vti ſuam filiam legitimã & naturalem,& quòd ſciebat ac ſcire poterat fuiſſe,& eſſe ſuam filiã, & ſequatur.

Item inquirẽdum eſt,qualiter fuit viſus & auditus dictus I.pluries oſculari dictam ſuam filiam,& ponere manus ſubtus ueſtes,& ad pectus per laſciuiã,& ſequatur,

Item inquirendum eſt,qualiter dicta F.pluries fuit audita conqueri dicto I. ſuo patri de dicto coitu,ad quod ipſe Io.ei dicecet,quòd taceret, & nemini diceret, quòd id euulgatum vtrique periculo foret. Et fiãt alia capitula ꝓut facti ſeries requiret.

*¶ Defenſiones & exceptiones aduerſus coitum nepharium.*

XCEPTIONES & defenſiones, quæ probandæ offeruntur,&c.ſequatur, vt ſupra mutatis perſonis,& ſpecie delicti.

In primis reuocetur,& acceptetur, vt ſuprà.

Item excipiatur vt ſuprà,de bona vita cõditione,& qualitate d.I.

Itẽ de bonis & perfectis moribus, & de bona conſcientia.

Item excipiatur de matrimonio contracto inter ipſum,& B. eius vxorem

Item excipiatur, quòd contracto matrimonio inter ipſum,& B.carnaliter eam cognouit conſummando matrimoniũ taliter, vt eam inpregnauit.

Item,quòd eam prægnantem reliquerit pro fiſcendo extra regnum, & quindecim annos abfuerit.

Item, quòd poſtquam redijt reperijt ſuam
vxorem eſt mortuam,& d.F.in domo ſua
quã iuſta credulitate dictus credidit eſſe
8 pediſſequam domus,& non filiam.† Ille
autem,qui ignoranter committit nepha
rium coitum per viam fornicationis, nõ
punitur pœna mortis, ut aliàs puniretur,
ſi nõ ignoranter commiſiſſet,ut bene no
tat Grilla.in tract.omnifa.coi.pœ.in 2.q.
circa fi.vbi multa habebis de hoc crimi-
ne.uideatur in facti contingentia.

Itẽ uideatur, ſi poteſt excipi & ꝓbari, quòd ab alio fuerit cognita, & aliter excipiatur,vt qualitas & natura facti expoſcerit.

*¶ De forma capitulorum in crimina inceſtus.*

CApitula ſpecialis inquiſitionis factæ & faciendæ ex mero curiæ officio nec non ad denuntiationem. F.baiuli iurati,ac denuntiatoris dictæ curiæ, &c. ſequatur,ut ſupra, mutatis perſonis,& ſpecie delicti.

In primis inquirendum eſt,qualiter de præſenti anno,&c. de menſe,&c. regnãtibus &c.dominante,&c.ſub præſidatu,&c.in ciuitate Salerni,& ꝓpriè,&c. dictus D. ſuis iuribus non contentus, animoque diabolico inſtigatus, & ſpiritu nequam ductus,non aduertens quàm graue ſcelus ſit inceſtus crimen committere,cum ſua cognata,carnali ſorore ſuæ uxoris,nominata D.rẽ habuit,ipsãque ſtuprauit,cõmittẽdo inceſtũ, & prægnãtẽ reddidit pluries eã carnaliter cognoſcẽd. quocirca incidit in pœnam à iure ſtatutam,quod inquirẽ

dum



dum eſt,&c. & infrà particulariter deſcribetur.

8 ¶ Crimen enim inceſtus committitur cũ conſanguineus affinibus aſcendentib. ac deſcendentibus, quocunque gradu vel ſexu coniunctis, & eius lineæ tranſuerſalis hominibus,in qua matrimoniũ eſt ꝓhibitum, omnis inter tales coitus,eſt inceſtus, vt dicit gl.in rub. C.de inceſt.nup.& l. qui contra legum.in auth.inceſtas. & in auth. ex complexu.eod.tit.& hæc non ſolum intelliguntur de illis, quæ ſunt coniunctæ cognatione legali, ſed etiam de coniũctis cognatione ſpirituali, mediante baptiſmatis vel chriſmatis ſacramento, inter quas etiam ſtãte vinculo ſacramenti,matrimonium illicitum eſt.c.1.2.& 3. per totum. tit.de cogna.ſpiritua.

¶Et in hoc crimine de iure canonico in
9 foro conſcientiæ imponitur pœna ſecun-
dum ius antiquum, clerico erat indicta
pœnitentia decennalis, vt tanto tpe ab in
greſſu eccleſiæ,cõione fidelium,& a parti
cipatione ſacramentorũ, ſe abſtineret.82.
diſtinc.præsbyter. & 27.quæſtione prima,
deuotam.laicus verò ſeptem annis duuta-
xat illa pœnitentia cruciabatur,trigeſima
tertia quæſtione ſecunda. hoc ipſum.ve-
rum, hodie autem ſeptennali pœnitẽtiæ,
tam clerici, quàm laici ſubijciuntur.d ca.
hoc ipſum. aliud tamen in grauioribus,
vt ſi cum matre,filia, maſculo, vel brutis
ſe commiſcuiſſet. in foro autem conten-
tioſo de iure canonico clericus deponi-
tur ab omnibus ſacris ordinib. ac benefi-
cijs officijsq; eccleſiaſticis priuatur vt no.
in c.at ſi clerici.§.de adul.& ibi gl.de iud.
Abb.& cæteri ſcribentes.laicus verò ſi cõ-
miſit dictum crimen in figura matrimo-
nij,idq; ſcienter,eſt excommunicatus, &
fit ſeparatio matrimonij.c.1.& 2. de con-
ſan.& affi.& c.non debet.eod. titu. ſi verè
ignoranter, mitius punitur arbitrio iudi-
cis.& fit ſeparatio matrimonij.d.c.1.ſi ve-
rò committitur in actu fornicationis, tũc
ſi vir ſit coniugatus,priuatur perpetuò,ne
poſſit petere debitum ab vxore,cuius con
ſanguineam vel affinem cognouit, & pri-
uatur inſuper,ne poſſit vxore mortua,alte
ram ducere:ut c.1.2.& c.tranſmiſſæ, de eo
qui cog.conſan.vxo.ſuæ.ſed de iure ciuili
eſt pœna mortis. glo. eſt in l. ſi adulteriũ,
& ibi Bart.ff.de adulterijs, & ibi dicit, ꝙ
eſt eadem pœna in maſculo,& in fœmina
ſed hodie eſt immutatum in fœmina, ſi-
cut pœna adulterij.per auth.ſed hodie.C.
de adul.& hæc procedunt, vbi talis ince-
ſtus committitur per viam fornicationis.
ſed ſi nuptiæ præceſſerunt, & talis coitus
eſt commiſſus in figura matrimonij, tũc
ſi ſciẽter, ſunt ſeparandi,& etiam alijs pœ
nis afficiuntur, de quibus in l. qui contra
legum.C.de inceſt. nup. ſed ſi ignoranter
contraxerunt, parcitur illis. eſt notandũ,
quòd quando per viam fornicationis cõ-
mittitur inceſtus,non fit illa diſtinctio, i-
gnoranter ne an ſcienter,ſed vtroque mo-
do puniuntur pariter niſi mulier ſit mere
trix, vel aliter impudica, tunc enim non
punitur vir pœna inceſtus, ſi modo verè
erat ignarus, vt plene per Paulum Grillã.
in tract.de pœnis omnifariam coitus, ter-
tia q. Vltra prædicta aduertendum eſt, ꝙ
inceſtuoſus vtrunq; infamiam incurrit.c.
conſanguineorum coniunctiones.3. q.4.
vbi tex.et dicit, quòd adeò ſunt odioſi, ꝙ
eos defendentes,& eis patrocinium pſtan
tes ſimilem incurrunt infamiam. Nec o-
mittas ſcire,ꝙ non excuſabilis erit ince-
ſtus, eo ꝙ diceretur fuiſſe cõmiſſum cum
meretrice,& impudica,ſi vir nõ eſſet igna
rus vt ſup. Item inceſtuoſi repelluntur a
teſtimonio.c.infames.6.q.1. Nec poſſunt
hæredes inſtitui, aut aliquid eis legari, &
ſi contrarium fuerit factum, fiſco applica-
tur, cum auferatur vt ab indigno. vt latè
proſequitur Spe.in tit.de inſt.ædi. uerſ.op-
pono.& hæc opinio procedit de iure ciui-
li.Sed de iure canonico eis aſſignabitur a-
liquid loco alimentorũ ſecundum Bar. &
Docto.in auth.ex cõplexu. C.de inceſtuo.
Item contrahens inceſtus nuptias, ipſo in
re priuatur dñio bonorum ſuorum. Ita
Dec.in conſ.235.In caſu magnifici gene-
ralis,in 2.vol.& hoc operatur dictio mox.
in auth.inceſtas.C.de inceſt.nup. & decla
rat Iaſ.in l.2.ff.de iur.iur.Bart.in leg. 1.§.
qui præſens.ff. de ver.obli.Hinc infertur,
quòd nulla alienatio poterit fieri p eum
qui contraxit inceſtas nuptias.& ſi quæ fa
cta fuerit poſt commiſſum delictum,reuo
cabitur.ſecundum Do. Dec. in præalleg.
conſi.Prædicta omnia intellige, vbi matri
moniũ inceſtuoſum ſciẽter & doloſè fuiſ-

 ſet

ſet contractum. Ita Panor. in c. nonnullus cùm glo. extra de iude.

Aduertendum tamen eſt, ad vnum; q; quatenus dixerim ſupra inceſtuoſum puniri pœna mortis, q; nõ vr̃ verum; vbi nõ interueniſſet violentia. Sed vr̃ q; debeat puniri pœna deportationis. ita iureconſultus in l. ſi quis viduam. in verbo deportãdus erit. ff. de quæſtio. Nec videtur reperiri iure cautum, q; olim pœna adulterij fuiſſet maior, quam fuerit pœna ſtupri vel inceſtus; quia lex pariſicat iſta. leg. ſi adulteriũ cũ inceſtu in prin. ff. de adul. Sed de iure digeſtorũ non erat pœna mortis ꝓ adulterio; ergo ſic ꝓ ſtupro, & inceſto. Ita Alex. conſi. 129. ponderatis 6. lib. vbi concludit q; licet per iura Codicis ſit immutata pœna in adulterio, de deportatione in mortem naturalem. l. quamuis. C. de adul. tñ in ſtupro & adulterio iura digeſtorum non reperiuntur immutata. Ergo remanent incorrecta, licet inceſtus æqualem vel maiorem rationem habeat: quia iura quæ in vno caſu corriguntur in alio remanent. l. præcipimus. C. de appel. Et iſtam opinionẽ tenuit Io. Fab. in §. item lex iulia de adulte. & expreſſe Ang. in d. l. ſi adulterium. & Io. de Imo. in c. tuæ. extra de proc. & hanc eandem opinionem tenet Ber. Chouero. in tracta. de publi. concub. in verbo inceſtus. num. 16. & latè dicam in conſt. legum aſperitatem, videatur etiam Boer. deciſio. 318. Et videtur in iſto. Et quid de cognoſcente carnaliter matrem ſuam qua pœna puniatur. Ber. Chouero. in alleg. loco nu. 13. tenet quòd capitali pœna; allegat Frã. Mar. in deciſio. 50. in 2. parte, qui allegat tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu. iuncta gloſſ. ff. de adul. niſi cum mater fuiſſet minor annis.

Item eſt aduertendum, quòd pœna quæ de iure ciuili ꝓ crimine inceſtus imponitur non habet locum pro inceſtu in caſib. poſteà introductis a iure canonico, & iure ciuili incognitis. Voluit Alexã. in d. conſi. 229. & Bermo. Cho. in loco citato. nu. 32.

Item inquirendum eſt, qualiter dictus Dominicus cõtraxit matrimonium legitimè & ſolenniter, interuenientib. omnib. ſolẽnitatibus a iure & conſuetudine requiſitis, cum N. & quod vt vir & vxor fuerunt habiti, & reputati, &c. & extendatur.

Item inquirendum eſt, qualiter cõſtante matrimonio plures procreauit filios ex dicta N. &c. & extendatur.

Item inquirendum eſt, qualiter tam ante cõtractum matrimonium, quàm poſt dicta N. habuit, & habet ſororẽ B. q̃ fuit, erat, & eſt eius ſoror carnalis, nata & procreata ex eodem patre & matre. & extendatur.

Item inquirendum eſt, qualiter dictus D. ſciebat, & ſcire poterat eandem B. fuiſſe & eſſe ſororem carnalem dictæ ſuæ vxoris, &c.

Item inquirendum eſt, qualiter fuit, erat, & eſt publica vox & fama apud hominum dictæ ciuitatis maiorẽ partẽ, dictã B. fuiſſe & eſſe ſororem carnalem dictæ N. & p̃ conſequens affinem carnalem dicti D. &c.

Item inquirendum eſt, qualiter tam de iuris diſpoſitione, quàm de conſuetudine fuit, & eſt in dicta ciuitate prohibitum, fieri matrimonium inter ſororem carnalẽ vxoris, & maritum ſororis carnalis, &c.

Item inquirendum eſt, qualiter dictus D. pluries fuit viſus ſolus in loco ſecreto cũ dicta B. ipſam oſculando, ponendo & tenẽdo manus ad pectus, amplexando, & alia faciendo, quæ citra commiſſionẽ inceſtus, fieri nequeunt, &c. & extendatur.

Item inquirendum, qualiter fuit, erat, & eſt publica vox & fama, &c. & extendatur indicium famæ.

Item inquirendũ eſt de virginitate ipſius B.

Item inquiratur, quòd tradita matronis in talibus expertis, fuit reperta ſtuprata & prægnans.

Item ponantur alia ordine præſcripto per extenſum, prout facti qualitas exegerit.

*¶ Exceptiones & defenſiones aduerſus inceſtum & ſtuprum.*

EXCEPTIONES & defenſiones quæ probandæ offeruntur in curia magnifici Straticoti ciuitatis Salerni per d. inquiſitum de crimine ſtupri cum inceſtu, vt præmittitur commiſſi, ab eo in perſonam B. & ſequatur, ut ſupra.

Reuocatur ac acceptetur, ut ſupra.

Item excipiatur de bona fama, vita, & conditione dicti D. per extenſum.

Item excipiatur de honeſta uita, quã ſemper duxit & ducit, & maximè erga ſuas affines & conſanguineas.

Item



Item excipiatur, quòd ſemper fuit & eſt zelotipus honoris ſuarum conſanguinearũ & affinium.

Itẽ, quòd ſemper fuit viſus & auditus hortari ſuas conſanguineas & affines ad honeſtam vitam ducendam, & reprehendere, ſi quid inhoneſti in eis conſideraret.

Itẽ, quod ſemper adeo vixit honeſtè & caſtè vt meritò dici poſſit eſſe autor colendi bonos mores affinibus & conſanguineis.

Item, quòd ſemper fuit viſus adeò adamare & colere ſuas conſanguineas & affines; vt meritò dici poſſit eas adamaſſe amore paterno.

Item, quòd nunquam fuit viſus committere cum affinibus & conſanguineis actus inhoneſtos.

Item, quòd ſi aliqua vice fuerit viſus oſculari dictam B. id fuit & erat in præſentia ſuæ vxoris, quæ quia videbat id fieri citra malitiam, non ægrè ferebat, & ſi natura eſſet ſummopere zelotypa.

Item excipiatur de impudicitia dictæ B. & de eius malis moribus.

Additio: licet enim aliàs credatur mulieri atteſtanti ſe virginem, vt refert Alex. conſi. 229. in 6. lib. admittitur tamen probatio in contrarium: vna enim probatio tollit aliam, ſicut vnum indicium aliud deſtruit. & vna præſumptio tollit aliam, vt voluit idem Alex. conſ. 77. in cauſa accuſationis. vlt. col. in 1. lib. hinc ſtante ſtatuto quòd de damnis datis credatur damnum paſſo, poteſt nihilominus pars inſtare, quod iudex accedat in faciem loci & inſpiciat damnũ. vt voluit Bal. in l. contra negantem. C. ad l. aq. hinc virginitas deflorata probatur per linteamina ſanguinolenta. Glo. no. in 33. q. 5. & imago. & per Alexan. in l. item apud labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de in iur. mulier enim virgo quæ patitur oſculari ab aliquo habet proximum indiciũ actus venerei. per Andr. Iſer. in c. 1. §. 1. qui no. fe. amitti. Et ſimiliter ſi fuerit viſa ſola cũ viro in camera eſt ſufficiens probatio ad probandum coitum. ſecundum Barto. in l. capite quinto. ff. de adulter. Imò Abb. poſt Hoſtien. in c. præterea. de teſt. dicit quòd ad probandum ſtuprum commiſſum cum alijs, magnum erit indicium, ſi ſolus cum ſola fuerit viſus. c. literis. & cap. 3. loco de præſ. hoc enim probato quærela de ſtupro contra alios non procedit. ſemel enim virginitas corrupta non poteſt reſtitui ſecundum Saly. in l. j. C. de rap. virg. ſcias ergo articulare. Et de hoc dixi ſuprà, in verbo capiat informationem.

Item excipiatur, quòd pluries cõqueſtus fuit cum affinibus & conſanguineis dictæ B. de eius impudicitia dictus D.

Item, quòd dictum Dominicum ob hoc ſummo odio proſequuta fuit d. B.

Et aliter, vt materia facti expoposcerit.

*¶ De forma capitulorum, quando damnatur memoria ob crimen læſæ maieſtatis.*

CApitula ſpecialis inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per curiam magnifici Straticoti Salerni ex mero eius officio cõtra & aduerſus memoriam quondã F. & ſequatur, vt ſuprà, mutatis perſonis & facto.

In primis inquirendũ eſt, quòd de anno, &c. de menſe, &c. regnantibus, &c. dominate, &c. ſub præſidatu, &c. quondam F. ſuis iuribus non cõtentus, animoq. diabolico inſtigatus, non aduertens quòd erat feudatarius Cæſ. Ma. & ad iuramentum fidelitatis obſtrictus, vt proditor ſpretis p̃ceptis Dei & legis, ac poſtpoſitis honore & fidelitate, animo & intentione crimen proditionis & læſæ maieſtatis committendi contra dictam Cæſar. Maieſt. prodijt ſecreta ipſius Cæſa. Maieſta. hoſtibus & inimicis ipſius, propter quam reuelationem fuit directo offenſa Cæſa. ipſa maie. & nonnullæ ciuitates fuerunt debellatæ & deuictæ, quare incidit in pœnam ad id à iure ſtatutam, quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c.

10 ¶ Contra delinquentes in crimine læſæ maieſt. in primo capite tantùm damnatur memoria defuncti, & ſic morte nõ finitur, vt dixi in verbo, item commiſit crimen læſæ maieſtatis, & voluit Ange. de Aret. in li. male in verbo, che hai tradita la tua patria verſi. & bene aduertas. Cæpol. conſi. 17. nume. 6. & 7. Lud. Rom. conſt. 522.

11 ¶ Et in hoc iudicio debent citari hæredes, & ſucceſſores, etiam propinqui, qui veniãt & comparere debeant recepturi copiam capitulorum ſpecialis inquiſitionis forma tæ

&

& formandæ contra memoriam quãdam F.eorum partis, & ad dicendum cauſam, quare nõ debeat damnari dicta memoria aliàs ipſis non comparentibus, procedetur vt iuris erit, citatione verò iſta facta, & cõparentibus formantur dicta capitula, & interrogantur illi ſuper eis, & dabitur copia ipſorum. & ſic procedetur, ſecundum Bal. in conſi. 63. in 4. lib. & in citatione inſeratur tenor capitulorum, vt docet Ang. de Are. in lib. male. in verbo, che hai tradita la tua patria. in verbo. & bene aduertas. ¶ Et pronuntiamus d. quondam F. commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis, & contra imperiũ feciſſe, & idcirco bona eius eſſe commodis fiſci applicanda, vt voluit gloſſ. inſti. de hære. quæ ab inteſta. deferun. §. per contrarium.

Item capitulentur ſucceſſiuè omnia capita criminis læſæ maieſtatis, ſuper quibus prætenditur defunctum incurriſſe, & eſt aduertendum, quòd debent eſſe contenta in primo capite, non in ſecundo, vt dixi ſupra in verbo, item commiſit crimen læſæ maieſtatis.

*¶ Exceptiones & defenſiones aduerſus crimen læſæ maieſtatis.*

EXceptiones, quæ probandæ offeruntur in curia magnifici Straticoti Salerni per G. & A. filios & hæredes quondam F. eorum partis in cauſa vertẽte inter ipſam curiã inquirentem ex vna, & memoriam dicti quondam F. inquiſitam ex altera, de & ſuper prætenſo crimine læſæ maieſtatis, vt aſſeritur, commiſſo per dictum quondã F. & aliàs, vt in actis aſſeritur contineri: & ipſos exponentes citatos pro ſuo intereſſe, & ſequatur. ¶ In primis opponitur, quòd eſt elapſum quinquennium à die prætenſi criminis, quo caſu præſcriptum eſt iuri inquirendi de dicto crimine contra memoriam: vt firmat Ange. Aret. in libr. male. in verbo, che hai tradita la tua patria. verſiculo, & bene aduertas.

Et ſi dicta exceptio non competierit, formes exceptiones & defenſiones ex his, quæ dixi ſuprà in verbo, item commiſit crimen læſæ maieſtatis. per tranſcurſum.

*De forma capitulorum in crimine incendij.*

CApitula ſpecialis inquiſitionis factæ & faciendæ ex mero curiæ officio, per curiam magnifici Straticoti ciuitatis Salerni contra & aduerſus V. de & ſuper incendio, ſequatur, vt ſupra, mutatis mutandis.

In primis inquirẽdum eſt, qualiter de anno, &c. de menſe, &c. regnantibus, &c. dominante, &c. ſub præſidatu, &c. in ciuitate Salerni, & proprie, vbi dicitur, &c. in dicta ciuitate dictus V. ſuis iuribus non contentus, &c. temerè, dolosè, ſcienter, & appenſatè, animo & propoſito comburendi D. & eius domũ, bona, ac familiam, ignem immiſit in dictam domum, taliter, vt niſi auxilium Dei interueniſſet, nedum D. cõbuſtus eſſet, ſed etiam eius familia, & alia dãna illata eſſent dictæ ciuitati, & licet domus ſolùm combuſta cum bonis ſit, incidit tamen propterea in pœnam in tales à iure ſtatutam. quod inquirendum eſt, &c.
13 quod fuit, &c. ¶ In materia illius criminis incendij in regno habemus vnam cõſtitutionem, inc. p. qui dolosè, in titu. de incendi. qua puniuntur incendiarij pœna mortis ſi dolosè ſit factum incendiũ, vbi And. de Iſer. & ibi poſt eum Affl. dicunt id procedere, quandò domus, in qua factum eſt incendium, erat in ciuitate, ſecus, ſi in pago. & eſt ratio, poterat enim maius & grauius periculum reſultare in ciuitate, quàm in pago. item debet haberi ratio, an ille, qui impoſuit ignem, ſit vilis perſona. item an illa domus combuſta ſit pretioſa, an vilis. item an propter incẽdiũ aliquis homo ſit mortuus, an nõ. itẽ an ille, qui incendio fecit ſit ſolitus committere incendium, an non. nam ſecundum eos conſiderata qualitate perſonæ, delicti, habet locum dicta pœna mortis. habet ergo iudex arbitrium cõdẽnadi ad pœnam deportationis cum publicatione bonorũ, vel mortis, vel incẽdij, conſideratis prædictis, vt habetur in conſti. qualitas perſonæ. & cum iſtis conſiderationibus dicũt Iſer. & Afflict. in conſt. prædicta. & vide per Ange. de Aret. in lib. ma-
14 leſi. in verbo, incendiario. ¶ Et de materia incendij vide Grammat. in deciſ. 3. & Afflict.



flict. in conſtit. ſuper inciſionibus. & in deciſio. 57. & Alex. in conſi. 74. in 6. libro. vbi tractat quomodo poſſit probari in incendio dolus abeſſe. & Bald. in conſi. 77. in 3. lia. & Bart. Cæpo. in conſi. 69, & Bar. Soci. in conſi. 222. & Bal. in cõſi. 441. pri. libro. & Bal. in conſil. 174. in 2. libro. & Calca. cõſi. 64. nu. 13. & cõſi. 61. 62. & 63.

Item inquiratur de inimicitia d. Vicẽtij, & D. extendatur.

Item inquiratur de eius mala fama, conuerſatione, & conſuetudine delinquendi.

Itẽ inquiratur factũ immiſſionis ignis particulariter, & damnum ſubſequutum.

Item inquiratur damnum, quod potuit inferri.

Itẽ inquiratur de utilitare immittẽtis ignẽ.

Item inquiratur, quòd domus erat precioſa, & in ciuitate.

Item inquiratur de omnibus alijs indicijs, quæ poſſunt haberi.

*¶ Defenſiones & exceptiones aduerſus iſtud delictum.*

EXceptiones, & defenſiones, quæ probãdæ offeruntur.

In primis excipiatur de amicitia incendiarij prætenſi cum eo, in quem prætẽditur factum incendium.

Item excipiatur de bona fama, vita, cõditione, qualitate, & bona cõſciẽtia ipſius prætenſi incendiarij.

Item excipiatur, quòd nunquam fuit ſolitus committere incendia, nec alia delicta.

Item excipiatur de qualitate domus combuſtæ, ut quæ uilis ſit.

Item excipiatur, quod licet ſit in ciuitate, ſit tamen ubi nullum damnum potuerit inferri uicinis ex dicto incendio, prout & nullum intulit.

Item, quòd ex dicto incẽdio nullus ſit mortuus.

Item, quòd nulla pretioſa bona ſunt cõbuſta, ſed aliqua parui pretij.

Item excipiatur, quòd ille cuius domus cõbuſta eſt, multos habet inimicos in ciuitate.

Item, quòd nimis eſt rixoſus, & ſcãdaloſus, & aliter, prout fuerint indicia in contrarium.

*¶ De forma capitulorum in vulnere.*

CApitula ſpecialis inquiſitionis formatæ & formandæ per curiam magnifici Straticoti ciuitatis Salerni ad querelam T. contra & aduerſus, &c.

In primis inquirẽdum eſt qualiter de anno &c. regnantibus, &c. dominãte, &c. ſub præſidatu, &c. in ciuitate Salerni, &c. & proprie, &c. dum ſtaret, moraretur, & eſſet pacificè & quiete ſub protectione Dei & Cæſa. maie. nemini iniuriam inferendo, ſed ſua negotia peragendo, d. T. in loco prædicto, nulla precedente cauſa, ex abrupto F. vel G. ſuis iuribus nõ contentus, ſed animo diabolico, inſtigatus, & ſpiritu nequam ductus, non aduertens, &c. in ipſum mẽſem euaginauit, & plures ictus intulit taliter, ut ei vulnera inflixerit, quæ manifeſta eſſẽt, quare incidit temere, ſcienter, & appenſatè in pœnã in talibus a iure ſtatutã. quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c.

Item inquiratur de inimicitia.

Item inquiritur de fama.

Item inquiratur de nimis.

Item inquiratur de qualitate vulneris.

Itẽ inquiratur de mala fama vulnerãtis, & ſic de ſingulis, prout facti qualitas exegerit, cum non poſſit dari certa doctrina.

15 ¶ In crimine vulneris eſt ſciendũ, quòd in regno eſt prouiſum per iura municipalia ipſius, videlicet per conſtitutio. regni incip. ſi quis aliquẽ. qua cauetur, quod vulnerans aliquem enſe animo occidẽdi, ſi non eſt ſequuta mors, punitur pœna manus, qua percuſſit. poſtea vero ſuperuenit capitu. regni inci. ſiquis cum rõcha. quod venit ad declarationem & extẽſionem d. conſtitutio. ſi quis aliquem. quia cum per eam ſolum dicatur vulnerantem enſe puniri pœna manus, & nõ dicat de alijs armis, per dictũ capitulũ eſt prouiſum, vt ſiue enſe ſit factum vulnus, ſiue rõcha, manaria accepta, ſe alio quocunque inſtrumẽto, habet locum pœna manus. poſtremò autẽ ſuperuenit c. ad perſonarum. per quod limitatur dicta cõſtit. ſiquis aliquẽ. vt ita demum procedat id quod in ea dicitur, ſi vulnus illatũ fuerit lætale, uel aliter debilitans membrũ, uel deformãs & vulnerans,

neraus,ſit homo malæ conditionis & fa-
mæ,& ſimilia patrare ſolitus.aliàs pro mo
dico vulnere non habet locum pœna ma
nus,ut etiam firmat & refert Afflict.in d.
conſti.ſi quis aliquem.in 2.not.& dicam
16 ibi. † Vbi plus dicit,qđ ſi eſt tale vulnus,
per quod non ſit debilitatum membrum.
nec ſit remanſura cicatrix,& vulnerans ſit
aliàs bonæ cōditionis,uitæ,& famæ,& nō
eſt concordia partis,poteſt iudex condem
nare vulnerantem ad pœnam pecunia-
riam per ſententiam definitiuam, & pars
quærulans non poteſt conqueri,maximè
ſi ꝓbauit,quòd nō in contēptū,ſed in le-
gis rixa impræmeditatè ſit ſequutum vul
nus,quia tūc etiā ſi vulnus ſit lætale, non
habet locum pœna manus, ut per Afflict.
ubi ſuprà.& etiā poteſt probari;quòd pro
uocatus id fecerit, qua ratione ceſſat pœ-
17 na manus. † Quòd ſi aliquis vulnerauit
in facie aliquo uaſe uitreo uel terreo, an
habeat locū pœna manus?dicas,quòd nō
vt dicit Ang.in l.armatos.ff.ad Iul. de ui.
18 pu.† Et idem dicas de vulnerante aliquē
baſtono, uel lapide,uel plumbo,quòd nō
teneat pœna manus ut firmat Iſer.& Affl.
19 in d.conſtitu.ſi quis aliquem. † Et quod
vulnus dicatur lætale,uide Cæpol.cōſ.28.
nu.20.& conſil.61.& conſi. 40.nu. 26.&
Marſil.conſil.7.nu.28.1.lib.& numer.30.
& quòd conſtitu. ſi quis aliquem habeat
locum in hoc vulnere,& nō in paruo,ui-
de Ang.de Are.in lib.malef in uerbo,una
alia percuſſione in fi.Marſi.in cōſi. 80.nu
me.22.& conſi.71.numer.4.& conſi. 103.
nume.17.& Affl.in d.conſtitu.ſi quis ali-
quem.& in conſtit.aſperitatem. 4.colu.in
princ.& vulnus lætale dicitur id,quod ita
iudicant medici,& an,& quādo ſtetur di-
cto unius,& quando requirantur plures,
per Ang.& Augu de Ari.in addi.in libro.
male.in uerbo,una alia pcuſsione.in prin
20 cip.† Et quando dicatur remanſura cica-
trix,dic,quòd quando remanet aliqua de
turpatio poſt ſanatum vulnus, uel quādo
reſtat deformitas,ut bene declarat Angel.
21 in lib.male.in uerbo,cicatrix.† Et aduer
tas, quòd ſi aliqui medici ex parte curiæ
deponāt vulnus fore lætale,in defenſioni
bus adhibebis peritiores medicos,qui a il
lis ſtatur,& in exceptionibus articules de
pauca experiētia illorum pro curia & de
magna peritia illorum,qui producuntur
ad defenſionem,ſed ſi ſunt periti & docti
illi,qui deponunt pro curia,adhibeantur
alij pro defenſionibus;qui ſint æquè peri
ti,& pares uel plures nu.quia ſtabitur ma
gis illis,qui deponūt pro defenſionibus,
quàm ad inſtantiā curiæ,ut dicit Ang. in
li.male in uerbo,cicatrix.in fine.licet Bal.
in.c.1.qui mo.feu.amitta.in 6.col.tenue-
rit,quòd ſi medici diuerſimode deponūt
in dubio,iudicādum eſt contra percuſſo-
rem,& ſic in fauorem curiæ.& ita aliàs ſe
quutus fui ſimpliciter doctri.Bal.in appa.
quē feci ad prag.de ictu balliſtæ.nunc au
tem ſequor opi.Ang.quæ innititur æqui-
tati,& hanc probo per tex. cum glo. in c.
clerici.81.diſtin.& per Bald.in l.data ope-
ra.C.qui accuſ.nō po Pet.de Anch.in cōſ.
22 285.† Et aduertas,ne erres,& vt ſcias pra
cticare & defendere clientulum tuū vul-
nerantem, compareas coram iudice, &
petas,ut mittant medici ad inſpiciendum
vulneratum,ex quo vulnus non eſt mor-
tale,ut eo viſo poſſint deponere de eo.ut
non producantur teſtes priuſquam præce
dente tua inſtantia,medici acceſſerint de
licentia & electione iudicis , & facias,ut
antequam uadant iurent corporaliter ta-
cti ſcripturis ſe ueritatem dicturos, his
enim ſequutis,& facta relatione,plenè eis
creditur,ut optimè docet noſter Afflict.in
conſti.qui de alto.in 6.not. & eſt mēte te-
nendum,& ad hanc materiam vide Tira-
23 quel.in trac.de nobi.c.31.nu.373.† Et vt
ſcias practicare.d.c.ad peruerſorū.& quā-
do dicatur membrum mutilatum uel de-
bilitatum,uide Ange.de Areti.in lib. ma-
le.in uerbo.membrum.ubi latè diſputat,
an digitus dicatur membrum , adeò ut ſi
digitus ſi debilitatus, non poſſit fieri com
mutatio pœnæ uigore dicti capituli,ad ꝑ
uerſorum.& dicit,quòd ſi ea debilitatio-
ne digiti debilitetur manus,uel reddatur
inefficax,ut contingit in pictore,cuius ſi
pollex debilitetur,etiam manus redditur
inutilis,dicitur tūc mēbrū debilitatū,nō
aliter,ſed ad cautelam adhibēdi ſunt me-
dici & periti qui habeant uidere & inſpi-
cere,nunquid membrum ſit debilitatū,&
nunquid ex digito debilitato ſit debilita
ta manus,& eius dicta redigantur in acta;
& pari modo ſcribatur , quānā percuſſus
artem



artem exerceat,ut ſic ſciatur num cōmu-
tatio fieri poſsit, an non,uirtute d.cap.ad
peruerſorum.

¶ *De forma capitulorum homicidij.*

Capitula ſpecialis inquiſitionis formatæ
& formandæ.

IN primis inquirendum eſt:quòd regnan
tibus,&c.dominante,&c.ſub præſidatu,
&c.de anno.[&c. de menſe]; & in loco, &c.
& propriè,& c.T.G.& Ant.alij alijs auxi-
lium dantes, temere,dolosè , ſcienter , &
appenſate, animo & intentione occidendi
S.prout iam occiderunt,communicato cō
ſilio ipſum S. inſiluerūt pluribus & diuer
ſis ictibus & percuſsionibus,enſibus & rō
ca percuſſerunt & vulnerauerunt,ità & ta
liter,vt ex vulneribus & percuſsionibus il
lico mortuus fuit & eſt, idque alij alijs,&
alter alteri aſsiſtentes,vt habilius & cōmo
dius maleuolum ſuum animum effectui
traderent, prout iā tradiderunt , quapro-
pter inciderunt in pœnam a iuribus & re
gni cōſtitutionibus in tales ſtatutā & ordi
natam,ꝙ inquirendum eſt,&c. ꝙ fuit. &c.
24 & infra particulariter deſcribet, † Mate-
ria homicidij eſt ſatis nota,ideo parum in
ſiſtam:ſolum ſciendum,quód quando for-
mantur capitula homicidij cōtra plures;
omnes vna pœna eademque, poſsint puni-
ri,neceſſe eſt capitulari . ut in hac forma,
quod videlicet alteri alter aſsiſtebat,ut ho-
micidium facilius committerentur, aliàs
ſi ſimpliciter capituletur,aliquos aſtitiſſe
armatos,non tenent illi de eo,quód ſit,ſed
de eo, quód per ipſos ſit, ut optimè docet
Ang.de Are.in li.male.in verbo, dicto ma
leficio, ſemper aſtitit in fine:& credo dixiſ
ſe ſupra.in verbo , capiat informationem.
25 † Item eſt aduertendum,quòd quādo sūt
plures inquiſiti, quorum alter alteri auxi
lium dedit , non debet dici in capitulis,
alter alteri auxilium dando , ſed alij alijs
auxilium dando.aliàs annullarentur capi
tula.& inquiſitio,ut plene per Ang.in loco
de quo ſupra,licet in regno parū curetur
de iſtis formulis . per ritum magnæ curiæ
uicariæ reginæ Iſabellæ,de quo ſupra mē
tionem feci in verbo], audiantur exceptio
nes proponendæ.Sequantur poſtea alia ca
pitula particularia ſuper quolibet indi-
cio ex proceſſu apparente, ordine præſcri-
pto in alijs.

## SEPTIMA PARS
principalis.

¶ De laudibus & fructibus officiorum
Rubri.

*SVMMARIVM.*

2 *Magiſtratus ſunt uenerandi & honorandi.nu.*
*2.4.5.*
3 *Magiſtratus ex officijs conſequuntur nobilita-*
*tem.*
6 *Iniuria in magiſtratum atrocius punitur.*
7 *Magiſtratus etiam a parentibus uenerandi*
*ſunt.*
8 *Imperatores exercuerunt officium.*
9 *Iuriſconſulti exercuerunt officia.*
10 *Officiciorū fructus ſunt mors,carcer, & calami-*
*tates.*

## IVDEX.

ET ut finem huic praxi criminū impo
namus,non abſurdum & extra rem pu
tauimus aliqua ſummatim in mediū affer
re de laudibus fructibusque officiorum &
1 magiſtratuum . † Et primo exordium fa
ciendo a ueteri & nouo teſtamento, eſt ſci
endū magiſtratus poteſtates & principes
a Deo præcipi colendos,ſumma reuerētia
habendos , & nullo pacto execrandos , ut
Exo.capite 22.in fin.de quo in act.Apo.c.
23.ipſe enim qui cuncta fecit & regit,ma-
giſtratus in populo creauit , ut Numer.c.
20.in fi.& Sapien.c.6.& Petri.1.2.capitulo
hinc Apoſtol.ad Rom.c. 13. inquit omnis
anima poteſtatibus ſubdita ſit . non enim
eſt poteſtas,niſi a Deo;quæ verò ſunt po-
teſtates, a Deo ſunt ordinatæ,itaq; quiſqs
reſiſtit poteſtati,dei ordinationi reſiſtit.qui
autem reſiſterint, ſibi ipſis iudicium acci-
pient, & cetera hinc quia populus aduer-
ſus Moſen murmurauit in deſerto iuxtà
aquas contentionis , cum eſſet poteſtas a
Deo conſtitutus in populo,uarijs plagis &
pœnis affectus fuit, vt legitur Nu .100.20.
hinc poteſtas in populo,miniſter Dei dici
tur,ſecundum Apoſt.in d.ca.24. hinc exē-
plo

plo Dauidis , quiSaulem ſuum inimi.
cum , & olim poteſtatem & magiſtratum
in populo, cum Deus in ſuas illum manus
nus tradidiſſet, ut facile occidere uale-
ret,territus maieſtate prioris officij.& di
gnitatis,& reuerentia quæ ei ob id debe-
batur, liberum dimiſsit de propria ſalute
minime curans habetur lib. 1. Samu,c.26.
quique nuntiantem ſe Saulem interfeciſſe
præ lachrymis continere non ualens,inte-
remi iuſsit:ut. lib.2. Reg. c. primo mone-
mur,quod magna reuerentia magiſtratib.
debetur,& quòd maxima authoritate tuē
tur.hinc magiſtratuum creatio & ordina-
tio tot ſolemnitatibus & obſeruationibus
per Deum fiebat ut in Iudicium Regũque
libr. legitur:hinc Prouerb.capitul.20.ſcri
bitur in hæc uerba. terror regis perinde
ut rugitus leonis., qui illum prouocat ad
2 irã peccat contra animam ſuam . † Quid
ergo de noſtris cenſendum ſit,habemus,au
di.cũ Imperator,q.ē princeps & dominus
totius mũdi,ubique terrarũ habeat defen-
dere eccleſiã & iura eius nec poſsit hoc ef
ficere in propria perſona,neceſſe,ē ut con-
ſtituat iudices & officiales,qui ei cõſilio &
auxilio poſsint prodeſſe in defenſione rei-
publicæ & eccleſiæ . conſtituit igitur hac
de cauſà hos officiales & magiſtratus, &
his obiēdum eſt ex præcepto domini ſicut
eccleſiaſticis extra.de maio.& obe.c.ſolitę
&c.omnes & de cenſi.& pro c.omnis anima
hæc Hoſtien in ſumma de offic. or.§.quis
poſsit conſtituere.ſuper uerbo, principes.
& horum officialium & magiſtratuum pro-
prium,iudiciũ, iuſtitia., liberare de manu
calumniantium ui oppræſſos, peregrinos,
pupillos,& uiduas,quæ facilius opprimun
tur.a poteſtatibus,præbere auxilium.
3 † Maximam proinde magiſtratus & pote
ſtates propter officia eis commiſſa. conſe-
quuntur autoritatē & prærogatiuã hinc
dicit Bar.in l.iudices.C. de dignita.eos cõ
ſequi ex officijs nobilitatē.hinc Archi.ſin
c.1.de cõnſue.lib. 6. inquit, quod dignitas
eſt habere iuriſdictionem cum adminiſtra
tiõe,quod & ſequitur Colle. in c.forus.co
lum.2 verſ.iudex doctor.de uerbo ſignifi.
ubi & idem prorſus dicit,quod dixit Bar.
in l.conſtitu C.colum.3.uer.circa.hoc.ubi
inquit,doctores eſſe conſtitutos in dignita
4 te,quòd iudicandi ius habeant † Hinc ma
giſtratibus magnus honor impendi debet,
quod aperte demõſtrat Calliſtratus iuris
conſultus in l.ſemper,in pri.de iur.immu.
& præcipit Imperator honorem iudicibus
impendi,quod & cenſet Papa.in cap.ut de
bitus.de.appell.quibus concinit tex.l.2.§.
1.ibi iure honoris.ff.quod me cau.& l.j.ibi
iudicium dignitatis tuendæ & decoris cau
ſa. & l.obſeruandum in fi. ff.de offi.præſi.&
l.ult.in princ.C.quando pro.non eſt neceſ
ſe.cum dicitur, omnem honorem ſaluũ iu
5 dicibus reſeruantes . † Hinc alibi dicitur
iudicis officium:id eſt iudicãdi munus;eſſe
honorem:ſecundum Ioan.Andr.in c.paſto
ralis.col.2.in uerbo, onere. per illum tex.
in uerbis honore & onere. extra de offi.or,
6 † Hinc illi antiqui uerisſimi rerum mode
tores multo eſſe cõtumelioſiorem ac atro
ciorem, adeoque etiam atrocius puniendã
cenſuerunt iniuriam, quę ſit magiſtratui,
quam quæ priuato. ut atteſtatur Ariſtote
les li.proble.19.cap. 14. in fin. & Fab li.6.
oratoriarum inſtitucionum. & noſtris quo
que legibus ſtatutũ eſt. in l.prætor § ult.
de iniur.adeo ut ſingulariter dixerit Bal.
c.1.§.iniuria.in primis uerbis.in tit.de pa.
iur.firman. quòd ſi quis daret alapam offi
ciali propter priuatam inimiciam,poſſet
capitaliter puniri,& hoc habet locum ne-
dum durante officio,ſed etiam finito pro-
pter reliquias & memoriam priſtinę digni
tatis,ſecundum Bal.in l.obſeruare.§.profi
ciſci.colum.4.uerſi.7.quæritur.ff.de offic.
7 procon.& leg et. † Hinc adeò ueteres pñori
bus honorem impendi ſcripſere, ut etiam
ipſi a parentibus,ceſſante omni lege natu
ræ,ut ſuperiores reuerẽter colerentur,cu
iuſmodi factum de Fabi. Maximo retulit
Claudius Quadrigarſius in annaliũ ſuorũ
lib.6.his uerbis, cum facti eſſent conſules
Sempronius Gracchus iterũ, & Q. Fabius
Maximi filius,eius qui priore anno fuerat
conſul, ei conſuli pater proconſul obuiã
equo uenit neque deſcendere noluit,quod
pater erat lictores non auſi ſunt deſcen-
dere iubere ubi iuxta uenit., tum conſul
ait.deſcendere iube, q. poſteaquam lictor
ille,q apparebat , cito intellexit,Maximũ
conſulē deſcendere iuſsit, unde poſtea no
ſtris legibus ſtatutum eſt., filiumfamilias
iudicem ius præcipiendi cogendique ha
bere ĩ patrē l.ille, a quo. §.ult. & l.ſeq.ff
ad



ad Trebe.hinc Bal.in l.ſenium.ſtatim poſt
princip.C. qui teſta.fa.po.maiorem eſſe af-
ferit authoritatem magiſtratus quàm pa-
8 tris. † Hinc adeo iudicandi munus honorē
& maximam authoritatem priſci impera-
tores cẽſuere,vt & ipſi perſonaliter iudicã
di munus exercere non dedignati fuerunt:
vt apud Sueto.in Octauij vita, cap.33.vbi
ipſum aſſidue, & in noctem nonnunquam
ius dixiſſe ſcribitur. & habetur idē de Ve-
ſpaſiano , Domitiano, Traiano, Adriano,
Aurelio, Marco , Maximo , Antonino, de
Aurelio ſcribitur in l. non putabam. ff. de
condi.& demon. & in l. Romanus.ff.de tu-
to.& cura.da.ab his. & de Marco & Maxi-
mo in leg.extraneo.ff.de quæſtio. & in leg.
mulier ad ſena.Trebe. & de Antonino in l.
Aemilius.ff de mino.& in l. proximè.ff.de
his, quæ in teſta.delen.& de Commodo in
l.Procula.ff.de probat.& l.1.§.ſi cohęredes
ff ad l.Fal.& de Seuero,& Antonino Cara-
calla in l.minor autem.§.1.ff. de minor. &
de Iuſtiniano in authen. depoſi. in princ.
& in authen.vt exac inſt.dot.in princ.& de
Federico in l.imperialem.in princ.ibi, pro
tribunali ſederemus.de pro. feu. alien per
Fed & alios imperatores in l. Offidius. ff.
de leg.3.in l. imperatorib. de iure fiſ. & in
l.vlt.ff.quod cum eo.& ex recentiorib. no-
ſter inuictiſsimus Carol.5. Imperator pro
tribunali ſedens, ius dixit aduerſus Gan-
dauum ciuitatem in Flandria , cuius ſnĩa
ponitur per Ioan. Mill. in ſua praxi.nume.
119.fol.19.nec minus feciſſe reges legitur.
de Priamo enim rege potẽtiſsimo idem fa-
ctitatum eſſe ſatis conſtat ex Virgilio li.
7.Aeneid. Hoc Priami geſtamen erat,cum
iura vocatis , More daret populis.& alios
pœnè infinitos congerit,qui id feciſſent Ti
raquel.in tracta.de nobilita. in capite. 28.
9 † Quid veró dicam de illis priſcis iurecõ
ſultis , ex quibus fermē tota legalis diſci-
plina effluxit? legiĩ enim & hos aſſeſſores
& iudices fuiſſe, vt Vlpianus, Papinianus,
Martianus, Mutius, Domitius, Appianus,
ac cæteri,quos enumerat Hieron.Cagnol.
in l.2.de ori.iur.in verſ.fin & plenè habe-
tur per Iaſ.in rubri.ff.de offic.aſſeſ.& Paul.
de Caſt.gloriatur ſe fuiſſe aſſeſſorem Car.
Floren.in l.2.& in authen.ad hæc. ad fin.de
iud.& habetur per Cagnol. in l.diem fun-
cto.ff.de offi.aſſeſ.& Bar. excellentiſsimus
doctor fuit aſſeſſor Piſis,& Tuderi, vt ha-
betur per Par.de Put.in lib. ſyndica.in ver
10 bo.docto.fi.col. circa princ. † Nunc autem
promiſſorum memores de fructib. officio-
rum aliqua diſſeramus, & quidem legitur
C. Caſsium a Cæſare in exilium actum
propter officium;Vlpianum cũ ignominia
ab Heliogabalo a dignitate remotũ : Mar-
tianum a Didio Iulio interfectum, ex duo
bus poſterioribus Sabinis,incertum pater,
an filius Heliogabali mandato in tumultu
populi fuiſſe percuſſus,ſic in publico Aemi
lius Papinian. perfectus prętorio iuris aſy
lum ab Ant. Caracalla militum furori ob-
iectus,ſecuri percuſſus obijt, ſic Mutius ,
& Domitius in ſenatu interfecti, & eorum
corpora edicto Marij fluuio immerſa, Ap-
pianus ſcriptum reliquit. Sic decem viri,
a quib. omne ius noſtrum profluxiſſe vide-
tur,partim in carcere, partim in exilio pe-
riere,quibus quantum legalis philoſophia
ad animi tranquillitatem & rempu. tuen-
dã profuit, tãtum magiſtratuum moles no
cuit,vt congerit Hiero. Cagno.in l.2.ff.de
origine iuris. in verſ.fi.num.160 Et Plato
de Dioniſio in epiſtola prima cõqueritur,
ſub his verbis , Imperio quin etiam apud
vos fungens ciuitatem veſtram ſępius cu-
ſtodiui. Tandem veró ignominioſus a vo
bis expulſus ſum,quàm viliſsimum aliquē
expelli conueniat, iuſſus a vobis abire,qui
tum diuturnam operam veſtris ſum cõmo
dis impertitus . Sic è noſtratibus Andr.de
Iſer. euangeliſta in regno propter ſenten-
tiam per ſe dictam , a quodam Gallo Nea-
po.interfectus eſt, vt per Par.de Put.in lib.
ſyndica.in tit.de excep.conſ.in fin. & Ang.
Aretin. pater practicæ & famoſus doct.po-
ſteaquam exercuiſſet aſſeſſoratus officium
Nurſiæ annum carceratus fuit in ſyndica-
tu, & niſi collegia Italiæ homini fauiſſent
capitis ſupplicium ſubijſſet, ut per eũdem
Par.in tit.de offi.ſyndi.in 3. col.ſin fin.quid
ad me ipſo feram ? qui quamprimum ade-
ptus fui auditoratus officium in toto ſtatu
olim P. Salerni poſt aſſeſſoratus officium
in ciuitate Salerni , terra ſancti Seuerini,
alijſq; partibus dicti ſtatus,tanquam ad la
tronem cum gladijs,fuſtibus,& lanternis è
magna curia vicaria exierunt ad me com-
prehendendum , & ſex menſes me carcera-
tum tenuerunt ſub prętextu,quód in terri
ſanct.

ſancti Seuerini nocte quadam quodam preſbytero capto in monaſterio ſancti Franciſci a foraſcitis ferè centum, ad pulſum cãpanæ non tuliſſem auxilium ipſi presbytero, cum eſſem ſolus & ſimplex aſſeſſor, ſed cauſã meæ capturę & carcerationis Deus, qui eſt ſcrutator cordium, ſcit quamobrẽ prudẽter feciſſe putandum eſt Labeonem, qui oblatum ab Auguſto cõſulatum recuſauit. Aul. Gel. c. 29. lib. 10. & cap. 12. lib. 17. quod idem feciſſe legitur & Aulum Caſſelium: fertur & de Octauio, q̃ ſpreuit honores a populo ablatos, & dictaturam magna vi offerẽte populo, genu nixus deprecatus eſt & depulit, ſecundum Sueton. in Octauio. Manlius autem Torquatus cõſulatum recuſauit, quòd diceret, neque ſe populi vitia, neq; illum ſeuoritatem ſuã poſſe ſufferre, teſtis Plinius de viris illuſtrib. c. 28. hinc Seneca, lubrici ſunt (inquit) humanorum gradus aſcenſuũ, tremulus vertex, horrendum præcipicium, ægrè cõſcenditur ad eminentem ſtatum, anxie ibi conſiſtitur, grauiter inde & repente deſcendit: nam & ſæpius ventis agitat̃ ingens pinus & celſæ grauiore caſu decidunt turres, quãtò ſecurior aurea fuerit mediocritas. Verbum etiã veritatis nos hoc admonere uoluit, quód cum cognouiſſet in ſeceſſu mentis, populum ſe velle regem & magiſtratũ creare, abijt in montem. & ſi plura quærit exempla qui fructus ex officijs habeantur, audi in lege veteri quid de ſanctis patrib. legatur. 32. c. Exo. perlege murmurationẽ populi aduerſus Moyſem ſuum ducem & poteſtatem, & ſimiliter in c. 20. Nu. & ex peccato populi Moyſem obiurgatum ibi reperies, quid de Aaron legitur, propter peccatum populi à Deo morti tradito, ut permiſſum non fuerit in terram promiſsionis venire? vt Nu. c. 20. in fin. quid de Dauide? qui a proprio filio Abſalon, imperij cauſa, tot erumnis & laboribus fatigatus, per mõtes & ſyluas inſequutus fuit, ut morti traderet̃, ut lib. 2. Samuel c. 17. iam & Seba filius Bichri ab obediẽtia Dauidis ſe ſubtrahens, congregatione hominum facta conatur ipſum ſolio maieſtatis exuere ut eo. li. 2. c. 20 & varias ille ſemper ꝓtuliſſe anguſtias legitur. legito c. 24. eo quo ſupra lib. ibiq; reperies, quám miſere angebatur Dauid, q̃n triduana peſtilentia populi haud contemnẽdam partem interimeret, ſuamque ipſius domum uaſtaret: & porro ſi recẽſere uellemus totum uetus teſtamẽtũ, infinita exempla de his haberemus. ſed hæc ſufficiant, & ſic impono finẽ huic praxi crimi. ad laudem omnipotentis Dei, beatæq; Luciæ uirginis, cuius feſtũ hodie celebratur. 13. uidelicet die Decemb. anno 1553. atq; in ea praxi ſi quid boni dixerim, Deo optimo gratia & laus, ſin autem mali, meo exiguo ingenio adſc...

F I N I S.



# FRAGMENTA QVIBVS RECENSETVR EA.

## *Quæ in criminibus per ius Regni correcta, addita vel de nouo ſtatuta ſunt.*

## De ſumma Trinitate, & Fide Catholica.

1 REX debet ſacroſanctam Eccleſiam & Catholicam fidem taliter tueri, vt non permittat clandeſtinis perfidijs detrectatorum fidei maculari, ipſam debet ab incurſibus hoſtium publicorum potentia materialis gladij defendere. hoc voluit cõſti. inci. poſt mundi machinam.

### *De Epiſcopis & clericis.*

2 † Clerici pro delictis cõueniendi ſunt coram iudice eccleſiaſtico, niſi de ꝓditione & crimine læſæ maieſtatis, vt habetur in conſtit. incip. de perſonis clericorum ſed ſecundum And. de Iſer. gl. & Afflict. ibi, etiam in iſtis caſibus debent cõueniri co
3 ram eccleſiaſtico iudice dixi ibi. † Nõ eſt licitũ officialib. regijs capere domos clericorum & religioſorũ cauſa ibi hoſpitãdi, nec lectos uel res ipſorum, & ſi de voluntate ipſorum fuerint captæ domus, nõ debẽt ibi tractari iudicia criminalia, q̃d ſi ſecus factum fuerit, poſt emendationẽ damni ſi comes fuerit uel baro, qui cõtra fecerit, teneantur ad pœnam 12. vnciarũ, ſi ſimplex miles, ad ſex, & ſi burgenſis, ad tres, vt habetur in c. item ſtatuimus, quòd domos. hoc c. ſumptũ eſt ex doctrina Bal. in l. 1. C. de epi. & cle. quã refert & ſequitur Par. à Put. in lib. ſynd. in verbo, clericus. uerſic. an apparitor. & intelligitur iſte tex. de domo ad habitandum deputata ſecundum Pau. de Caſt. in cõſil. 45. viſo pũ-
4 cto ſupraſcripto. † Clerici cõiugati in criminalibus non conueniuntur corã iudice ſeculari, in cæteris autẽ nõ differũt à laicis, vt habetur in c. iuſtitiarius nõ exigit. & licet ritus inci. item quòd ſi aliquis voluerit, quòd proceditur cõtra clericum cõiugatum, ſicut ſi ipſe eſſet laicus, tamẽ ꝓcedit & intelligitur in ciuilibus ſed in criminalibus procedit id, quod ſupra, ut
5 dicit Afflict. in conſt. ſi dãna clandeſtina. nume. 33. Dicam ibi. † Clericus ubi corã ſeculari citatur, auditur ſuper declinatoria fori, niſi perſonaliter comparuerit cũ inſtrumento clericatus, & tũc data per eũ petitione de clericatu, datur terminus ad probãdum de ipſo clericatu, atque eo probato fit remiſſio, ut habetur in ritu. incipiẽte, item ſeruat ipſa curia, quòd nullus ritus: & nota, quòd iſte ritus eſt contra ius canonicum, uidelicet contra textũ. c. ſi iudex. de ſententia excõ. lib. 6. ubi ꝓbatio clericatus debet fieri coram iudice eccleſiaſtico, quoties dubitatur de eo, & ſi notoriè conſtet eum eſſe clericum, remittetur ſine cauſæ cognitione: iſte verò ritus habuit ortum ex dicto Bal. in l. ſi quæ per calumniã. C. de epi. & cle. & quatenus ritus voluit, quòd abſque familia remittatur ad eccleſiaſticũ clericus, cõcordat cũ tex. c. quem pœnitet. verſ. oportet. de pœn. diſtin. 1. & idem uoluit ritus incip. Item, q̃d ſi aliquis clericus. Adde quòd in hac ſecunda editione iſtius praxis vidi commentaria Proſpe. Cara. ſuper ritibus, & ſignanter ſuper ritu allegato in ordine ſuo 235. quæ commentaria nunc ſunt in prælo, vbi inter alia tenet, poſſe ſecularẽ iudicem remittere clericum cum catena in collo, ubi caſus enormitas ſuadere, moue-

tur ex doctri. Ange. in auth. de defen. ciuita. & Boer. in deciſ. 323. verſus finem. Tu aduerte quòd expreſſe id negat Boer. eo in loco; licet poſtea ſubdat poſſe remitti ligatum, quod non eſt intelligendũ collo, ſed manibus, nè ſtatim ſibi contradixiſſet, hijs quæ ſuperius dixerat. Itẽ magis ignominioſum apud oẽs reputatur quẽ collo ligari quã manibus. Et hoc eſt ſatis condeceſ; in carcerationibus enim ſatis attẽditur qualitas pſonæ. Ideo dictũ ipſius intellige vt ſupra; ſecũdũ doctrinas quas allegat intelligi debet. Ibi etiã ipſemet, ponit quæſtionem, cuius expenſis remittendus ſit clericus; & tenet, & bene, quòd expẽſis ipſius clerici; intellige niſi ſit pauper. Vt per Couar. in libr. practi. q. c. 33. nu. 5. Item intelligerẽ, niſi clericus reluctaret in remiſſione, quia fortè diceret ſe non clericum, & ſic eſſet lis inter epiſcopũ & clericũ de hoc. Vt ſic dico de

6 vaſallis Baronum. † Clericus denuntians aliquem, debet dare fideiuſſorem, qui ſe obliget, ſi forte clericus cũ reo paciſcatur abſque permiſſa curiæ, uel nõ probetur, nec ſe obligauit clericus, ſed alius ꝓ eo, qui voluntarie promittat. & ſi eſt miſerabilis pſona, non requiritur fideiuſſio. hoc voluit ritus inc. itẽ ſeruat ipſa curia, quòd quando dicit etiam ritus, etiam aliquando non requiri, ſi eſt perſona eccleſiaſtica. Dicit ibi Proſper Cara. quòd quatenus te. dicat de pſona eccleſiaſtica uoluit ſimpliciter dicere de clerico; ſed tu dic quòd voluit dicere de c ericis regularibus vt ſunt monaci & fratres de religionibus. & non de clericis ſecularibus. magna enim

7 inter hos eſt differentia. † Clerici nõ admittuntur ad accuſandũ, niſi ſuã, uel ſuorum iniuriam proſequatur, etiã circa pœnã ſanguinis. ad denũciandũ uerò admittantur cũ obligatione pœnali, facienda per laicum pro parte ipſorum, hoc voluit ritus inci. Itẽ quòd nullus. adde quòd Inno. in c. cum P. Manconella. tenuit, quòd clericus nũquam poteſt accuſare laicum, etiam ſi iniuriam propriam proſequatur. 11. q. 1. c. clericum nullus. refert tamen alios tenere, quòd poteſt accuſare, ſi nõ venit imponẽda pœna ſanguinis. Abb. verò in d. c. cum P. Manconella extrà. de accuſa. diſtinguit, quòd ad vindictam publicã clericus laicum accuſare non poteſt, etiã ſi ueniat imponẽda pœna ſanguinis, adducit c. ſacerdotes. 2. q. 7. ratio eſt, quia accuſatio dicitur genus illaudabilis intẽtionis. 2. quæſt. 7. c. ſi quis. vnde clericus immiſcere ſe non debet. aut clericus proſequitur iniuriam propriam aut eccleſiæ ſuæ, tũc ſi pœna ſanguinis non uenit imponẽda poteſt licitè accuſare laicum, iuribus de quibus per eũ. ſi uerò uenit imponenda talis pœna poteſt accuſare laicum proſequẽdo iniuriam propriam, debet tamẽ proteſtari, quòd non intendit, ut pœna ſanguinis emittatur, ut in c. prælatis. de homicidi. lib. 6. & ibi etiã ponit, nunquid clerici poſſint accuſare clericos, & an laicus poſſit accuſare clericos, ibi per Felin. & qui contineatur appellatione ſuorum, & vſque ad quẽ gradum dicatur, & an iſtud extendatur ad illegitimos ꝓgenitores vel poſteros, & an extendatur ad aliquẽ gradum affinitatis, & an inter conuictos ſit aliquis gradus ꝓlationis in accuſãdo, & an amicus veniat appellatione ſuorum, & an commater vel compater. de his omnibus me remitto ad Bald. in l. 1. C. qui accuſare non po. in 11. col. & nota, quòd iſte ritus de facto ſum-

8 ptus eſt ex doctri. Abba. ubi ſupra in 1. mẽbro. idcirco uide eum ¶ Clerici primæ tõſuræ non gaudent priuilegio clericorũ, ſi non incedunt in habitu, & tonſura, ut habetur in prag. regis Ferdinandi, inci. uniuerſis uide de iure cano. per docto. in c. ꝓpẽdimus. & in c. audientia, & in c. cũ non ab homine. & in c. contingit. el. 2. extrà de ſenten. excomm. & per Aſſli. in conſti. apoſtatãtes. uerſi. 19.

9 † Clerici in criminalibus nullatenus admittantur in teſtimonium, niſi ad defenſionẽ, ut habetur in ritu incipiente, item quòd clerici. pro quo uideatur Thom. Gramma. in conſil. tertio. & quòd ſi aliter ueritas haberi nõ poteſt niſi per clericos, & ſumus in criminibus non ingerentibus pœnã ſanguinis, an admittantur. Abb. in c. de cætero de teſti. dicit, quòd ſic; quem ſequitur Alex. in conſi. 152. in 5. li. in uerſi. ad idẽ. & quòd in ciuilibus nõ poſſint examinari, niſi cũ licentia ſuperioris, ut in dicto ritu, cõcordat cum c. monachi. 16. q. 1. & c. 2. de poſtula. & c. non magno, ne cleri. uel mo. & quòd ſi depoſuit non obtẽta licentia,





centia, & non fuit oppoſitum, an valeat depoſitio? dicerem, quòd ſic: per id, quod dicit Feder. de Sen. in conſil. 403. incip. factum tale eſt. vbi dicit, quòd licet religioſi non poſſint exercere officium exequutoris, niſi à ſuperiore petierint, & obtinuerit licentiam: vt in c. religioſus. de teſta. lib. 6. tamẽ ſi religioſus exequutus fuerit voluntatem teſtatoris, non obtenta nec impetrata venia, & nõ fuerit oppoſitum, valet & tenet. In iſto ritu, de quo hic fit mentio. Proſp. Cara. in hac ſecunda editione huius praxis, in commentarijs rituum, ſub ritu. iſto, ſituato in numero. 144. ſecundum ordinẽ ſuum, affirmat, quòd ſi de facto clerici fuerint examinati, in criminalibus, quòd non facerent indicium, ad torturam. Cuius opinioni, aſſentiendum omnino arbitror.

*De hæreticis, Patarenis, eorumq; recep tatoribus.*

10 ¶ Crimen hæreſeos eſt publicum, & horribilius crimine læſæ maieſtatis. & ſicut in crimine perduellionis eſt pœna mortis naturalis & publicationis omnium bonorũ, & poſt obitum dãnatio memoriæ; ita etiã in hoc crimine. & officiales debent inquirere contra hæreticos; & ſi aliquos notatos inuenerint etiam leui ſuſpitione, faciant eos examinari per eccleſiaſticos iudices; & ſi deprehendantur in errore, & noluerint ad fidem reuerti, viui comburantur; & nullus pro talibus interuenire debet, hoc eſt, quod voluit text. in conſtit. inconſutilem tunicam de iure etiam canonico hæretici puniuntur publicatione bonorum; vt in c. cum ſecundum. de hæret. lib. 6. & in ca. ex communicamus. lo 2. de hæret. & 8. diſtin. c. quo iure, & ſi ſunt laici, applicantur bona fiſco ſeculari, vt dictis iuribus, ſi ſunt clerici, applicantur eccleſiæ, cui ſunt ſubditi; vt ibidem dicitur; & habetur per Petr. de Ancha. in c. vt commiſſi. de hæret. lib. 6. & in c. vergentis. in antiquis, & patet etiam in authen. Gazaros. de ſtatu. con. liber. eccle. & ſi non vult reuocare errorem ſuum hæreticus, & vult ſtare in tenebris, eſt excommunicatus; vt in c. excommunicamus. de hære. item hæreticus deponitur ab omni dignitate, quàm habet. 40. diſtinct. cap ſi papa. & 24. q. 1. c. qui contra pacem. item ſi eſt laicus, etiam de iure communi punitur, quia comburitur; vt l. Arriani. C. de hære. & in auth. credentes. eod. titu. & ſi eſt clericus in ſacris degradatur per proprium epiſcopum conuocatis abbatibus, & alijs prælatis, & religioſis perſonis ac literatis ſuæ diœceſis; vt in ca. 1. de hæret. libr. 6. facta autem degradatione dicit epiſcopus poteſtati ſeculari; quòd recipiat degradatum in ſuum forum; & epiſcopus rogat poteſtatem, vt citra mortem eum puniat. ca. nouimus. de verb. ſign. item punitur hæreticus, quia poſtquam eſt mortuus, non debet ſepeliri in eccleſia, ſed debet carere ſepultura, vt in c. quicunque. in princ. de hære. in 6. Item puniuntur eius filij, quia ſunt inhabiles vſque ad ſecundam generationem ad publicum officium, vel beneficium eccleſiaſticum; vt in d. ca. quicunque. §. 3. item ſi poſtquã deprehenſus fuerit incidiſſe hæreſim, ſtatim & incontinenti vult hæreſim abiurare, debet abiuratio recipi, & ipſe in perpetuum carcerem ad agendam pœnitẽtiam includi; vt in c. pen. de hære. & no. gl. in c. ad abolẽdam. in verbo. recurrere. eod.

11 tit. ¶ Receptatores hæreticorum, credentes, & complices, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegentur; & filij ipſorũ nullatenus ad honores aliquos aſſumãtur, ſed infamiæ perpetuæ nota laborent, & ſi aliquis de filijs iſtis detexerit aliquem Patarenum, reſtituatur in integrum. hoc voluit conſti. Patarenorum. de iure verò canonico tales puniuntur excommunicatione, vt ſuprà dixi per cap. excommunicamus. §. credentes. de hære. item efficiuntur infames & inhabiles ad publica officia. vt in cap. 2. de hære. libr. 6. & concordantiæ ſunt in gl. 1.

*De blaſphemantibus.*

12 ¶ Blaſphemantes Deum & uirginem glorioſam, linguæ maliloquæ mutilatione puniantur, vt in conſtitu. blaſphemantes. ſuperuenit demum regia prag. incip. hac perpetua. qua cauetur, quòd blaſphemãtes puniuntur mutilatione linguæ, & publicatione tertiæ partis bonorum omniũ; & quòd non attenta qualitate perſonarum, ſemper irremiſſibiliter corporaliter debent puniri pœnis, de quibus ibi. hodie verò non mu-

ſcilantur linguæ,ſed tantummodò perforan
tur ferro:& contra tales blaſphemantes nõ
fit proceſſus ordinarius, ſed ſtatim ac quis
conuincitur de blaſphemia, condemnabi-
13 tur.† Et blaſphemans non poteſt repulſare
teſtes,niſi ex capite inimicitiæ arg.l.famo-
ſi.& in l.in quæſtionibus.& ibi no. per Bar
to.ff.ad l.Iul. ma. & dixit Pa. de Pu. in lib.
ſyndic.in verbo,condemnatio. in c. an po-
teſtas.3.col.& Gramma.conſi.15. num.12.
& ibi ſentit,quòd blaſphemans poteſt ſe de
fendere probando negatiuam coarctatam
loco & tempore,vel probando,quòd calore
iracundiæ blaſphemauit, & ſic non eſt ve-
rum,id quod dicebat Par. quòd in blaſphe
14 mia nulla cadit defenſio. † Et an blaſphe
mia Dei dicatur,ſi quis dixerit, al deſpetto
de Iddio, vt puniatur pœna de quo ſupra
Bald.in conſi.477.in 3.lib.tenet,quòd non
ſed contrarium fuit deciſum in ſacro regio
15 conſi.vt in deciſio. 50. † Et de iure canoni
co blaſphemantes puniuntur ſecundũ Ho
ſtien.in ſumma. de male. & in §. blaſphe-
mantes.verſic.grauior etiam pœna arbitra-
ria.& ſequuntur Ioan.And. & Abb. in cap.
2.de male. ſed nouiſſimè in concilio Late-
ranẽſi ſub Leone decimo celebrato, ſic ſta-
tutum eſt,ſi clericus fuerit blaſphemator,
vel ſacerdos, puniri debet in fructibus om
nium beneficiorum ſuorum per vnum an-
num pro prima vice, pro ſecunda verò, ſi
vnicum habuerit beneficium,eo priuari de
bet, ſi autem plura, id debet amittere,
quod ordinarius voluerit, & pro tertia vi-
ce dignitatibus & beneficijs omnibus, quæ
cunque habuerit priuatur,& ad ea vlterius
retinenda inhabilis redditur, adeò, vt li-
bere conferri & impetrari poſſit; vt habe-
tur per Io.Ber.in pract.cri. cano. in verbo,
blaſphemi.de iure verò ciuili erat ſimplici
ter pœna mortis,vt in auth.vt non luxu.cõ
tra.na.§.1. & quæ fuerit ratio minorãdi di
ctam pœnam vide per Afflict. in d. conſti.
blaſphemantibus.

*De apoſtatis.*

16 † Apoſtatantes à fide pœnitus execrantur
& bonis omnibus ſpoliantur,& naufragan
tes à voto vel profeſſione,legibus coarctan
tur, & ſucceſſiones tolluntur, & omne ius
legitimum. hoc voluit conſti. apoſtatan-
tes.hæc conſtitutio ſecundum glo. de du-
plici apoſtaſia loquitur, videlicet, de apo-
ſtaſia fidei,& perfidiæ, in qua nihil eſt im-
mutatum. de iure enim codicis eſt ſimilis
pœna, vt toto titu.de apoſta. & de apoſta-
ſia religionis,de qua traditur ſpecialis titu
lus de iure canonico, vt extrà.eo.tit. & hæc
ſecunda apoſtaſia etiam de iure ciuili puni
tur.nam clericus apoſtata cadit a ſacro mi-
niſterio,& erit inter idiotas laicos illius ci
uitatis,cuius erit:& nihilominus erit curię
illius ciuitatis,in qua clericus erat cum to
ta ſua ſubſtantia, vt in auth.quo. opor.epi.
&c. ad ordi. produ. §. neque autem. & §.
ſemel autẽ,& monachus ſi poſtquàm fuerit
profeſſus,a religione receſſerit, eius bona
erunt monaſterij, & ſi fuerat ſeruus, reuo-
catur in ſeruitutem prioris domini; & ſi
fuerat curialis vel officialis, curiæ officio,
cui ſubiectus fuerat,redditur,& ſi fuerat li-
ber,debet poni in aliud monaſterium cum
rebus ſuis, & ſi rurſus inde receſſerit, de-
bet deputari ad ſeruitium illius curiæ, vbi
fuerit repertus, vt in auth.de mo.§. ſi verò
ſeruitij.& §.ſi quis autem fortè ſemel.& §.
ſi verò delinquens monaſterium. vt plenè
per glo. in d. conſtit. de iure verò canoni-
co,ſi quis recedit ab ordine ſuo ſiue aſſum
pta religione,dimittendo tonſuram vel co
ronam,vel accipiendo vxorem,vel abijciẽ-
do religionis veſtem vel clericalem,redeũ-
do ad ſeculum, illa durante repellitur ab
accuſatione & teſtimonio, & infamis eſt
ipſo iure,vt in c.alieni.in 47. & in cap.bea
tus.3.q. 4. nec poteſt ad dignitatem eligi,
vt in c.legi.16.q.1.& clericus admonitus,ſi
ſe non correxit, deponendus eſt ca.ſine or-
natu. & c. præcipimus.22.q.4.c. ſin autẽ.cũ
duobus ſequẽ.16.q.3.item caret priuilegio
clericali.vt c.1.eod.titu. & procedunt dictæ
pœnæ quoties cõſtat de apoſtaſia.eſt & alia
apoſtaſia inobedientiæ, de qua hic non
tractatur, & pœna eius eſt, quòd durante
apoſtaſia erit infamis, & à teſtimonio re-
pelletur, & excommunicatus. ſecundum
Hoſtien.in ſumma eius tit.§.qualiter puni
antur.& ſi non reſipuerit,degradatur ſecun
dum eum.

*De his qui ad eccle. confugiunt.*

17 † Rei confugientes ad eccleſias, inde non





debent inuiti extrahi,niſi in caſibus a iure
permiſsis:hoc voluit text. c. item ſtatui-
mus,quod eccleſię. & concordat cum l.2.
18 C.eod.tit. & l.præſenti. eod. titu. † Sed ſi
fur exponit res furto ſubtractas prope ec-
cleſiam, & deinde aufugit ad eam,an poſ
ſit capi? dicas quod ſic. ſecundum Pau.de
Caſ.in conſ.471.incip. uiſo caſu propoſito
19 in nouis. † Sed quid faciendũ,ſi aliquis de
facto ab eccleſia extrahitur? poteſt pe-
ti,ut reſtituatur priſtinæ libertati,qa ea
de facto eſt priuatus. ſecundum Bartol.
20 in d.l.præſenti. † Sed an eccleſia interdi-
cta habeat priuilegium? videtur,quod nõ.
arg.cap.pen.extra de immu. eccle.ſed di-
cas contrarium, quia clericus interdictus,
ſuſpenſus,& excommunicatus,retinet pri-
uilegium immunitatis circa manuum in
iectionem,& circa forum.81.diſtin.cap. di
ctum.ſecundum Goffre.quia a Deo datur
immunitas.cap.non delinquit. de his, quæ
fi.a ma.par.cap. ſed quæ pœna imponatur
cõtrafacientibus de iure communi.vide c.
ſi quis contumax.17.q.4. & quod ibi nota
21 tur.† An huiuſmodi immunitate gaude-
at eccleſia nondum conſecrata. gloſ.in c.
pe.de immu.eccle dicit, quod non,ſed Ab
bas,& Hoſti. contrarium tenent, ſufficere
exiſtimantes, quód locus ſit Deo deſtina-
tus autoritate Pontificis, primarium lapi
dẽ imponentis, cum poſtea non poſsit ad
humanos vſus conuerti, vt extra.de reli-
gio.do.ſed videatis Ant.de Butr.in d.c.pe.
22 † Item ſciendum eſt, quòd priuilegium
iſtius c.non habet locum, in officiali, qui
debet ſtare ſydicatui per tex.l.2.C.ut om
nes iud. tam ci. verſ. vel intra ſacroſan-
ctos terminos. & tenet expreſſe Par.de
Pu.in libro ſyndica. in titul.de offic ſyndi.
in verbo, viſo de modo procedendi.circa.
3.column.

*De legibus,& conſtitutionibus.*

23 † Ius Francorum, quod diſponebat.quod
ante litem conteſtatam contumax damna
retur in pœnam priuationis omnium bo-
norum mobilium,& quod contumax in ci
uilibus lite conteſtata, vel in criminalib.
amitteret cauſam,eſt correctum cum alijs
obſeruantijs,hoc voluit conſtit. incip.ſpe
ciale quoddam.

24 † Leges,quæ introducebant probationem
per ferrum calidum, vt appareret nocẽtia
vel innocentia,ſunt ſublatæ.hoc voluit cõ
ſtit.incip.leges,quæ.

*De precibus,imperatori offerendis.*

25 † In cauſis magnæ importantiæ licet ſup
plicationes principi offerre,eiuſque colla-
terali conſilio,quod non expediatur cau-
ſa per inferiorem iudicem, niſi facto ver-
bo,& relatione, quæ relatio debet fieri in
tra octo dies, aliàs cenſetur cauſa deuolu
ta ad inferiorẽ iudicẽ abſque onere faciẽ
di dictam relationem.hoc voluit regia pra
gmat.Impera. Carol. incipien. & quia per
dictæ.

*De officio eius,qui uicem alterius gerit.*

26 † Officia nõ poſſunt neque debent exer
ceri per ſubſtitutum, ſed perſonaliter per
eos quibus ſunt commiſſa, & ſiquis ordi-
natus fuerit vicarius & locumtenens, tam
ipſe ordinatus, quàm ordinator capite pu
nitur, ut ſtatuit rex Guliel. in cõſti.incip.
officia, quæ perſonis.quod quidem eſt cor
rectũ per conſtit. duram & diram. & tan-
tummodo puniuntur ordinator & ordina-
tus pœna publicationis omniũ bonorum.

*De iuriſdictione iudicum.*

27 † Nullus prælatus, comes,baro, poteſt in
terris ſuis exercere merum & mixtũ im-
perium,ſub pœna publicationis illius ter
ræ, vbi exercuerit merum imperium,hoc
voluit conſtitu.ea, quæ ad decus. ſed rex
Alfonſus primus communicauit per ſua
priuilegia comitibus,baronibus,& præla-
tis,merum & mixtum imperium.& alij re
ges confirmauerunt,vt dicit Afflict.ibidẽ.
& ſic ceſſat conſti.
28 † Vniuerſitates, creantes per ſe abſq; licẽ
tia regis officiales, perpetuã deſolationẽ
patiantur,& omnes homines eiuſdẽ ciuita
tis angarijs in perpetuum habeantur, ꝓ of
ficiales ſic electi capite puniantur.hoc vo
luit conſti. cum ſatis abundeq;.de iure ve-
ro communi vniuerſitates conferebant iu-
riſdictionẽ.l & quia ff. de iuriſ. omnium
iud.ſecundum gl.in conſti.

29 † Barones non debent in ſuis terris exer-
cere iuriſdictionem vltra ſua priuilegia,
aliàs in pænam uſurpatæ iuriſdictionis in
currunt, ut in prag. Car. 5. incip. prohibe-
mus etiam.

*Vt omnes officiales depoſita ad miniſtra-
tione ſtent ſyndicatui.*

30 † Finito officio debent officiales ſyndica-
ri per quinquaginta dies, & contra eos ꝓ-
ceditur per quærelam & inquiſitionem, &
ſi culpabiles inueniantur vltra id, ad quod
parti tenentur, ad pænã arbitrio regis con
demnãtur, & qui calumnioſè accuſant,
puniantur, & officiales præmijs decoran-
tur. hoc voluit conſtitu. volumus. demum
ſuperuenit cap. item ſtatuimus, quòd tam
iuſtitiarij. quo cauetur, quòd officio depo-
ſito officiales debent ſyndicari per 40. dies
coram ſuis ſucceſſoribus de quærelis eiuſ-
dem faciendis. extat aliud cap. incip. nouas
forma regis Caroli, quo cauetur, quòd tẽ-
pus ad ſtandum ſyndicatui durat quouſq;
acta omnia facta in officio, fuerint com-
pilata & tradita ſucceſſori in officio. ſu-
deruenit etiam regia pragm. quæ voluit,
quòd officiales depoſito officio deberent
ſtare ſyndicatui per tempus ſtatutũ a con-
ſtitutionibus & capitulis regni, & ad deci-
dendum quærelas coutra eos factas, debet
aſſumi legiſperitus de locis uicinis, & pro
pter appellationem uel quærelã nõ retar-
datur exequutio pręſtita cautione de reſti
tuendo in caſu tractationis, & ultima ter-
tiaria non datur officiali, ſed debet ſtare
in depoſitio. hoc uoluit de pragma. eſt etiã
ritus incip. Item, quòd quilibet, qui voluit
quód officiales debent ſtare ſyndicatui. ſe-
cundum conſti. & capitula regni, aliàs non
poſſunt aſſumi ad aliud officium, & ſic vi-
des, quòd conſtit. erat conformis cum iure
communi circa tempus quinquaginta die
rũ ut l. 1. C eod. tit. ſed cap. quoties. ſtatuit
tempus quadtaginta, & eſt contra ius com
mune.

*De inhibendis donationibus in perſonam.
iudicum.*

31 † Officiàles debent habere mundas ma-
nus, & nihil recipere litigantibus, etiam
neque eſculentũ neque poculentum, licet
à non litigantibus, idque ſemel tantum,
poſſint recipere eſculentum & poculentũ,
ſub pœna priuationis officij, & infamiæ, &
furti hoc voluit conſtit. apud iuſtitiarios.
ſuperuenit demum c. inci. hac edictali, quõ
cauetur officiales exceptis eſculentis &
poculentis, alia recipere non debent, &
dictum capi. concordat cum c. item quòd
iuſtitiarij. & cum tex. c. item quód nullus.
& cum regia nouella prag. inci. Ferdinan-
dus vniuerſis & ſingulis & cum prag. inci.
nos Ferdinandus. confirmata per ſacr. Cæ.
maieſ. concerdat etiam cum prag. & inci. &
ut etiam. & cum prag. incip. Fardinandus
vniuerſis. & concordat cum. l. unica. C. eo.
ti. & cum l. plebiſcito. ff. de offi. præſi. & cũ
l. ſolent. in fin. ff. de offic. procon. & legat. &
dum ille text. dicit; exceptis eſculentis &
poculentis, licet concordet cum iure dige-
ſtorum, ut d. l. plebiſcito, tamen ſecundum
glo. ibi diſcordat cum iure authenticorũ,
quo cauetur non poſſe recipi, niſi in defe-
ctum ſalarij, ut in auth. ſcriptum exẽplar.
in fi. pen. col. colla ſecunda per Bart. repre
henditur ibi: & vide omnino glo. & Cy. in
auth. principales. C. de iura. calum. & in au
then. de ma. prin. §. oportet. & in capi. ſtatu
tum. §. inſuper. de reſcri. in 6. & cap. cum ab
omni. de vi. & hone. cler. & vide Par. de Pu-
te. in lib. ſyndi. in uerbo, iudex. uerſi. iudi-
ces puras.

*de officio magiſtri iuſtitiarij.*

32 † Magiſter iuſtitiarius in curia regis dẽt
commemorari cum quatuor iudicibus, &
poteſt cognoſcere de crimine læſæ maie-
ſtatis, de feudis etiam quaternatis, & quo
ta parte ipſorum, de appellationibus ordi
nariorum & delegatorum, & de quæſtioni
bus curialium & miſerabilium perſonarũ
in alijs veró caſibus nulli licet aduerſariũ
ſuum in ius coram eo uocare, ſed apud iu
dices ciuiles uel criminales eos vocet, &
de crimine lęſę maieſtatis poteſt cognoſci
per iuſtitiarios, ſi placuerit accuſatori. iu
ſtitiarij verò debent interrogare ueniẽtes
ad ſe, an defuerint iudicibus criminalibus
& ſi negauerint, ad ipſos remittant cũ ex
pẽſarum diſpendio, ſed ſi dixerint ſibi fuiſ
ſe denegatam iuſtitiã ab eorum iudicibus
tunc



tunc remittetur ad eos cum literis, & iudi
ces illi intra menſem debebunt compare-
re, reddituri rationem de diligentia vel ne
gligentia: hoc voluit conſtit. ſtatuimus, vt.
33 † Et eſt notandum, quód officium magi-
ſtri iuſtitiarij in regno exercet magna cu-
ria vicaria & regens ipſius, & officium iu-
ſtitiarij eſt penes gubernatores prouincia
34 rum. † Item eſt notandum, quòd per re-
giam prag. regis Ferdinandi incip. quæru-
la expoſitione. eſt ſtatutum, quòd pro pri-
mis cauſis non èxtrahantur extra diſtrictũ
proprij incolatus, & ſic officium magiſtri
iuſtitiarij non ſe extendit in primis cauſis.
35 † Item magiſter iuſtitiarius cognoſcit de
iniurijs & oppreſsionib. factis per inferio-
res iudices, necnon de ſpolio facto ad vtili-
tatem ipſius curiæ iuris ordine non ſerua-
to, & carceratos & iniuſtè detentos procu-
rare debet, ut per iuſtitiarios liberare fa-
ciat, hoc eſt, quod voluit conſti. incip. ma-
giſter iuſtitiarius. & in eo, quod dicit, ꝙ
cognoſcit magiſter iuſtitiarius, & ſic ma-
gña curia vicaria de oppreſsionibus factis
per inferiores iudices, id procedit depoſi-
to officio ſecundum text. cap. regis Caroli.
incip. Nicolao. ut ibi dicit Afflict. ſed cogi,
ta. num dici poſsit contrarium per tex. cap.
incip. inſuper ad fidelium. dum inquit. ꝙ
ſi videbitur magiſtro iuſtitiario eſſe amo-
uendos officiales inferiores, poterit amo-
uere. & ſic loquitur de exiſtentibus in of-
ficio: & eſt notandum quòd extat ritus ma-
gnæ curiæ vicariæ incip. item quòd curia
ipſa, & quælibet ipſarum quo cauetur, ꝙ di
cta magna curia cognoſcere poſsit de ex-
ceſsibus officialium inferiorum, de delictis
tamen, quæ committuntur in exercitio of-
ficij, & non aliter, & vidi ſemper per ma-
gnam curiam vicariam cognoſci contra
inferiores iudices, etiam durante officio.
36 † Item eſt notandum, quód omnes regni-
colæ nullo priuilegio obſtante, poſſunt ac-
cuſari, denuntiari, & euocari, in magna
curia vicaria, vt habetur in ritu incip. in
primis. ſed corrigitur per prag. regis Ferd.
incip. quærula expoſitione.

*De iuſticiarijs eorumq; officio.*

37 † Iuſtitiarij ſeu præſides prouinciarũ, cõ-
gnoſcunt de latrocinijs, incendijs, fractura
domorum, inſultu excogitato, inciſiones ar
borum, violentia mulierib. illata, duello,
crimine læſæ maieſtatis, portatione armo
rum ſpreta defenſa, & de omnibus delictis,
vbi uenit imponenda pœna mortis vel mu
38 tilationis membri. † Item de furto magno
etiam cognoſcunt. & eſt furtum magnum
39 quod excedit xx. auguſtales. † Et inferio-
ribus iudicib. iuſtitiam denegantibus, ipſi
præſides iubere debent, vt iuſtitiam faciãt.
40 † Et iuſtitiam denegare dicentur, ubi fue
rit eis mandatum, quòd iuſtitiam faciant,
& ſi intra duos menſes nõ fecerint: hęc om-
nia uoluit conſti. iuſtitiarij nomen.
41 † Et ſic, ut uides, per hanc conſtit. ſtatui-
tur, ut in defectum iudicum, baiulorum, ba
ronum, ac officialium inferiorum cogno-
ſcant præſides prouinciarum, & non aliter
pro quo vide multa ſcripta per An de Iſe.
in §. pręterea ſi inter duos. in 11. colum de
42 pro. feu. aliena † Et eſt notandum, quòd
ſi non data neglıgẽtia inferiorum iudicũ,
præſides prouinciarum ſe immiſcuerint
cauſis eorum, tenentur ad pœnam 25. vn-
ciarum, ut habetur in regia prag. incip. di-
43 ſcordias. † Et quòd in defectum iuſtitiæ
nõ factæ per officiales inferiores, poſsit adi
ri ſuperior, concordat dictum Innocen.
in cap. ex conquæſtione de reſtit ſpolia. &
Spec. in tit. de iu. dele §. ſequitur. ad finem.
& Alexan. in l. de qua de iudi. & l. fin. §. il-
lud. & ibi Bal. de tempo. appe. ubi habetur,
quòd per uiam quærelæ ſuperior eſt adeun
dus. facit ca. nullus de iure parro. non per
uiam appellationis. ſecundum Bart. & Ale
xand. in l. de pupillo. §. ſiquis ipſi de ope.
44 no. nunt. † Et hæc vera intelligas, ſi euidẽ
ter conſtet de iuſtitia denegata, aliás po-
teſt dicere in dubio, ſe facere iuſtitiam, &
velle ſtare ad ſyndicatum in fine officij. ſe-
cundum Bar. & Alex. in dicta l. de pupillo.
§ ſiquis ipſi ff. de noui ope. nunt. & Barto.
in l ſi tutor pupillo. de autho. tuto. & in ter
minis noſtræ conſtitutionis, tunc dicetur
euidenter conſtare de iuſtitia denegata,
ubi fuerit facta admonitio, ꝙ intra duos
menſes cauſa expediri debeat, & non fuerit
expedita, maximè ſi iuſtum non allegetur
45 impedimentum. † Et eſt notandum quòd
præſides prouinciarũ hodierni de facto ca-
piunt carceratos penes inferiores iudices,
& eos ad ſe trahunt, & ipſi cognoſcunt,

quod quidẽ,vt vides,minimè fieri poteſt:
46 & male faciunt. † Item debent præſides
prouinciarũ ſeu iuſtitiarij, quod idẽ eſt,
continuo perquirere loca ſuæ prouinciæ:
nec debent permittere ſubditos vocari ad
loca remota propter iuſtitiam: flagrantia
maleficia ſtatim debent punire; perſequi
etiam famoſos latrones,fures, itinerumq́;
obſeſſores, cæteroſq́; maleficos,& pro di-
cta perſequutione poſſunt capere ex pecu
nijs fiſcalibus, & ij ſi capiantur, non con-
ſideratis ſolennitatibus accuſationum ſeu
denuntiationum,illico puniantur,hoc eſt,
quod voluit conſti. incipien.iuſtitiarij nõ
per calendas. & quatenus textus dicit, ꝙ
tenentur præſides perquirere loca pro-
uinciæ, concordat cum tex. cap. hac edi-
ctali. vbi plus dicitur, ꝙ non poſſunt per-
manere ultra tres dictas in quolibet loco,
& concordat text. cap. Carol.quòd decre-
tam tibi prouinciam.&quatenus textus di
cit de puniendis delictis flagrantibus,con
cordat cum tex.d.cap. quòd decretam tibi
prouinciam.in fin.

*De ſacrilegio.*

47 † Sacrilegos pœna arbitraria eſſe plecten
dos iura communia ſanxere l.ſacrilegij pę
nam.ff.ad l. Iul.pecula. quod & iure muni-
cipali huius regni approbatum eſſe cõſtat;
ut in conſtit.incip.multæ leges.excipit ta-
men duos caſus, quando videlicet templa
dei manu franguntur,itẽ, niſi bona & vaſa
ſacra furenẽ de nocte; vt his proximis duo-
bus caſibus pœna capitalis habeat locum,
& ibi Aſſlict.intelligit de pœna capitali;vi
delicet mortis ciuilis ſcilicet deportatio-
nis.per gloſ.ſingu.in l.1.C.ne Chriſtianũ
cipi.intelligiturq́; quando res ſacra de lo-
co ſacro furto ſubtracta eſt, at ſecus,ſi a lo
co priuato. & ita ante dicit intellexiſſe An
dre. de Iſer.tu veró dic, ꝙ ſi quis furetur
vltra vnciam,ſiue de loco ſacro,ſiue priua
to,ſiue de nocte,ſiue de die,pęna mortis na
turalis plectitur, per c. regni.ad hoc quòd
noſtrorum. quod & in ſacrilegis procedit,
ne ſint melioris conditionis,quàm non ſa-
crilegi.& ita ſeruatum fuit in magna curia
vicaria.in quodam Salernitano, qui fur-
to ſubtraxerat quandam crucem ab eccle-
ſia ſancti Laurentij,qui ſtatim fuit ſuſpen
48 ſus prope dictam eccleſiam. † Quid dicen
dũ de caſu,quẽ nunc habeo in facto, videli
cet,in die ſacratiſsimi corporis Chriſti in
caſali Ceraſij vallis noui, quidã de Fuſco
ferentes pallium,ſub quo presbyter etiam
de Fuſco,filius & frater ferẽtium pallium,
geſtabat in manib. ſacratiſsimum corpus
Chriſti,fuerunt inſultati a quibuſdam eo-
rum inimicis, & fuerunt interfecti in ictu
oculi pater & duo filij ferentes pallium,&
presbyter ferens corpus Chriſti fuit vulne
ratus,& fugam faciens ſe ſubduxit in quod
dam ſtabulum,& nõ fuit aliter offenſus,du
bitatur,quòd crimen ſit iſtud, & qua pęna
plectatur dicebant quidam,quòd ſit crimẽ
læſæ maieſtatis diuinæ.per tex.in c.ſi quis
ſuadente diabolo.§.qui autem 17. q.4.vbi
habetur quòd ſi quis aliquam iniuriam in
tulerit ſacerdotibus&miniſtris in eccleſia
ad inſtar publici criminis & læſæ maieſta
tis,accuſabitur, & cõuictus capitali ſenten
tia plectetur.quãto magis in caſu iſto, ubi
ferentes ſacratiſsimum corpus Chriſti, &
ferẽtes pallium (qui ẽt miniſtri rectè dici
poſſunt) offenſi extiterunt, non ſolũ debet
dici crimẽ lęſę maieſtatis, ſed vltrà (ſi vl-
trà dici fas eſt,)dici poſſet,ꝙ in caſu prædi
cto habeat locum pęna ca. fęlicis.extra de
pœn.in 6. nam cum ibi ſtatuatur, ꝙ inſe-
quentes cardinalẽ,aut percutientes, in cri
men lęſę maieſtatis incurrunt,adeò,ut per
petuò ſint infames,diſſidati,bãniti & inte-
ſtabiles, & inſuper eorum domus in ruinã
& deſolationẽ dentur, & eorum bona fiſco
publicentur, & morti tradantur, & aliter
puniantur,ut ibi,quantò magis debent pu
niri tales offendentes realiter miniſtros
Chriſti in cõſpectu ipſius ſacratiſsimi cor
poris Chriſti. & offendentes presbyterum
geſtantem in manib.ipſum ſacratiſsimum
corpus Chriſti, quo caſu ipſe Chriſtus vi-
detur offenſus, & tanto maius reputan-
dum eſt delictum,quanto perſona,quæ pa-
titur, maior eſt, ut nota. Archid.in 22.q.
quinta cap.2.& quod habetur ea cau. q.1.
mouet.& habetur in gloſ.cap.fœlicis. ſicut
enim læditur maieſtas papæ lęſo collatera
li;ut 6.q.1.c.ſi quis cum militibus,ita lędi
tur maieſtas diuina,& nõ eſt dubitandum,
ſi ſummi pontifices & reges conſideraſſent
talem caſum potuiſſe euenire,quin ſtatuiſ
ſent fortiori in caſu pręmiſſo,ſicut in ca-
ſu



ſu d.c.fœlicis.ſed cogitandũ relinquo,cum
pendeat adhuc in facto, & ſim aduocatus
non interficientium,ſed fratrum,quos pre-
tenditur conſenſiſſe,& auxilium præſtaſſe;
& ſi non eſſet in facto, plura dicerem.de an
no, 1554.

*De vſuris.*

49 † Vſura iure etiam cõmuni prohibita eſt
ut not.in authen.ad hæc.C.de vſur. & in l.
cunctos populos.C.de ſum.tri.& fid.catho.
iure autem nouo conſtitutionũ regni vſu-
rarijs noua pœna imponitur: puniuntur.n.
publicatione omnium bonorum,ut in con-
ſtitut.vſurariorum nequitiam. & ita con-
ſtit.illa continet ius nouum ut ibi dicit gl.
50 † Imó vſurarium crimen adeó publicum
ius conſti. regni putauit,ut oĩbus deferẽdi
ius,ſiue proprium damnum vel ſuorũ pro
ſequantur,ſiue non conceſſerit,ut d.conſti.
vſuraroirum nequitiam. quod quidem im-
mutatum eſſe ſcias per ritum magnę curię
vicariæ.incip.itẽ,quód nullus admittatur,
quo cauetur, ꝙ nullus poſsit denuntiare
aliquem de vſura,niſi propoſita quęrela,&
tunc procedendum eſt ordinariè. & idem
ſtatutum per c.regni.reginæ Ioanne. ut ẽt
refert Aſſlict.in d.conſtitu.vſuratorium in
51 gloſ.deferendi. † Eſt etiam ſæpe conſtitu-
tum, emẽtes fructus ante tempus vſuram
committere.c.nauiganti. & ibi doctor. &c.
conqueſtus.extra de vſur. cõcordat in hoc
52 c regis Roberti incip.pro publici. † Item
vlterius illud indubitati iuris eſſe digno-
ſcitur,teſtes in facto ſiproprio,& ſigulares,
regulariter nõ probare,qđ quidem in cri-
mine vſurarum minimè procedere ſcias,
cum in eo tres teſtes ſingulares, & in facto
proprio, deponentes conuincant quem de
vſura,ut eſt deciſum in regno per c. incip.
Ludouicus & Ioanna & arguit Federi. de
Sen.in conſil.117. & Barto. in l.omnes po-
puli.ff de iuſti.& iur.verſ.ſed nunquid ſta-
tutum inualidam.& Alexan. in conſi.59.in
primo vol.& conſ.38.in 4.lib. nume. 19.an
potuerit rex diſponere de modo probandi
contractum vſurarium cum ad ipſum non
ſpectet.ſed ad hoc,ut procedat deciſio.tex.
requiritur, quòd præcedat fama publica
probata per alios teſtes, & cum omnib re-
quiſitis ſuis,ut decet,de quo ſupra dixi.re-
quiritur ẽt articulari & probari,teſtes eſ-
ſe fide dignos. ſecundum Aſſlict.in conſtit.
ſi iudex fraudulenter.§.corruptelæ. num.
5 incip.an autem.& Fel.in c. cum Ioannes
eremita.extrà de fide inſtrumen. 24. colu.
verſ.44.in fin.unum adde, quòd non vide-
tur, quód ſit ſpãle in hoc crimine, ut ad-
mittantur iſti teſtes ſingulares, poſtquam
lex requirit, ꝙ ſint fide digni:nam licet te-
ſtes ſingulares non probent,attamen iuſta
cauſa, vtputa, nobilitas,& magna integri-
tas ipſorum teſtium, poterit mouere iudi-
cem nõ obſtãte eorũ ſingularitate,ad iudi-
candum ſecundum eos ſecundum Paul. de
Caſt.in l. admonendi. ff. de iur.iuran.& in
l. Lucius.in recollectis Florẽtinis.ff.de his
qui notan.infam. refert & ſequitur Mar.in
l.1.§ ſi quis vltro. ff. de quæſtion. ſed dic,
quòd ſpeciale eſt,quia iſti tres teſtes depo-
nunt in facto proprio, & ſunt ſingulares,
ſed videtur,quòd ante iſtud cap.ſit hoc in-
ductum,quòd ad probandum quem vſura-
rium ſufficiunt teſtes ſingulares,ut firmat
Aſſlict.in conſtit vſurariorum.num.17.ſed
dic,ꝙ ſufficiunt ad probandum infamiam,
ſed non ad condemnationẽ, ut hic decidi-
tur.& ſentit ibi Aſſli.& ad intellectũ iſtius
c.vide Bald.in conſ.10.in 3. lib. attende in
ſuper diligẽter lector,vt tales teſtes facias
renunciare proprio cõmodo, ideſt repeti-
tioni vſurarum,aliàs non probarent.ſecun
dum Bal.in l.dictantib. circa med.in uerſi.
item facit ad aliam.q.C de teſta.& ita ſem
per practicaui.Vide Craue.conſ.6.nu.102.
& conſ.73.num.32.primo lib. & Bald. con-
53 ſil. 465. quarta parte. † Item in crimine
vſurarũ ex officio procedi conſtitutũ fuit
per regiam prag. incip.magnifico viro Be-
rardo Striuerio,editam per regẽ Ferdinan
dum, quod quidem contra vſurarios mani
feſtos interpretatũ & ſtatutũ fuit procede-
dere,at ſecus cõtra nõ manifeſtos, ut habę
tur in regia prag.inuictiſsimi Caro.v.inci.
vſurarũ. per quã caſſatur ſupra dicta prag.
54 † Item quos dubitatur, an contractus ſit
vſurarius,an nõ,iudex ſecularis erit iudex
competens.hoc eſt,quod voluit conſtit.in-
55 cip.ſtatuimus.† Sed dubium erit nunquid
accuſatore deſiſtente in crimine vſurarũ,
poſsit iudex procedere ex officio.Aſſlict.in
d.conſti uſurariorum. in vlt.colum.mouet
difficultatem, & tandem dicit, quód ſic re-
ſertq́;

fertq; id fuiſſe de intentione And. de Iſer. in d. conſti. argu. l. 3. C. de aboli. & ibi dicit firmari id per Bald. poſt Cynum, ſed ſalua pace tanti viri, omnino contrarium dicit ibi And. quód videlicet ſi ante ſententiam deſiſtat accuſator, non poſsit ex officio procedi: fallit quando conſtat, per fraudem partem deſtitiſſe, & contra opinionem Afflic. facit, quód tranſactio permiſſa ſit, vbi venit imponenda pœna omnium bonorũ ſecundum Moder. Peru. in l. transigere. C. de tranſa. & ibi Lancello. Dec. colum. penult. & ſecundum Bart. ibidem col. 2. in quibus vero criminibus eſt permiſſa tranſactio, iudex parte deſiſtente cognoſcere non poteſt ergo &c. & quód ſit licita tranſactio, vide Alexan. in conſ. 91. 2. colum. 2. lib. aliás pro opinione Afflict. inducebam ritum magnæ curiæ vicariæ incip. item quód procurator curię ubi habetur quód cauſam vſurarum perſequi poteſt procurator curię & inducebam alium ritum ſequentem qui incipit, item quód in huiuſmodi cauſa. & ita pluries ſeruaui: ſed ad maiorẽ cautelam, quando recipiebam querelam, faciebam, ut querelans daret mihi licentiam procedendi ſe abſente, & non citato, & deſiſtente, quo caſu poteſt ex officio procedi. ſecundum Affli. in conſti. grandis. penult. colum. & ita refert eſſe de conſuetudine Italiæ. Adde q̃d in ſacro regio conſilio fuit determinatum quód in quacunq; parte iudicij deſtiterit accuſator vſurariæ prauitatis poſſit fiſcus proſequi. & hoc in cauſa Stephani Sparani pictoris ſub die 23 Septembris anno 1533. Antollenus Falangonus ſecretarius.

*Vnde vi.*

56 † Vim vi repellere cũ moderamine inculpatæ tutelæ incontinenti vbique licere, iura communia conſtituerunt. l. vt vim ff. de iuſt. & iur. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. l. 1. C. vnde vi cum concord. q̃ approbauit conſtit. regni incipiẽ. pacis cultum. ibiq; declarat, quale debeat eſſe iſtud 57 moderamen inculpatæ tutelæ. † Vnum tamen adnotandum hic eſſe putaui, q̃ moderamen inculpatæ tutelæ non conſideratur, ſi indebilitatè, & accenſus furore iracundiæ inſultatus exceſsit modum in defendẽdo, nã tunc non imputaretur exceſſus, quia in hoc caſu non poteſt quis vti moderatione: quia primi motus nõ ſunt in poteſtate noſtra. & ſic patet, q̃ in rixa non poteſt conſiderari dictum moderamen. ita ſingulariter dicit Afflict. in conſtit. aſperitatem. in 7. not. ſubdit tamen totum reſidere in pectore iudicijs, & pro certo eſt verbũ aureũ 58 & aliás practicaui Salerni. † Illud inſuper non omitto, q̃d defenſionis metam & modum excedens ex propoſito & deliberatè, non punitur pro toto, ſed pro exceſſu tantùm. ſecundum Bald. in l. ut vim. circa vlt. col. ff. de iuſt & iure. & ſequitur Pet. de Ancha. in clem. 1. de homi. vbi dicit, q̃ licet gl. in cap. ſignificaſti. el 2. & gl. 24. q. 1. in ſumma teneat, quód ſi quis ſe defendendo exceſſit modum non ex propoſito, non punitur de tali exceſſu, tamen ſecundum Petr. de Ancha. ſi ex propoſito exceſſerit modũ, & ſic doloſè, punietur, non tamen pro toto, ſed pro exceſſu, & Alex. ſequitur & refert in conſ. 140. alias 283. in 2. libr. in vlt. col. & allegat hoc voluiſſe Saly. in l. Gracchus. in vlt. colum. de adulte. & Pet. Philip. Corn. conſ. 204 incipien. pro deciſione. in fin. 1. lib. & nouiſsimè per Marſ. in ſua praxi. §. quoniam. nu. 92. & in l. 1. num. 40. ff. ad l. Cor. de ſicar.

*De crimine læſæ maieſtatis.*

59 † Guerrã in regno mouentes publicatione omnium bonorum, & vltimo ſupplicio plectendos fore, ſtatuit conſtitu. regni incip. comes & baro. quod quidem ſecũdum gloſ. ibi eſt conforme cum iure communi vt l. 1. C. de ſedi. ſed ibi Afflict. non placuit in commento dictæ conſtitu. verſus finem quia leges allegatæ per gloſ. ſolum dicunt de pœna mortis, & non de pœna publicationis bonorum, nec loquuntur de mouẽtibus guerram. & concordat dicta conſtitut. cum c. regis Caroli primi incip. dum regię 60 conſiderationis. † In crimine læſæ maieſtatis non debet dari copia reo inquiſito abſque conſultatione regia, & tunc debet per inquirentem referri de conditione deferẽtis atque delati, de nomine & fama ipſius criminis, de qualitate teſtium atque numero, de depoſitionibus ipſorum & fama eorundem, & in hoc crimine exprimendum eſt nomen delatoris, & omnes ſolennitates ſunt



ſunt ſeruandæ, quæ de iure in delationib. ſeruari debent: præteerquàm quando agitur crimine iſto directè commiſſo contra principem uel niſi iuſta & probabilis per eum, apud quem facta eſt delatio, videbitur cauſa timoris, propter quam in publicum delator prodere formidet. & interim iudex inquirens animo circumſpecto agere dẽt, ut conſideret quis ſit zelus delatoris, aut cauſa, q̃ ipſum ad delationẽ inducat, & qualitates teſtium, ut voluit conſtitu. hi qui per inquiſitiones. & dixi ſupra in uerbo itẽ crimẽ leſæ maieſtatis cõmiſit 61 † Item inculpatus de crimine iſto nõ liberatur fideiuſſoribus, ut habetur in conſ. humanitate. & dixi ſuprà: & alia, quæ in hoc crimine ſpecialiter ſunt ſtatuta de iure regni, dixi ſuprá: & ſic non repeto. verùm quia proximis diebus habui quendam caſum in facto in hoc crimine, & in eo allegaui, ideo ſubdã dictas allegationes. quia cre 62 do fore vtiles, & ſunt hæ uidelicet. † Poſito, quòd quis a principis hoſtib. literas receperit, quibus proditiones, tractatus, & alia quæ uis obſtantia regiæ maieſtati, aut eius ſecuritati, contineri copertum fuerit nunquid in crimen læſæ maieſtatis incurrere videatur? & non arguendo ad partes, ut fieri adſolet, dico in dubitanter eſſe cõcludendum quòd non. & primò arg. eorum quæ not. per Marti. Lauden in trac. de criminæ læſæ maieſtatis. §. 2. vbi uoluit, quòd mittens nuntium vel literas rebellibus & hoſtibus Cæſareæ maieſtatis, ita demum crimine ipſo obſtringitur, ſi eo reſpectu miſerit, ut directè offenderetur regia maieſtas: uerbi gratia, ut hoſtes occuparent ciuitatem vel dñiũ illius, vel aliud machinari poſſent, nõ aliás, a quo non diſſenſit Lu. Ro. in conſi. 365. in final. & ſequitur Cæpol in conſi. 13. column. 7. in prnci. & Oldra. in conſi. 43. in q. 9. & Boer. in tracta. de ſedi. in 5. præmiſſo. numero 15. ſic igitur & a fortiori dicendum erit in caſu, de quo agitur, ſi literæ prædictorum haud quic-63 quam continere videntur. † Secundo prædictis adſtipulatur, id quod ſcriptum reliquit Bal. noſter. in l. ſi. C. de priua car. quẽ ſequutus fuit conſulendo Albe. Bru in cõſi. 69 colum. 2. circa medium. & And. de Iſer. in titu. quæ ſint regalia. in uerbo, bona committentium crimen læſę maieſtaris. nona colum. verſic. aduertendum eſt. & Aymo. Crauc. in conſi 6. num. 79. cum ſeq. quòd tunc ſolum committitur crimen læſæ maieſtatis, quãdo directè & principaliter aliqd ſit, ut offendatur regię maieſtati aliás ſi aliquid fit, non ut principaliter & directè offendatur regiæ maieſtati, licet ſecundario & per quandam conſequentiã, quod ex eo quod fit, ſequatur offenſio in regiam maieſtatem, non tamen committitur dictum crimen. in caſu veró propoſito non video in quo poſſet dici, quód fuit offenſa regia maieſtas, ſiue directè ſiue ſecundario, ergo nullo modo dici põt dictum 64 crimen fore commiſſum † Tertiò & illud prædictis concinit, quód ad hoc, ut dictum crimen committatur, neceſſe eſt, quód pręcedat dolus, ut eſt tex. in l. 1. §. dolo malo. ff. ad leg Iul. maieſta illud enim tantũ dicitur crimen, quod dolo committitur. l. 1. ff. de ſica. voluit Lu. Pen. in l. quod relictis in 3. colu. de deſerto. libro 12. hic autem nullus poteſt conſiderari dolus in recipiẽdo literas rebellium, præſuppoſito, quód 65 prædicta non continеant. † Quartò cõfirmatur per ea, quæ in fortioribus terminis dixit Marti. Lauden in c. 1. §. item fidelis. quibus mo. feu. amit. & ſequitur la. in quæſtione feu. in 16. q. & nouiſſimè Grammat. in deciſio. 18. quód ſi quis contrahit amicitiam cum hoſtibus & non in perniciẽ domini, & ad eos acceſſerit, citra tamen armorum vſum & opem, non poteſt dici incurriſſe in crimẽ læſæ maieſtatis & rebellionis, quanto magis prædictã procedunt, ſi ſolummodó ſimplices literas rebellium quis receperit, non in perniciem & dam-66 num domini regis. † Quintò non á longe diſtat id, quod ſcribitur in l. ſi vehenda. § 1. uerſi. Paul. ff. ad leg. Rho. de ia. l. & in totum. ff de impẽſ. l. is qui. ff de ac. & obl. leg. ſi alius §. eſt & alia. ff. quod vi. aut clam. Barto. in l. ſi ut certo. §. nunc videndum. ff. commo. quód nõ poteſt culpa imputari loquentibus uel aliud facientibus contra prohibitionem legis uel officialis, quando ex tali loquutione ſeu facto fiſcus nõ lædere tur, uel reſpublica quæ iura ad hoc propoſitum citat Paul. Caſtren. in conſi. 236. viſis & cõſideratis omnibus ſuperius enarratis. 1. colu. ante medium. libro 1. inhibitio enim quæ fit á iure de non ſcribendo rebeli

bellibus,ſeu de non habendo commerciũ
& amicitiam, ſit eam ob cauſam, ne ali-
quid triſte quis machinetur contra princi
pem & eius ſecuritatem ſecundum Bal.in
conſi.159.ſuper eo,quód quęritur. colum.
3.lib.3.per l.ſiquis ita.ff.de teſt.tut. & pro
batur per totum titulum.ff.& C. ad l.Iul.
maieſt.unde quoties id non ſit, ceſſat illa
ratio inhibitionis,& per conſequens ceſſat
omnis pæna,pro quo ad ſaturitatem confe
runt ea,quæ ſcribit Aymo Craue. in con-
ſi.3.per totum diem.conſuluit prohibitio
nem de non loquendo cum carceratis,non
extendi ad eum,qui verba conſolatoria di
xerit.ſed diligenter perpenſo facto caſus
noſtri,ſumus extra omnem dubitationem
cũ inquiſitus nullas habuit literas rebel-
lium.nec in poſſe alterius vidit, ſed vidit
literas tantum fidelium,in quibus cõtine-
bantur aliqua noua bellorum, quæ erant
notoria,& partim erant in fauorem Cæſa.
maieſtatis,& partim contra,nec in eis ali-
quod ſecretum continebatur, quod quidẽ
debuiſſet reuelari per tex. l. quiſquis. § id
quod de prædictis. cum ſimilibus.C.ad l.
Iul.maie.cum ſimilibus.& iuxta notat.per
Bar.in l.vtrum.ff de parr. & habetur in c.
1.de for.fi.& Anchar. in conſi.277.ex præ-
dicta facti narratione colum.1.ad fin uer-
ſi.item dicit ibi tex.quód conſ. eſt repeti-
tum in conſi.439.de quo per Roma. ſingu.
394.nunquid.et Soc.conſi. 21. columna 2.
libro 1.id enim procederet, quando foret
aliqua cõſpiratio uel tractatus, qui fieret
contra principem.nam id debet reuelari:
aliás non reuelans eadem pæna ferietur,ut
ibi.ſed cum fuerint literæ continentes ea,
quæ vbiq; erant nota & publica, & nullius
momenti, non debebant reuelari. ac veri-
ſimilius erit,quòd nullus dolus & machi-
natio poterit conſiderari, poſtquam p̃ſup-
ponetur prætenſas literas in platea publi-
67 ca,& corã pluribus,fuiſſe lectas. † In his
enim,quæ palam fiunt aut in publico,ceſ-
ſat omnis mala ſuſpitio.l.non exiſtimo.ff.
de adminiſtra.tuto.l.ita fidei.ff.de iure fi-
ſci.l cum ipſe. C. de contrahend. empt.&
quod in pulchro caſu conſuluit Bal.in cõ
ſi.487. ſuper primo puncto, libro 4.vbi
quòd accipiens pecuniam alienam palam
& bona fide,non animo occultandi, non in
cidit in crimen furti.tradit idem Bald.in
conſi.347.Titius geſsit lib.4. Caſtren.in
conſi.285.viſis & ponderatis omnibus ſu-
praſcriptis.colum. 1. Alexand. conſili.31.
ad fin.lib.7.& ad corroborationem omniũ
prædictorum faciunt optimè ea, q̃ in pul-
chro caſu conſuluit Aymo.Craue.in con-
ſi.6.in 1.lib.dum uoluit,quòd licet qui mi
ſerit pecuniam hoſtibus regis, non com-
mittit crimen lęſæ maieſtatis,niſi miſiſſet
in perniciem principis aut reipublicæ,non
ſi miſiſſet ex cauſa præcedentis obligatio
98 nis. † Pro quo etiam illud facit, quód in
fortioribus terminis dixit conſulendo Ay
mo Crauett.in conſi.224. in 2.parte.quód
licet quis cauſaliter interueniat in coniu-
ratione cõtra principem, & videatur con-
ſentire,non puniatur pœna capitali, dicit
ſemper prudentis iudicis eſſe, accuratè in
ſpicere qualitatem perſonæ inquiſitæ, an
aliquid fecerit uel potuerit facere.& an p
laſciuiam & ex lubrico linguæ quid dixe-
rit feceritve,pro quo uerba tex.in l.famo-
ſi.literis aureis ſcribenda ſunt.ff.ad legẽ
69 Iul.ma. † Nec dicatur crimen læſæ maie
ſtatis,uel aliud quidpiam extraordinariã
pœnam importans, ex eo, quòd dicatur,
quód cum magna lætitia & alacri vultu,le
gebat & indicabat bellorum noua,qua vi-
delicet & gaudens de proſperis hoſtium,&
triſtans de felicitate regiæ maieſtatis,
quia ẽt dato,q᷑ verbis hoc declaraſſet,non
videretur ſonare ad aliquã iniuriã uel ma
ledictionẽ,ſed eſſent potius demõſtratio-
nes gaudij de aliena infelicitate.& ſic per-
tinerẽt ad vitiũ illud inuidiæ,q̃ dupliciter
cõſideratur,vel contriſtando de commodo
alieno,uel gaudendo de incommodo.quod
vitium licet capitale ſit reſpectu animæ,
ſi in eo quis doloſè p̃ſeuerat,tamẽ quò ad
pœnam temporalem, non eſt dicendum
idem eſſe. nam licet in manu,& poteſtate
ſuperioris ſit,ut a ſubditis timeatur metu
pœnarum,nõ ęquè tamen in facultate eſt,
ab omnibus ut amẽ:iam deus ipſe ab in-
uitis amari non vult,ſed milites ſibi volun
tarios elegit. ca.non eſt.25.q 1. hæc enim
ſunt verba formalia Aymo.Cra.in propo-
ſito caſu conſulentis, in d.conſ 6.nu.125.
Aduerte quòd in hoc dicit Nicol.Bell. in
conſi.31.quòd nulla eſt determinata pœ-
na,ſed eſt adeundus rex, & ad eum debet
70 carceratus remitti. † Imo licet tex.l.quiſ-
quis



quis.C. ad leg.Iul. maieſta.innuere videa-
tur rectè non intuenti, quòd cogitationis
pœnam quis patitur in hoc crimine: id ta-
men receptum eſt procedere,quando ad ali
quem actum proceſſum foret.at ſi ctis,ſi in
meris finibus cogitationis ſtetetit,vt elegã-
ter tradit Accur.in d.loco, & ſequuntur ibi
omnes ſcribentes.& Bald. in c nſi.24.in 4.
lib.& Bonifa.in tra.de crim.in titu.de ſedi.
verſi.vt dixi perueniendo ad actum. & ha-
betur per Boer.in trac. de ſedi.7. præmiſſo.
nume.42.& hoc voluit Barto.ſi rectè inſpi-
ciatur,in extra.qui ſint rebe.in verbo, ma-
chinantur. & latiſſimè ea pulchrè declarat
id And.de Iſer.in c.1.§.ſi voluerit, de capi.
qui cur.ven.vbi ſingulariter dicit, quòd in
diſtinctè non punitur pœna aliqua cogita-
tio: & pari modo, ſi ipſa cogitatio ſit ver-
bis expreſſa. quia verbum eſt ipſa cogita-
tio.& vox ſonus, & index cogitationis: ci-
tat Auguſtinum in tit. de percuſſore. non
enim poſſet ſciri, quòd quis cogitauerit,ni
ſi quia ipſe dixit, cum Deus ſit ſcrutator
cordium. ſic dicit probari turpem cogita-
tionem, quia ipſe hoc dixit.ff. ex qui. cau.
71 in po.ca.l.Fulcinius. ¶Ex quo ipſe infert,
quòd licet quis dixerit ſe velle occidere re
gem,ſi aliud non fecit,nec laborauit,vt fa-
ceret,non ex hoc punitur, niſi hoc dixiſſet
cum pluribus faciendo coniurationem, &
72 adhibendo ſocios. ¶Minimè etiam dica-
tur, tale commiſſum eſſe delictum, vt pœ-
na extraordinaria habeat locum, ex eo,
quòd dicatur; quòd audiuit inquiſitus dici
a quodã, quòd in aduentum hoſtium Cæſ.
maieſtatis vellet impetrare officium magi
ſtri equitatus,& quòd hoc affectabat, & nõ
reuelari, quia ad id facilis eſt reſponſio.nã
dato,quòd hoc ſit verum, nihilominus nul
lam pœnam ex hoc meretur,vt in terminis
determinauit Iſer.in dicto ca.primo. ſecun
da colum. vbi dicit, quòd ſi vnus ſolus di-
xiſſet,quòd vellet accedere ad hoſtes,& nõ
acceſſerit, nullam pœnam pati debet. ergo
quanto magis in caſu propoſito,in quo nõ
eſt dictum,ſe velle accedere ad hoſtes, ſed
in aduentum hoſtium vellet impetrare offi
cium,hoc enim non ſonat in delictum, ho
ſtes enim poſſunt venire cum gratia Cæſ.
maieſt.& hæc coniectura ſumi debet.l.ma-
73 rito.ff.pro ſoc. ¶Præterea tunc demum nõ
reuelans punitur ex ſola ſcientia, quando
ſcit tractatum & coniurationem factam de
interficiendo principem, vel de perditio-
ne alicuius ciuitatis,terræ,vel caſtri,& non
reuelat,vt dicta l.quiſquis.C.ad l.Iul.m.ie-
ſtat. & ita in iſto caſu debet intelligi ille
text.vt dicunt omnes docto. ſecundum An
gel. de Are. in libr. maleſic. in verbo, che
hai tradita la tua patria. & Mar. in ſingul.
164.& in l. vtrum.ff. de parric. & expreſſe
74 tex.hoc dicit, ibi. initæ factionis. ¶ Præ-
tereà dato, quòd fuiſſet tractatum, nihilo-
minus non reuelans,non punitur, ex quo
non poterat id probare,vt plenè per Ange.
de Are.in d.ſuo tra.in d.verbo, che hai tra-
75 dita la tua patria. ¶Nec etiam obſtare
videbitur, quòd inquiſitus ipſe ſcripſerat
noua mala, & non bona. quia ex hoc nul-
lum delictum oriri poteſt, quando id dolo
malo actum non fuit,vel ex eo nullum præ
iudicium ortum fuit regiæ maieſtati,vt eſt
text.in indiuiduo.& ibi not.Alexan. in l.1.
ff.de eo per quem factum er. quo quis in
in.ſi.hic autem nullum præiudicium ortũ
fuit, ergo, &c. & tanto magis omnia cor-
ruunt, quantò verius ſit, quòd erat & eſt
inimicitia capitalis inter hoſtes Cæſ. Ma-
ieſtatis,& hunc inquiſitum, quo caſu om-
nia ceſſant. & ita ſentio iuris eſſe ego Pe-
trus Folle ius.

*De prohibita deportatione armorum.*

76 ¶ De iure etiam communi armorum dela
tio prohibita reperitur l. 1.ff.de vi publica.
licet quibuſdam nobilibus permittatur l.ſi.
C.de præ.ſac.cu. tamen de iure regni noua
pœna deferentes arma plectuntur, quæ
non erat de iure communi:nam ſi comes
fuerit delator, quinque vncias perſoluet,
ſi Baro,quatuor,ſi miles ſimplex,tres,ſi bur
genſis,duas,ſi ruſticus vnam: & non potẽs
talem perſoluere pœnam, publicis ad tem-
pus operibus deputabitur, vt dictat con-
ſtit.regni.intentionis noſtræ, quod confir-
matum fuit.per c.regni inci.vt inter ſubie-
77 ctos noſtros. ¶ Et plus additur ibi, quòd
habentes poteſtatem deferendi arma, non
poſſunt deferre in propria patria, etiam
ſi fuerint domeſtici, commenſales, aut fa-
miliares regis,& contra facientes vltra pœ
nam prædictam, puniuntur de præſumpto
78 temeritatis exceſſu. ¶ Et ex hoc quidam
aliàs

aliàs dicebant,quòd licet pœna ſit pecunia
ria pro delatione armorum,tamẽ quia per
capitulum regni datur poteſtas puniendi
nedum pecuniariter,ſecundum formam cõ
ſti.regni,ſed vlterius poteſt puniri de præ-
ſumpto temeritatis exceſſu ſecũdum teno
rem.d.c.vt inter ſubiectos quòd non habet
locum oblatio fideiuſſorum,ſecundum for
79 mam traditam per conſt.humanitate¶ Cu
ius contrarium ego teneo , quia vbi certa
pœna non eſt determinatè poſita in ſtatuto
illa eſt arbitraria ſeu extraordinaria.l. 1.§.
expilatores. & ibi Barto.ff. de effra. & expi.
l. ſanctio. de pœn. quæ non debet excede-
re relegationem.d.§.expilatores. ſed in re-
gno non proceditur ad torturam , niſi vbi
venit imponenda pœna vltra relegationẽ .
per cap.tormenta. & vbi non habet locum
tortura,non habet locum carceratio,vt ſæ-
pius dixi, ergo oblata fideiuſſoria cautio-
ne pro armorum delatione , quis liberari
80 debet. ¶ Caſtellani autem eorumq; ſerui-
tores, poſſunt extra caſtrum deferre arma ,
donec fuerint in aliquo ſeruitio curiæ , &
non aliter, vt in conſti. regni.incip. caſtel-
lanis. concordat. c. incip. caſtellanos. ¶Et
81 non ſolum dicta pœna plectuntur pro por-
tatione armorum illi,qui ſuntde regno,ſed
etiam illi qui ſunt extranei, quando regnũ
intrauerint,vt habetur in conſti. incip. ho-
82 mines.¶Et ſimili pœna plectuntur portan
tes cultellos feritorios , eos videlicet qui
ad alium effectum,quàm ad offendendum,
non portantur per c.regni inci.plectantur.

*De extrahentibus contra aliquem arma.*

83 ¶ Si quis animo occidendi aliquem, extra
xerit arma , licet mors non ſequatur , pœ-
na , quæ contra veros homicidas deberet
imponi,eo caſu de iure communi impone
batur.l. 1. §. diuus.ff. de ſicar. hodie autem
in regno.humanitate conſti.regni incip.a-
ſperitatem. hoc innouatum eſt , vt ſi nec
vulnus, nec mors ſequatur , ſed ſola extra-
ctio armorum facta fuerit,licet animo oc-
cidendi,pœna duplicata portationis armo
rum locum habeat,vt ibi.

*De uulnerantibus aliquem.*

84 ¶ Et ſi vulnus , & non mortis periculum ,
quis paſſus fuerit , pœna manus , qua per-
cuſſit , percutienti imponi debet , vt habe-
85 tur in conſti.regni.ſi quis aliquem.¶Et eſt
notandum ad practicam, quòd in articulis
& quærela poni debet , qua manu facta ſit
percuſſio.iuxta practicã traditam per Luc.
Pen. in l. pen.C. de ero. mi. anno. libr. 12.
86 quod eſt notandum.¶Eſt tamen bene verũ
quòd ſi percutiens eſt homo bonæ vitæ, cõ
ditionis,& famæ , & non eſt ſequuta muti-
latio membri , poteſt pœna commutari in
pecuniariam. per c. regni incip. ad peruer-
ſorum refrenandam audaciam & eſt notã-
dum pro intellectu illius c. ad peruerſorũ.
quòd licet ibi dicatur,ſi iudici videbitur.&
ſic videatur arbitrarium,an admittatur cõ-
mutacio pœna,an non , tamen dico , quòd
de neceſſitate tenetur id iudex facere. quia
verbum,videtur , importat arbitrium boni
viri.ſecundum Dec. in conſil. 13. vlti.col.
lib. 3.& Aret.in conſil. 64. pri. libr. adeo ,
vt ſi non faciat, quod conuenit bono viro,
poſſit appellari. quia videtur grauare par-
tem.Felin.in c. exceptiones. 2. col. verſicu.
quòd intellige. de exce.& quando aliquid
committitur , videtur committi æquitas.
Bald.in l.ædem.C.loca.3. colum. & bonus
vir dicitur, qui in cauſa aliena facit , quod
in ſua faceret,& fieri vellet.ſecundum Bal.
in l.1.C.de ſolu.imò Rex in proœ.d.cap. re
ſpuit aſperitatem,rigorem, & atrocitatem,
ibi.eò , quia pariter bonos & malos punie-
bat. ideo in homine bonæ famæ æquitas
ſeruari debet. & ſic tenetur ipſum admitte-
re ad pœnam pecuniariam,imo poſſet dici
quòd ex quo rex prius decidit caſum in ho
mine non malæ conditionis & famæ ibi ad
mittatur in compoſitionem,illa verba.ſi iu
dici viſum fuerit, referuntur ad præceden-
tia, ſcilicet non malæ conditionis & famæ,
hoc eſt dicere,ſi iudici viſum fuerit , quòd
non ſit malæ conditionis & famæ,admitta
tur,& intelligẽdo,vt ſupra dixi,quòd tene-
tur admittere,cum ſit ſuo arbitrio commiſ
ſum,teneatur facere, quod viro bono con-
uenit,vt tenet Abb. in c. 1. nu. 7. de dila. v-
bi dicit,quòd ſi non facit, quod bonus vir
faceret,poteſt appellari, & iudex ad quem,
debet arbitrari.ſecundum Dec.in l.ſi fugiti
ui. 5 co.C.de ſer.fug.& in arbitrarijs iudex
debet inclinare in mitiorem partem pro
reo, ſecundum Alexa. in conſ. 5.lib. 1.in ſi.
&



& conſi. 111.penul.col.eo.lib.intellige ta
men ſecundum.Aſſlict.quòd ꝑcedat par-
tis remiſsio,& ſi nõ præcedit partis remiſ
ſio,poteſt iudex per ſententiam cõdẽna-
re ad pœnam pecuniariã,ut ibi dicit Af-
87 flict.† Et ſi vulnus factũ ſit ronca,acce-
pta mãnaria, uel cultello feritorio, eadẽ
pœna habeat locum, ac ſi enſe factũ eſ-
ſet,ut per capitul.regni incip. qui cũ rõ-
ca ferrea.

*De homicidiis.*

88 †Homicidæ iure antiquo & cõmuni in
terdũ ad mortem, interdum ad deporta-
tionẽ puniebantur.l. 3. §.pe.ff.de ſicar.ho
die verò indifferenter ad mortẽ naturalẽ
condemnãtur,ut habetur in conſti.termi
nũ vitæ.exceptis aliquibus caſibus, vt in
eo,qui occidit ad neceſſariã defenſionẽ
vel furem nocturnum cum clamore,quẽ
comprehendere non poterat.infantes ẽt,
& furioſi minimè comprehenduntur, in
quibus exceptis caſibus conſt.illa ius cõ
89 mune continere cõſtat, vt ibi dicit gl.Et
ſi quis de alto ſe præcipitauerit, aliũque
occiderit, pœna capitali plectetur, vt in
cõſt.qui de alto.ſed per conſti.pænã præ-
cedenti eſt hoc correctum,& ſtatutũ eſt;
quòd ſi hoc eſt factum in loco habitabi-
li per annum carceribus mãcipari debet,
ſi uerò in campeſtribus contigerit,ipſo
iurãte;quòd tranſeuntẽ non viderit,quã-
do ſe præcipitem dedit,vel ramũ ꝓiecit ,
abſoluitur.etſi ex prædictis percuſſus mi
nimè moriatur,omnes medicorũ & aliæ
impenſæ debent refici.& ſumitur illa cõ-
ſtitu.ex l.ſi putator.ff.ad legem Aquil.

*De defenſis.*

90 † Non valentes ꝓpter aduerſariorũ po-
tẽtiã ſeipſos defendere, ſub inuocatione
nominis domini regis requirere eos,qui
offendere cupiũt,vt nõ audeant eos in re
bus vel perſonis eorũ vel ſuorũ offende-
re,poſſunt. & hoc etiam poſſunt facere
vaſſalli aduerſus ſuos dominos,cũ ꝑ eos
offendi timẽt,qui domini ſi ſpreta defen
ſa in rebus eos ſic inuocãtes offenderint,
reſtitutis rebus,quas acceperint, tantun-
dem ſiſco perſoluant, & ſi vaſalli iniuſtè
defenſam impoſuerint,tunc perdent. Id ,
quod petebant,& aliud tantundem fiſco
perſoluere debent.& ꝓ iſtis defenſis a va-
ſallis dominis factis ſup mirabilibus, ci-
uiliter & nõ criminaliter agitur. & erunt
iudices cõpetentes iuſtitiarij regionum,
& ſi vaſſallus vnius domini contra alium
vaſallũ alterius domini defenſã impoſue
rit,de pœna:quæ habetur regiæ curiæ, do
minus illorũ habebit illam partẽ, quã ha
beret pro illo delicto ſi nõ eſſet impoſita
defenſa & reliquũ erit regiæ curiæ. ſi ue-
ro ſpreta defenſa ꝑ dominos in perſonam
vaſſalorum violentiam inferatur,ius cõ-
mune ſeruabitur inter eos,ut dictas cõſt.
regni.iuriſgentium.& non ſolum priua-
ti talẽ defenſam imponere poſſunt,ſed ẽt
officiales,cũ uiderint aliquam rixam ꝑ-
parari.& de ſpreta defenſa erit iudex cõ-
petens iuſtitiarius regionum , & hoc vo-
luit conſt.fidelium noſtrorũ,& ſiquis cõ-
uictus fuerit per tres teſtes fide dignos,
quòd ſpreuerit defenſam,ſi uiolentia fue
rit cum armis cõmiſſa, punitur in tertia
parte omnium ſuorum bonorum, ſi uerò
ſine armis in quarta parte omnium bo-
norum & non poteſt probare negatiuam
coarctatã loco & tẽpore aduerſus tres te-
ſtes omni exceptione maiores,probante
ſpretã defenſam,bene tamẽ perſonæ illo
rum teſtium poſſunt reprobari in termi-
no reprobatorio,& accuſatus de ſpreta de
fenſa poterit opponere,quòd aliàs de hoc
fuit accuſatus & abſolutus, & ſic obſtabit
exceptio rei iudicatæ.põt etiã facere alias
defenſiones, vt de his omnibus habet̃ in
cõſt.ſi quis in poſterum. & ſi iniuſta fue-
rit defenſa,& ob id nõ fuerit ei obtempe-
ratum,nõ punitur contemptor,nec impo
nens,ſed ſi fuerit ei obtemperatũ,licet eſ-
ſet iniuſta,punitur imponẽs ad eã pœnã
qua puniretur contemptor,ſi iuſta foret
vt habetur in conſtit. defenſas. & omnes
dictæ conſt.continent ius nouum.

*De raptu & violentia monialibus illata.*

91 † De iure communi raptores virginũ ho
neſtarumque mulierũ,& monialium pœ-
na mortis puniebantur. l. raptores.C de
epiſ.& cler.& l. 1.C.de rap.uirg.quod qui-
dem

dem per ius regni approbatur,ut in cõſti
ſi quis rapere.& conſt.capitalem pœnam.

*De violentia meretricibus illata.*

92 † Licet de iure cõmuni ſit impunibilis
violẽtia meretricibus illata.l.verum.in fi.
ff.de fur.l.item apud Labeonem.§.ſi quis
virgines.ff.de iniur.tamen iure regni vlti
mo ſupplicio talia perpetrantes plectun-
tur,dummodo ſint conuicti & confeſſi,&
meretrices intra octo dies clamorem emi
ſerint de ipſa violentia.aliàs eis non vide
tur illata,niſi probetur quòd p illos octo
dies fuerunt detentæ, vt habetur in con-
ſti.omnes noſtri.

*De probationibus.*

93 † Olim aſſerentibus mulieribus ſibi eſſe
violentiam illatã, ſi nõ erãt probationes
de dicta violẽtia,poterat indici duellum ,
quod quidem per cõſtitutio. in quæſtioni
bus violentiarum remouetur & in hoc cõ
cordat. l. negantes. C. de actio.& obliga-
tio.& datur modus probandi dictã violẽ-
tiam per dictam conſtitutionem , vt pro-
betur vel per confeſſionem violenti , vel
per teſtes de viſu.ſed ſi hæ probationes nõ
fuerint,ſed ſunt tantum indicia,verbi gra
tia,quòd probatur,quòd mulier,vel alius
pro ea nũtiauit illi,qui dicitũ intuliſſe vio
lentiam,tribus vicibus, quòd abſtineat &
deſiſtat a ſignis & actis tentantib. eius pu
dicitiã,vel fuerit facta fides, quòd mulier
acclamauerit uociferando auxilium,quã-
do aſſeritur,quòd fuit ei uis illata uel fue
rit facta fides, quòd ille , qui dicitur uim
intuliſſe fuit inuentus in domo mulieris,
uel viſus fuit fugere ab ea,uel prope eius
domum,uel fuit uiſus colluctari cum ea,
vel alia indicia probẽtur,ſecũdũ terminos
conſtit.prædictæ:tunc uerò iudex compi-
lato proceſſu,debet regem cõſultare,& in
terim non poteſt abſoluere,nec condẽna
re,& aliàs in ciuitate Salerni tẽpore aſſeſ-
ſoratus magnifici Laurentij de Licto opti
mi doctoris,& etiam quando ego erã au-
ditor,euenit de facto talis caſus, & dictus
Magnificus Laurentius voluit conſultare
magnam curiam vicariã,& omnes indi-
ces dictæ magnæ curiæ mirabantur,dicen
tes,quòd receſſit ab aula illa conſtitutio ,
quòd ad talem conſultationẽ,ſi modò cõ-
ſuetudo cõtra cõſtitutiones allegari licet
& per dictam conſt.corrigitur auth.ſiquis
ei.C.de adulter.ubi poſt tres denunciatio
nes tradebatur denũciatus iudici punien-
94 † dus. Terminus autem ad probandum
debet eſſe condecens iuxta materiã cauſæ
& locorum diſtãtiã , & niſi intra terminũ
ſaltem ſint examinati duo teſtes, de cæte-
ro non recipientur,ut dictat ritus magnæ
curiæ uicariæ, incipiens. In primis detur
terminus.qui loquitur in ciuili & crimi-
nali,ſed non ſeruatur,quia datur etiã ter-
minus ad uberius ſe defendendũ, & ſem-
per recipiuntur teſtes. ſecundum practi-
cam per me ſuprà traditam, in verbo , de
tur terminus.

*De teſtibus.*

95 † Et audientia teſtium non committitur
in criminalibus, niſi teſtes adeò ſenes &
valetudinarij ſint, vt ſine ſuo periculo in
curia pſentare ſe nequeant, quo caſu au-
dientia committitur,& poſt commiſſionẽ
non auditur pars aduerſa,ſi voluit proba-
re,quòd teſtes ad curiam venire poterãt,
& ſi examinator fuerit negligens,cum te-
ſtes venire nequiuerint,punietur,ut habe-
tur in conſtit.incip.in pecuniarijs.
96 † Item ſi teſtibus citatis & condemnatis
(quia fortè ad examinandum ad inſtãtiã
accuſatoris vel fiſci noluerint venire) nõ
ex hoc debet retardari expeditio cauſæ in
quiſiti,ſed debet ad vlteriora procedi ad
liberationem vel condemnationem,ut di
ctat ritus magnæ curiæ vicariæ incip. itẽ
ſeruat ipſa curia,quòd citatis teſtibus , qđ
eſt notãdum ad practicã hodiernam, qua
vtuntur nõnulli proterui iudices dicẽtes,
quòd curia ſtat in ſe informando & nun-
quam volunt prouideri,adde hic ca.expe-
ditum per Cæſa.maieſt.ſub die 12.menſis
Martij.1550.ſub data Bruxellis ad inſtan-
tiã magnificæ ciuitatis Neapolis , quo ca-
uetur , quòd ita quindecim dies ad ſum-
mum poſt capturam alicuius,debent dari
defenſiones,& dictum cap.eſt impreſſum
cum alijs gratijs tunc conceſſis dictæ ciui
tati Neapolis.
97 † Item ſi contigerit fieri nominationẽ te
ſtium





teſtium extra regnum , debet dari dilatio
condecens ſecundum diſtãtiam locorum ;
ſed tunc debent nominari in ſpecie teſtes
per nomen & cognomen ; debetque fieri
depoſitum pecuniæ neceſſariæ pro exami-
natione dictorum teſtium: & nihilominus
pars faciens dictam nominationem, debet
iurare, quód non petit dictam dilationem
animo differendi & calumniandi , & ſi po-
ſtea non vſus fuerit dicta dilatione in non
examinando teſtes, ipſo facto incidit in pę
nam quinquaginta florenorum , & nihilo-
minus tenetur parti ad ſolutionem expen
ſarum,vt dictat ritus magnæ curię vicarię
inci. item niſi eſſent teſtes extra regnum,
eſt tamen bene verum,quód regia prag.in
cipien.poſt prædictas reſponſiones, impo-
nit pœnam duarum vnciarum facienti no-
minationem in locis diſtantibus , & non
vtenti nec poſtea examinanti in dictis lo-
cis:& alia prag.ſequens, quæ incipit,ſiquis
petierit dilationem. imponit pęnam vnius
unciæ. & tamen Afflict. in conſtitut. cau-
ſas aliàs in 6.nota.dicit,quòd hic ritus eſt
in viridi obſeruantia. & etiam refert Mo-
der. Neapol. in dicta prag. ſiquis petierit.
98 † Item eſt notandum , quòd audientia te-
ſtium reprobandorum nõ committitur ex
tra curiã, ut cauetur in ritu magnæ curiæ
uicarię incip. Item curia ipſa non commit
99 tit. † Item ulterius ſciendum eſt,ꝙ ſi cita-
tur quis ad uidendum iuramenta teſtium,
ſi eſt abſens, põt comparere excuſator , &
ipſum excuſare. ut eſt ritus magnæ curiæ
uicariæ incip. Item fuit quæſitum,& nota
quòd audientia teſtium ſenum & valetudi
nariorum committitur in criminalibus,ẽt
ſecundum formam ritus magnæ curię vi-
cariæ,ut habetur in ritu incip.Item ſeruat
100 ipſa curia alicui † Item eſt notandum,
quòd licet audientia teſtium non commit-
tatur in criminalibus niſi prout ſuprà di-
ctum eſt; tamen actuarijs curiæ & alijs li-
teratis committitur examen & audientia,
vt in ipſa curia examinentur teſtes; & tũc
videntur examinanti per ipſam curiam;vt
dictat ritus magnæ curiæ vicariæ inci. itẽ
ſeruat ipſa curia , ꝙ quamuis regulariter,
101 † Et ex dicto ritu infero,quòd licet teſtes
non faciãt indicium ad torturam,niſi exa-
minẽtur coram iudice,ut dixi in uerbo,re
petantur teſtes,tamen ſi ſunt examinati in
curia per actuarium de commiſsione iudi
cis,idem erit;ac ſi examinati eſſent per ip
ſum iudicem , & hoc probat ipſe ritus .
102 † Item in illo ritu probatur , quòd exa-
minator nihil debet habere , quando exa-
minantur teſtes ad inſtantiam fiſci in pro-
ceſſu extraordinario , vt qñ proceditur per
inquiſitionem, ſed ſolummodo debet fieri
ſolutio iurium competentium ipſi exami-
natori , quando examinantur teſtes ad in-
ſtantiam partis, quæ defertur , quæ notes
pro magnificis auditoribus regiæ prouin-
ciæ,vt non debeant habere caualcatã,quã-
do vadunt ad examinãdos teſtes ex officio
ad inſtantiam fiſci,ſed bene, quando proce
ditur ad quærelam,& quærelator requirit
ipſos magnificos auditores.

*De non ſuccurrentibus mulieri clamanti, & violentiam patienti.*

103 † Mulieribus violentiam patientibus, &
ob id adiutorium clamantibus , audientes
velociter occurrere debent, quod ſi non fe
cerint, quatuor auguſtales in pœnam tam
nociuæ deſidię perſoluere debent:excuſan
tur tamen iuſto & rationabili impedimen-
to irretiti,ut cauetur in regni conſti.incip.
quicunque mulierem.& continet hæc con-
ſtit. ius,nouum. nam de iure ciuili non te-
neor defendere alium, niſi mihi præſit ra-
tione dominicæ vel patrię poteſtatis l.cul
pa caret.ff.de reg.iur.& habetur per gloſ.
& Ang.de Iſer in d. conſt.

*De calumniatoribus .*

104 † Si mulieres conuictæ fuerint , ſe iniu-
ſtè de violentia querimoniam dediſſe,capi
tali ſententia feriuntur,ſicut puniri debe-
rent violentiam inferentes , ſi modò verè
uiolentiam intuliſſent,ut habetur in con-
ſti.peſsimam.quæ in hoc continet ius com
mune , quo ſimilitudine ſupplicij calum-
niantes plectuntur.l.fin.C. de accuſa.
105 † Et ſi mulieres, quæ condemnari debe-
rent ad mortem eſſent prægnantes differ-
tur cõdemnatio uſq; ad quadraginta dies;
ut d. conſtitutio. quæ concordat cum iure
communi, uidelicet l. prægnantis. ff. de
106 pœn. † Et licet iure antiquo accuſatores
tenebantur ſed ad pœnã talionis inſcribe-

bere c. ſuper his. de accuſa. & cap. tuæ de
procura. tamen hodie non tenentur, niſi ſe
obligare ad pœnam de probando, nec ali-
ter ad querulandum admittuntur, ut ha-
betur in conſtitution. pœnam calumniæ.
quod confirmatur per ritum magnæ curię
vicariæ incip. item quód curiæ ipſæ. & in
alio ritu. incip. item curia ipſa cognoſcit.
107 † Et licet accuſator nō probet non pro-
pterea dicitur calumniatus eſſe, ſed tunc
dicetur calumniare, quando appareat, q
ſit in euidente calumnia, vel fuerit temera
rius accuſator. & in hoc eſt correctum ius
commune, quia illo iure non probans ac-
cuſationem, calumniator præſumitur. l. 1.
C. de aduo. d. iu. & l. fin. C. de calum, & per
ius regni, ut ſupra, non punitur quis de ca
lumnia, niſi quando probatur, quód eſt in
109 euidenti calumnia. † Et ſi probaretur
quem eſſe in euidenti calumnia, & index
eum non puniret, pœna infamiæ ipſe puni-
retur, & duarum librarum auri puriſsimi,
vt in cap. regis Roberti incip. accuſatorum
temeritas. item tenetur iudex condemna-
re victum victori ad expenſas, vt in conſtit.
109 diuorum noſtrorum †Hodie autem abo
leuit illa obligatio de probando, ſed ſim-
pliciter recipiuntur accuſationes.

*De violentijs circa poſſeſſiones.*

110 † Iure cōmuni illud qđ receptū eſt, vt
ſiquis per violentiā aliquē de re ſua immo
bili exuerit, teneatur ipſam poſſeſsionem
reſtituere, dominiumq́, illius: procedat, &
ſi nullū habebat dominium in ea re (quia
res illa non erat ſua) tenetur pro illa vio-
lentia æſtimationem totius rei illius in do
minio & poſſeſsione ſoluere. l. ſi quis in
tantam. C. vnde vi. & l extat. ff. quòd met.
cau. ius vero Longobardicum diſponebat,
q ſi ille, qui dicebat ſe violenter exutum
poſſeſsione rei immobilis, non poterat rei
prædictæ dominium probare, eo caſu ſpo-
lians puniebatur ſolum pœna ſex ſolido-
rum, in regno verò vtroque iure ceſſante
per conſtit. violentias. ſpolians aliquē poſ-
ſeſſorem rei immobilis, tenetur poſſeſsio-
nem ipſam reſtituere, unà cum fructibus
obuentionibus ve, & pro pœna violentiæ
commiſſæ tenetur ſoluere medietatē æſti-
mationis ipſius rei, in qua violentia eſt
cōmiſſa. raptor verò bonorum mobilium,
punitur pœna quadrupli computata rei
æſtimatione, & hoc etiam erat de iure cō-
muni, ut inſtitu. vi bon. rapto. in princip.
111 †Et cōtra tales ſpoliatores forma proce
dendi datur per c. regni incip. ſubditorum
noſtrorum quo cauetur, quòd ille, qui de-
nuntiare de violentia voluerit, debet iura
re, & ſi poterit, præſtare fideiuſſoriam cau-
tionem de ſtando iuri in eo furto tā de poſ-
ſeſsione, quám de proprietate eius rei, cu-
ius poſſeſsione dixerit ſe exutū, ac parere
ſuper eo curiæ mandatis, demum recepto
ab eo iuramento de veritate dicenda, inter
rogetur & examinetur vt principalis ſu-
per. infraſcriptis in primis, quo tpe ipſe
adeptus fuerit poſſeſsionē illius rei, quali-
ter ipſam tēpore violentiæ poſsidebat, per
quem & quorum auxilio vel fauore ſit ſpo
liatus, & quibus præſentibus, vbi quando
qualiter qua occaſione vel cauſa, & vtrū cū
armis, an ſine armis fuerit depulſus, tum
examinantur illi, quibus præſentibus fuit
vis commiſſa, vel alij, quos produxerit de-
ferens, poſtremò examinatur principalis
quærelatus ſuper prędictis omnibus: debet
tamen ipſe quęrelatus factis prędictis libe
rari ſub fideiuſſoria cautione, & præſtare
debet eam fideiuſsionē, quam præſtitit ip-
ſe quærulator, & ſi noluerit vel non potue-
rit pręſtare dictam fideiuſsionem, & de ſpo
lio adeſt aliqua prę ſumptio, detinebitur in
carcere, donec præſtet eam, vel feratur ſen
tētia. demum procedatur ad receptionem
teſtiū, quos produxerit ipſe quærelatus, &
ſi fortè quærelatus ipſe cōfeſſus fuerit vel
conuictus de ſpolio prædicto, debet condē
nari ad reſtituendā poſſeſsionem querulā
ti, vti poſsidebat tēpore ſpolij, & ad ſatiſ-
faciendum de damnis, expenſis, & intereſ-
ſe, necnon ad pęnam ordinatam, ut ſuprá,
per regni conſtitutionem, aut maiorem re
112 ſeruatam in arbitrio regis. †Et compelli
tur prædicta facere non obſtante appella-
tione, & ſtatim ac conuictus aut confeſſus
quis fuerit, debet notificari regi, ad hoc, vt
poſsit deliberare, num maior pœna ſit im-
ponenda, & a principio cauſæ debet mēda-
ri vtrique parti, ne lite pendente quid in-
nouent, nec inuicem ſe offendant, & ſi con-
trafecerint, pęnam irremiſsibiliter ſoluāt,
& ſi aliqua partium dictę pęnæ non obtem
perauit,



perauerit, uaſſalli, ſi quos habuerit, ei non
teneantur ne obtemperare quidem, quod
ſi fecerint contrarium, puniēt, & poterit
iudex partem nolentem dictæ pœnę obtē
perare, reputare cōtumacem, & carcerare,
nec poterit eam liberare inconſulto rege.
demum ſuperuenit c. de violentijs illatis.
quo cauet, quòd ſi cauſa ſpolij ordinarie
proponatur coram iudice competenti, de
bet procedi ſummarie ſine libello, litis cō
teſtatione, ſtrepitu & figura iudicij, & po-
teſt procedi ad inſtantiam partis, & ex of-
ficio, & debet ſequi reſtitutio poſſeſsionis
prædicto modo ſummariè, ſed quo ad pœ-
nam, ad quam venit cōdemnandus quęru
latus, debet agi. & procedi iudiciario ordi
ne, & ſic quo ad damna & expēſas, niſi fue
rit proceſſum per uiam inquiſitionis gene
ralis vel ſpecialis, & legitimè conſtiterit
113 de uiolentia. † Et quādo iudex procedit
ad inſtantiam pauperis & miſerabilis pſo-
næ debet in principio pceſſus determina-
re illū eſſe pauperem, & ſic ut uides cap. ſu
biectorum, de quo ſupra, corrigitur per d.
c. de violentijs. ſecundum Barth de Capu.
in dictis capitulis: nam reſtitutio poſſeſsio
nis tantum ſit ſummarie, & quo ad pęnam
& damna agitur ordinariè, licet Ioan. Cri
ſpan. in d. ca. de uiolentijs. dicat, quód ca.
ſubiectorum. intelligitur, quādo procedi-
tur ad inſtantiam partis, & c de uiolentijs
quando proceditur ex officio, & ſic nō cor
rigatur. & d. c. de violentijs. allegat Affl.
in conſti. pacis cultum. col. 17. & inquātū
per c. regni, ſubditorum. ordinetur non ap
pellari a ſententia poſſeſſorij, concordat
cum l. 1. C. de mome po. ſecundum Barth.
de Cap. in d. c.

*De committentibus uiolentiam in perſonis.*

114 † Capiētes per uim aliquē de perſona,
& eum arreſtantes vel detinentes, pęna ca
pitali feriuntur, ut habetur in ca. incip. cō
tra effrenatas. de iure vero communi, ſi-
quis perſonam liberam propria authorita
te pſumpſerit retinere, aut rem locare vel
pignorare, per dit debitum, & pœnis corpo
ralib. ſubdi debet, ut in authen ut nu. iu. §.
quia uero. de quo per Afflict. in conſt. du
115 tam & diram, tertia col. † Et in d. c. con
tra effrenatas. dicit vnum mirabile Pet. de
Mon. for. quód quis non poteſt propria au
thoritate capere bona ſui debitoris, etiā
ex pacto, niſi ſit renuntiatum dicto capitu
116 lo; ſed cōtrarium ubique ſeruatur. † Eſt
etiam aliud c. incip. amplius nulli. quo cau
tum eſt, quód non poteſt quis propria au-
ahoritate quem capere, niſi ubi. magiſtra-
tus abeſſet, & in criminibus publicis, & tūc
ſi quis aliquem cœperit, non pōt retinere
ultra duos dies. & contra faciens in pœnā
priuati carceris incurrit; & prędicta proce
dunt etiam in domino capiente uaſſallū;
quod confirmatur per c. incip. quod nulli
aliquos. & de hoc eſt aliud capitul. incip.
terrerij.

*De maleficijs clandeſtinis puniendis.*

117 † Statutum iure communi reperitur, ut
pœna ſuos authores teneat. l. ſancimus. C.
de pœn. at iure regni eius contrarium re-
ceptum eſt nam ſi malefactores inueniri
minimè poterunt, vniuerſitates in quarū
territorio factum eſt maleficium. tenētur,
ut habet in conſtit. ſuper inciſionib. ſed ſi
malefactores inueniātur, ipſi ultimo ſup
plicio puniuntur. & intelligitur illa conſti
tutio in omnibus maleficijs, & in quolibet
genere maleficij, in quo quis damnum rei
familiaris proſequitur. ſecundum Andr. de
Iſer. ibi ſuperuenit demum c. regni incip.
item ſtatuimus, quód uniuerſitas locorū.
quo cauetur, quód uniuerſitates non tenē
tur ad condemnationē furtorum, quæ per
ſpeciales perſonas fiūt, eſt aliud cap. incip.
clandeſtinis. quo datur modus procedēdi
contra eos, contra quos apparuerint indi-
cia, quòd ipſi fecerit damna illa, de quo
cap. infra de homicidijs clandeſtinis, dice-
mus. extat etiam aliud c. incip. uniuerſis
præſentis quo cauetur, quód uniuerſitates
tenentur de diſrobationibus & deprædatio-
nibus commiſsis in territorijs locorū
ipſarum uniuerſitatum, ſi non capiant ip-
ſos malefactores, & ducant illos præſidi pu
niēdos ad emendationem damni, & per c.
frequens & ineffrenata. ſtatuit, ut vniuerſi
tates teneantur ad emendam damnorum
clandeſtinorum, ſi non manifeſtauerint ma
lefactores, & in hoc videatur Gramma. de
cisi.

ciſi.47. vbi tenet fuiſſe deciſum, quód vni-
uerſitás tenetur tantum ad emẽdam dam-
norum. & non ad aliquam pœnam curiæ.
bene tamen verũ eſt quod Afflict. in conſt.
ſuper inciſionibus. in 4. not. refert, quód ex
tat ũnum cap. regis Caroli, quod incip. ſta
tuit dominus rex. quo dicit caueri, quod
vniuerſitas nedum debet condemnari ad
emendationem damni pro damno clande-
ſtino, ſed debet cõdẽnari ad tantundẽ re-
118 giæ curiæ. † Et forma procedẽdi in tali-
bus erit, vt, primo fiat inquiſitio genera-
lis contra malefactores, qua facta ſi nõ re-
periuntur malefactores, neq; ſint indicia
ſufficiẽtia, per quę poſsit perueniri ad tor
turam, tunc poteſt procedi contra vniuer
ſitatem illius loci, vt reſarciat damnum.
& ſi nolit forte, ſeruato iuris ordine cõdẽ
nabitur: & ita dicit practicandũ eſſe Affl. in
dicta conſt. ſuper inciſionis. in 4. not.

*De homicidijs clandeſtinis.*

119 † Et ſi contigerit committi homicidiũ
in perſonam alicuius in aliquo territorio,
& neſcitur a quo debeat fieri inquiſitio ge
neralis contra homicidã, ſi forte reperie-
tur, punietur, ſin autem indicia apparebũt
& perſona erit leuis procedetur ad tormẽ
ta, & ſi confiteatur, punietur vltimo ſuppli-
cio: ſi vero non reperiatur occiſor, nec ap-
pareant indicia, tenetur vniuerſitas illius
loci: vt ſi erit Chriſtianus occiſus, teneatur
vniuerſitas ad pœnam centum auguſtaliũ,
ſi vero Sarracenus, teneatur ad pœnã quin
quaginta. hoc eſt, quod voluit conſti. inci.
ſi damna clandeſtina. & continet ius no-
uum deinde ſuperuenit c. regis Caroli pri-
mi. inci. clandeſtinis maleficijs, quod pro-
uidet, ut dicta conſtitutio, præterquam in
eo, quod ſtatuit, qd ſi locus, ubi repertus
eſt occiſus, ſit vniuerſitas, mille foculario-
rum vel ultra, debet mulctari in vncijs cẽ
tum, ſi vero ſit quingentorum foculariorũ
vel ultra uſq; ad mille, mulctetur in vncijs
quinquaginta, ſi vero ſit infra quinquagin
ta focularia mulctetur in vncijs viginti
quinque. ſuperuenit etiam aliud cap. inci.
quod ſi forte. quo ſtatuitur, quód officialis
regis debet notificare regiæ curiæ inquiſi
tionem, quam fecit ſuper ipſo homicidio
clandeſtino cũ nomine inculpati & teſtiũ
deponentium de veritate, vel ſuper argu-
mentis vel indicijs, & interim non proce-
dat ad exactionẽ pœnæ: item notificet nò-
men & cognomen occiſi, & vnde ſit, & fi-
nès territorij, vbi reperitur occiſus, vt di
citur in c. eiuſdem regis incip. volentes,
quòd quando. item ſtatuitur per eundem
regem in c. incip. pridem mandatum no-
ſtrum. quod ſi non reperiatur ille, qui po-
ſuit ignem in reſtuchijs ante feſtum aſſum
ptionis beatæ Mariæ, & propterea ſequa-
tur damnum, vniuerſitas tenetur ad emen
dam damni: & idem dicitur in alio c. in
cipient. nuper apud Tranum. item ſtatuit
per eundem regẽ Carolum, quod pro ma
leficio clandeſtino ſeruetur conſtitutio. ſi
per inciſionibus corrigendo clandeſtinis
maleficijs. ut habetur in c. incip. ſtatuimus
quod conſtitutio quondam Federici. &
illud vltimũ c. regis Caroli primi manda
tur ſeruari per regem Carolum ſecundũ,
in c. inci. conſtitutionem domini patri no-
ſtri. vt tunc vniuerſitas mulctetur in augu
ſtalibus centũ pro maleficio clandeſtino
Chriſtiani occiſi, quãdo vniuerſitas habet
focularia mille vel plura, ſi minus uſque
ad centum quinquaginta, mulctetur in au
guſtalibus quinquaginta, ſi vero ſit focula
riorum quinquaginta, in auguſtalib. duo-
decim, ſi vero ſit Iudeus vel Sarracenus,
ſeruetur conſtitutio regis Caroli primi, in-
cip. clandeſtinis maleficijs. item ſimiliter
fuit ſtatutum per regem Robertum, vt in
c. inci. vniuerſis præſentis edicti ſeriem. vt
ſeruentur conſti. & capitula regni ſuper ho-
micidijs clãdeſtinis. & iubet ad beneplaci
tum dicti regis, quod vniuerſitates locorũ
debeãt capere ipſos malefactores, àlias te
neantur ad emendam damna paſsis. item p
eundem regem Robertum fuit prouiſum ĩ
c. incip. incumbit nobis non minus, quod
uniuerſitates locorum, ubi commiſſa ſunt
maleficia, debeant capere ipſos malefacto
res, & ducere ad iuſtitiarios prouinciæ, a-
liàs ipſa uniuerſitas teneatur ad emendatio
nem dãna paſsis, in uniuerſitatib. regis &
reginę ducillæ Calabriæ debet ſeruari, pri
ma ordinatio, & ſi uniuerſitas fuerit baro
nis pro medietate damna paſsis ſoluãt ba
rones, & pro medietate ipſa uniuerſitas. &
ad excuſandas uniuerſitates & barones ter
rarum demanij regis, & reginę ducillę Ca




labriæ ab emendatione dami, ſufficit, ſi
probetur per vnum teſtem & famam pu-
blicã contra aliquam perſonam, quæ com
miſit tale delictum. item prouiſum fuit p
cap. Papæ Honorij, quod in pœna contra
vniuerſitates pro Chriſtiano, vel Iudeo
clãdeſtinè occiſo debet ſeruari conſtitu-
tio. ſi dãna clãdeſtina, in locis populoſis, &
nõ augmentum pœnæ impoſitæ per regẽ
Carolum primum, & incipit illud c. Papę
Honorij. in homicidijs clandeſtinis. item
ſtatuit, quod pro furtis clandeſtinis vni-
uerſitates non teneantur ad èmendationẽ
dãni, & dictum c. Papæ Honorij fuit factũ
ad ſupplicationem regis Caroli ſecundi.
item fuit prouiſum per reginam Ioannã
ſecundã, ut ciuitas Neapolis non teneatur
in aliquo pro homicidio clãdeſtino uel dã
no, & omnia dicta iura refert Afflict. in ru
120 brica. de homic. clan. † Et eſt ſciendum,
quòd tunc demum habet locum diſpoſitio
huius conſt. ſi damna clandeſtina. quando
homicidium fuerit commiſſum extra ciui
tem in eius territorio, non autem ſi com-
miſſum eſt in ipſa ciuitate. & ita fuit deci
ſum in ſacrõ regio conſ. ut teſtatur Barto.
121 do Cap. in d. conſtitu. † Forma autẽ pro-
cedendi contra vniuerſitatem hæc erit, re
perto cadauere hominis occiſi ſcribi de-
bet actus inuentionis, ut dixi ſupra in ver
bo, capiat informationem debetq; ſcribi
per fines & cõfines territorium, ubi fuerit
inuentum, demum debẽt examinari teſtes
ſuper ipſa inuentione, & debent interroga
ri de nomine & cognomine occiſi, qui ſi de
poſuerint de nomine & cognomine, bene e
rit, quod ſi non cognouerint, ſcribantur
particulariter ſigna, quæ habet ipſe occi-
ſus, cum indumentis & alij demonſtratio-
nibus ad recognoſcendum hominẽ aptis,
demum procedatur ad inueſtigationẽ oc-
ciſoris cum diligentia examinando teſtes
de illa terra, ciuitate, caſtro, vel villa, & p̃
cisè de illo tractu, ubi fuit repertum cada
uer, ſummatim interrogando affines, co-
gnatos, & amicos illius occiſi, ſi fuit cogni-
tus occiſus ipſe, ut ſic poſsit ſciri occiſor
ut dixi ſupra in verbo, capiat informatio-
nẽ, & ſi contigerit, non poſſe reperiri occi
ſorem per probationes, indicia, uel conie-
cturas: tunc fiſcus debet cõparere, & porri-
gere libellum accuſatorium continentem
in effectu, quod reperto tali ſub tali die ca
dauere hominis occiſi Chriſtiani in terri-
torio talis ciuitatis iuxta tales fines, regnã
tib. &c. dominante. &c. ſub præſidatu, &c.
de pręſentibus anno & menſe. & facta di-
ligenti perquiſitione, ut reperiri poſſet oc
ciſor, ac formata deſuper requiſitione mi-
nime repertus fuit, neque per coniecturas,
ut ſic potuiſſet puniri, quo circa petit pro
cedi contra dictam ciuitatem, terram, vel
caſtrum, ipſamque condemnari petit ad de
bitam pœnam iuris, iuxta formam ſacrarũ
regni conſti, &c. quo libello porrecto cum
ipſius inſertione, iudex ipſe citari faciat
dictam vniuerſitatem, ut compareat legi-
time & per ſyndicũ ad id ſpecialiter depu
tatum & legitimè electum, intra terminũ
ſtatuendum ſecundum diſtantiam loco-
rum ad dandum deſignationem ſuſpecto-
rum de dicto homicidio, unà cum indicijs
vel coniecturis exiſtentib. aliás ad dicẽdũ
cauſam, quare non debeat condemnari ad
pœnam in regni conſtitutionib. ſtatutam.
& citata ipſa vniuerſitate ſi comparet ſyn
dicus, & ſit legitime ordinatus, & petierit
copiam inquiſitionis factæ ex officio, vel
ad. quærelam, tunc iudex iubeat ei dari di
ctam copiam, ut docet Afflict. in dicta con
ſtitutione. ſi dãna clandeſtina in 3. q. & pul
chre ibidem docet prędicta in 8. not. & ſi-
ue dederit, ſiue non ſuſpectos, ſit litis con-
teſtatio, & dabitur terminus ad probãdum,
legitimaturq; proceſſus, & ſi in termino ni
hil fuerit probatum, q releuet ipſam uni
uerſitatem, condemnabitur vniuerſitas ip
ſa ad ipſam pœnam.

*De rapientibus aliqua de incendijs & naufragijs.*

122 † De iure communi raptores rerum ex
naufragijs & incendijs, pœna quadrupli in
tra annum, poſt annum pœna ſimplici ſunt
afficiendi l. in cum. C. de fur. ſed per auth.
nauigia. C. de fur. quæ eſt incorporàta in
uſibus feudorum, in tit. de ſta. contra libe.
eccle. imponitur pœna publicationis om-
nium bonorum. & alia arbitrio regis, ho-
die ex conſti. regni incip. rapinas, utrun-
que ius correctum eſt, circa pęnæ impoſi-
tionẽ. quia imponitur pęna mortis, & ſuc-
ceſſores raptoris tenentur ad reſtituẽdum

res raptas, quatenus ad eos peruenit una
cum quadruplo dominis eorum, & in tali
periculo omnes qui poſſunt, debēt ſuccur
rere; ꝙ ſi nō fecerint & ſine legitima excu
ſatione fuerint negligentes, pęna unius au
guſtalis mulctabunt, nec valet conſuetudo
de capiendis rebus ex naufragijs, & incen-
dijs abſq; metu pœnæ ut dicit. c.regis Ca
roli incip.abuſum contra naufragos.
123 † Cautela tamen erit, ut capientes ta-
les res ad pœnam nō teneātur, ut proteſtē
tur ſe eas capere pro conſeruandos ipſas
domino ipſarū rerum.per l.falſus §.ſi alie
num.ff.de fur.& voluit Afflict.in d.conſti-
tut.rapinas, in primo notab. verſic.rurſus
quæro.

*De rapinis, & raptoribus aliarum rerum.*

124 † Auferentes res aliquas ſine pretio cō-
ſento & ſoluto, excepta palea, pro pęna
primæ rapinæ, ſi non ſunt nobiles, publicè
fuſtigantur.& amittunt triplum ipſius rei
quod applicatur regiæ curiæ, & damnū
paſſo ſimplum emēdare debent.ſi vero no-
biles ſint, ſex vncias debent ſoluere, & tri
plum rapinæ curiæ & damnum paſſo emē
dent, niſi voluerint potius fuſtigari. quia
fuſtigabuntur, & in fronte ſignabūtur. & ſi
ſoluere non poſſunt, & nolunt fuſtigari;
ponātur in carcere per annum, & ſi volue-
rint exire, emendet rapinam & triplū cu-
riæ & ſimplum damnum paſſo, & ſoluāt ſex
vncias; poſt vero annum liberētur ſine pœ
na, pro ſecunda rapina ille, qui non eſt no
bilis amitit manum, ſi eſt exterus, & ſi eſt
de regno, pedem, nobilis autē poſt ſecun-
dam rapinam amittit arniſeum & gagia &
quicquid illi debet curia, & ſi curia nihil
ipſi debet, ſoluat curiæ vncias 20.& ſi non
poteſt ſoluere, ſtet in carcere, & poſtea ex
pellatur de toto regno, & ſi poſtea inuenia
tur in regno, capiatur perſonaliter, & car-
ceri mancipetur.& pro tertia rapina no-
bilis capite puniatur. & ignobilis furcarū
ſuſpendio, ut habetur in c.incip.placuit de
conſilio.& eſt contrarium ius commune, ut
in toto tit.ff.de ui bo.rapto.

*De furtis.*

125 † Si quis furtum in re vnum auguſtalē
vel infra valente, commiſerit, fuſtigabitur
& ſignabitur in fronte.& de tota prouincia
bannietur, ſi vero in re ultra auguſtalem
vſque ad vnam vnciam quis furetur, manū
perdere debet, ſed ſi vltra vnciam, vel plu
ra furta, licet minima fecerit quis ſuſpē-
dio cōdēnatur, ſi ignobilis eſt, & ſi nobilis,
capitali pęna plectatur, hoc eſt, quod vo-
luit c.regis Caroli.incip.ad hoc, ꝙ noſtro-
rum. & de iure conſti. regni publicabant
bona furis pro furto, ut patet in conſti.in
cip. baiulus ſi furem. & de iure communi
tali pęna non puniebant fures, ut per Bal.
in auth.ſed nouo iure.C. de ſer.fug.& Iaſ.
in §.ex maleficijs.inſti. de action. & Ang.
Are.in tract.maleſi.in verbo, & veſtem ce
leſſē.& Gandi.in tit. de fur.& latro. & eſt
aduertendum, quòd Afflict.in conſti.termi
num uitæ. in 7.nota. facit mentionem de
126 iſto.c. † Et tenet nō eſſe faciendam diffe
rētiam inter nobiles & ignobiles in furto
ultra unam unciā, ambo ſuſpendūtur: ſed
ſalua pace, quia expreſſe contrarium dicit
tex.in d.c.in fin.& de iſto c. facit etiam mē
tionem idem Afflict. in conſti, ſuper inci-
ſionibus.in fi. col. ubi quærit an duo furta
di cantur plura.
127 † Nunquid, hæc pęna habeat locum in
eo, cui mercator dedit magnam pecuniæ
quantitatem, ut perfert ad alium, qui non
tradidit, ſed in proprios uſus cōuertit. Iaſ.
in l.quas vero.ff.ſi cert. pet. in 3.col.dicit,
quod iſtum caſum habuerunt de facto Flo
ria.& Imo. & nihil potuerunt allegare ad
euaſionem inquiſiti, taliter, quod fuit ſu
ſpenſus.tandem dicit ipſe, quod ſi ipſi al
legaſſent doctr.Bar.nō ita forte ſuccubuiſ
ſent, idque vbi dicit, ꝙ ſi mercator dedit
pecuniam ad numerum, videtur trāſlatum
dominum in recipientem.nam ſi eſt trans-
latum dominum. ut dicit Bart. ſequitur,
quod iuuenis contrectando, furtum non cō
mittit rei ſuæ.poſtea tamen dicit ipſe, ꝙ
talis iuuenis fuit ſuſpenſus propter tex.in
in l.ſi is cui.C.de fur. qui ad literam deci-
dit caſum noſtrum, licet ipſe conetur ſub
128 terfugere illum text. † Finge porro ꝙ
de furto ducētorum ducatorum, quo caſu
eſt



eſt pœna mortis, non deponunt niſi tres
mulieres, an procedi debeat ad condem-
nationem.do.Io.de Lare. dicit, quòd non,
ut ff.de teſt.l.ex eo.& extra, de verb. ſign.
cap. forus. & 23.q.5.cap.mulierem. niſi in
caſibus, in quibus infames admitterentur.
d.cap.mulierem. & eſt ratio, quia mulie-
rum vanum & mutabile eſt cor.l.filio.ff.de
inoffic. teſta.& vide Gandinum in titul.de
furibus & latronibus.in verbo, pone quæ-
129 ſtionem de facto. † Sed quęro de quęſtio-
ne, quam habui de facto, cum eſſem audi-
tor in toto ſtatu principatus Salerni: qui-
dam habuit lanam a Titio, ut faceret pan-
nos, qui poſtea aufugit non ſoluto pretio
lanæ, & aſportauit pannos ſecum, an com-
miſerit furtum? dubium conſiſtit in hoc,
an ille, qui accepit lanam promiſerit ſolue
re pretium lanæ, an uero promiſerit ex la-
na pannos facere, & dare domino lanæ.
primo caſu teneo, quòd dato, quód ille
talis factis pannis aufugiſſet non facta ſo-
lutione pretij, non poſſet ex hoc quæru-
lari de furto, ex quo panni erant ipſius
aſportātis, licet ipſe eſſet obligatus ad pre
tium lanæ: nam poſtquam quis ex materia
fecit ſpeciem, efficitur dominus illius ſpe-
ciei, maxime; quia fecit ſpeciem nomine
ſuo & bona fide.& eſt talis ſpecies, quę non
poteſt reduci ad materiam.hic eſt tex.in l.
adeo.§.cum quis ff.de acqui.re.domi.ſed ſi
ſurripuiſſet lanam, & non emiſſet, tunc de
furto tenetur, etiam in ſpecie.ſecundū tex.
l.ſi quis vxori.§.ſi quis ex maſſa. ff. de fur-
tis. ſecundò uerò caſu poteſt agi de furto.
quia dato, quòd ipſe fecerit ſpeciem, tamē
quia fecit nomine alieno, non efficitur do-
minus illius ſpeciei, & per conſequens do-
minium pannorum eſt illius, qui eſt domi-
nus lanæ, per text. ſuprà allegatum in §.cū
quis, iuncta gloſ.& eſt tex.in l. quicquid.§.
vbi.ff.de acqui.rer. do. & ſic cum ſit domi-
130 nus, poteſt agi de furto. † Item de iure cō
muni, ſi quis inuenit rem alienam, & domi
no nō reſtituit, furtum committit.l.falſus.
§.qui alienam.ff.de fur. & habetur p Abb.
in cap.ſæpe.de reſtitu.ſpolia. concordat in
hoc conſti.regni incip.pecuniam ſi quis in-
uenerit.qua cauetur, quód inueniens pecu
niam uel aliam rem, animalibus exceptis,
& non reſtituens domino vel baiulis, furti,
tenebitur, & ſi tales res fuerint aſsignatæ
baiulis expectabitur dominus per annum,
quo elapſo applicātur fiſco: & licet furtum
committatur, ut ſupra, non credo tamen, ꝙ
habeat locum pœna, de qua ſuprà, ſed pœ-
na iuris communis tātum & eſt ratio, quia
licet ſit furtum, nō tamen eſt furtum regu
131 lare † Item, nemo debet capere animalia
aliena, & illa detinere, niſi cum latrone ce
perit, & iuſtitiarijs aſsignet, quod ipſum ſi
non fecerit iſte ut fur & latro plectendus
erit & ſi quis inuenerit animalia damnum
dantia in ſua poſſeſsione, poteſt illa capere
& iuſtitiarijs aſsignare.aliás ſi nō aſsigna-
uerit, pęna furti tenebitur.& qui animalia
cum latrone curiæ aſsignauerit premium
conſequetur.hoc voluit conſtitutio, inci-
piens.peruenit ad aures. hodie autem ſuf-
ficit, ſi aſsignet baiulis locorū, ut habetur
132 in conſti.cum per partes Apuliæ. † Item
ſi tres latrones concordes depoſuerint con
tra receptatores, fautores, conſortios, & par
ticipes, faciunt tantam fidem, quantam fa-
cerēt duo teſtes probi viri, niſi cauſa ratio-
nabilis ſuſpitionis adeſſet, ut eſt tex.in ca.
frequens & ineffrenata.intelligitur tamen
tex.ille, quando ille, qui nominatur per il
los tres latrones, eſſet leuis perſona & in-
famata, aliás ſecus, ut habetur in ca. incip.
133 conſtitutionem. † Item iudex in eodem
iudicio & inſtantia debet cōdemnare accu
ſatum de furto ad debitam pœnam, & ad
rei furtiuæ reſtitutionem.hoc eſt, quod vo
luit tex.incip.ſi de furto. & concordat cum
l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg. Iul. de vi.
pro quo videatur Bart. in l.interdum.ff.de
pub.iu & in leg.interdum. §. qui furem.de
furt & pro intellectu illius c.uideatur Par.
de Put.in lib.ſynd.in uerbo, condemnatio.
verſ. ſequitur modò alia quæſtio.

*De iniurijs.*

134 † Si quis iniuriā fecerit dixeritve officia
li imperatoris uel regis, duplicata pœna
plecti debet, qua plectitur, ſi dixerit feco-
ritve priuato, ut uoluit conſtit. regni. inci.
135 vt participatio. † Item iudices habētes
iudicare ſuper actione iniuriarum, debent
conſiderare qualitatem perſonæ, cui dicta
factave fuerit iniuria, ut ſi ſit curialis uel
in dignitate exiſtens, & etiam debet con-
ſiderare qualitatem eius, qui dixit uel fa-


cit

cit iniuriam,& quo tempore facta fuit, &
in quo loco,& iſtis conſideratis procedãt
ad ſententiam,conſiderent etiam iudices,
quód iniuria facta dictis regijs curialibus
reſpicit non tantum ipſos, ſed etiam re-
gis dignitatem. hoc eſt,quod voluit conſ.
136 incip.obſeruent. † Item tunc demum de
bent duplicata pęna puniri facientes vel
dicentes iniuriam regis officialibus,quan
do dictam iniuriam facerent dictis officia
libus in exercitio officij,ac prætextu offi-
cij,at ſecus,ſi ex priuato odio & particula
ri,uel ex eo,quod officiales aliquid iniu-
riosè abſtulerint ab eis,imò tunc ipſi offi-
ciales debent puniri pœna quadrupli eius
quod ablatum fuit per eos iniuriosè ſubdi
to regis,applicanda paſſo iniuriam, quòd
ſi aliter afflixerint ſubditos prætextu offi
cij,de eo conuicti condemnabuntur ad ter
tiam partem bonorum ſuorum omniſi re-
gio fiſco, & in utroq; caſu condemnantur
ad perpetuam infamiam, & ad amiſſionẽ
officiorum;& declarabitur, quòd nullo tẽ
pore ad aliquod officium domini regis ad
mittantur. hoc eſt, quòd voluit conſtitu-
tio,incipiens,eos tantum.
7 † Item in actione iniuriarum debet cõ-
13 ſiderari qualitas perſonæ inferentis iniu-
riam,& qualitas pſonæ eius,cui illata eſt
iniuria,an videlicet ſint perſonæ publicæ
an priuatæ,& an in dignitate conſtitutæ.
item conſiderari debet,in quo loco ſit cõ-
miſſa iniuria,& quib. præſentibus,& an in
iudicio,an extra. item in qua parte corpo
ris facta ſit iniuria. Vide Socy.conſi.146.
138 primo li. † Item ille, qui intentat actio
nem iniuriarũ,debet iurare. quòd potius
voluiſſet de ſuis proprijs bonis tantũ per
dere,quàm talem iniuriam ſuſtinere,& ſe
cundum dictam æſtimationem debet ſub
ſequi condemnatio. poteſt tamen iudex ta
xare dictam æſtimationem ante ſententiã
& a tali ſententia poteſt vterque appella-
re.& de tali cõdẽnatione fiunt tres partes,
duæ ſunt curiæ, & tertia eius,qui paſſus
fuit iniuriã hoc eſt quod uoluit cõſtitutio
incip.varietate pęnarum,& quaſi tota eſt
conformis cum iure communi ſecundum
139 glo.& Docto. † Et eſt notandum, quòd
pro uerbis iniurioſis nõ poteſt agi ad quæ
relam uel denũtiationem ex officio curię
ſed debet agi per libellũ legitimè ordina
tum,ut dictat ritus magnæ curiæ vicarię
140 cip.ſtatuẽntes. † Sed hic occurrit dubiũ.
quòd ſi pars iniuriata porrigat libellũ,po
ſtea uerò deſiſtat,an poſsit curia ex offi-
cio pcedere?& videbatur dicendum,q ſic.
& primò per tex.l.ſi ff. de pa. ubi habetur
quód ius mihi acquiſitum, non poteſt ſi-
ne facto meo tolli: unde ſi per libellũ fuit
acquiſitum ius curiæ,licet pars porrigẽs
libellum remiſerit,non tamẽ præiudicat
fiſco. item pro hoc facit c.regni, quòd ac-
cuſatore deſiſtente,curia procedit, & pari
modo cauetur per regiã prag. ergo ſumus
in claris. contrarium uidetur dicendũ, &
primo,quia fiſcus nullum ius habet in pœ
nis ante ſententiam, ut notabiliter dicit
Bal. in l.ſi.C.de fru.& li.expẽ. vnde ſi ante
ſententiam nullum hr̃ ius,non poteſt dici
ipſi fuiſſe acquiſitum ius per porrectionẽ
libelli. ſecundó,quia in crimine iniuriarũ
eſt permiſſa tranſactio,& ubi eſt permiſſa
trãſactio,parte deſiſtente curia ex officio
procedere non poteſt,ut dixi ſuprà in tit.
de vſur.&c.& regiæ prag. de accuſatore de
ſiſtente loquuntur,& habent locum in caſi-
bus,in quibus aliàs poſſet ex officio proce
di,& ita intelligo procedere dictum Ba. in
l.1.C.de abolitio. & quia pendent nunc in
facto,non aliter me extendo.
141 † Illud adnotandum eſt,quòd pro iniu-
rijs,offenſis,maleficijs,atque culpis, reli-
gioſis,clericis,& eccleſiaſticis perſonis il-
latis,poteſt ex officio procedi, ubi nullus
accuſator apparet,ut uoluit text. in ca.de
iniurijs. debet tamen aliquis denuntiare
ad hoc,ut ex officio poſſit procedi. ſecun-
dum Io.Criſpan. in d.c & aliàs obtinui di-
ctum c. intelligi debere nõ de ſimplici ver
142 bali iniuria,ſed graui. † Si quis ruſticus
verbauerit militem non per viam defen-
ſionis,ſed offenſionis, manus detruncatio
ne puniri debet eadẽ pęna imponitur ual
lecto qui militẽ nobilioris gradus uerbe-
rare tentauerit. ſi autem quis ęque nobilẽ
uerberauerit punitur priuatione nobilita
tis,& exulabit extra regnum per annum.
ſi nobilis minus nobilem verberauit, ip-
ſo iure eſt priuatus nobilitate, & non po-
terit eſſe in iudicio nobilium ſi miles mi
litẽ verberauit, priuatur amiſsione om-
nium equorũ & armorum ſuorum,& exu
labit per annum extra regnum.& ſi bur-
genſis



genſis aut ruſticus verberatus ſit a milite,
qui non eſt ipſius dominus,punietur miles
iuxta ſacramentum paſsi iniuriam & taxa
tionem iudicis. hoc voluit conſt. regni. in-
cip. vt dignitatum.& intelligitur hæc con-
ſtitu. de nobilibus & militibus nobiliter &
militanter viuentibus, non aliàs. ſecun-
dum Iſer. & Afflict. ibi:& ſic iſtæ perſonæ
non continentur in conſtit. præcedenti,va-
rietates pœnarum. ſecundum Afflict. ibi.
FIS. quid enim ſi fuerit oblatus libellus de
iniurijs in magna curia, contra aliquem
vaſſallum baronis,& iniuriæ ſunt dictæ in
caſt. baronis,an baroni petenti remiſsionẽ
cauſæ debeat fieri? I V D. dic, q ſic,quia
vertitur ſuum intereſſe, & ad hoc Afflict.
ponderat tex. in conſt. varietates pœnarum
in 5.& vltimo not. † Et in quantum ſuprà
tetigi illam quæſtionem, an iniuriato re-
mittente,curia poſſit ex officio procedere,
adde quód conſti. poſtquam citatæ partes,
videtur decidere dubium, nam dicit quód
de iniurijs licita eſt trãſactio,fallit in iniu
ria atroci. dicit ibi Afflict. in tertio nota.
quòd poſt comparitionem partium & con-
teſtationem litis non licita eſt tranſactio,
in ciuili; ſed eſt acquiſitum ius fiſco. ergo
infertur quòd actio licet iniuriarum ſit mi
ſta,nihilominus adhuc curia poteſt proce-
dere; non obſtante tranſactione propter
ſuum intereſſe.& hoc expreſsè videtur pro
bare text. in conſt. ſpõte volentibus. in qua
cauetur non licere poſt partium compari-
tionem,& conteſtationem facere in tranſa
ctionem in cauſis ciuilibus in pręiudicium
fiſci. ¶ Et cui ſit prius facienda ſolutio
mulctæ qua condemnatur iniurians, fi-
ſco, an iniuriato? Rebuff. in prohem. cõ-
ſtitu. glo. num. 119. lib. primo. tenuit fuiſſe
deciſum quód primo debet ſatisfieri parti
& demum fiſco. ¶ FIS. an iſti qui de nocte
faciunt matinatas, ante domos puellarum,
teneantur actione iniuriarum? I V D. di-
cas quòd ſic. ita Angel. in l. item apud la-
beonẽ. §. meminiſſ. per illum tex. de iniur.
¶ F I S. an milites poteſtatis qui ſolent de-
ferre baculum in manu,ſi percutiunt cum
baculo aliquem, quando vadunt exercen-
do eorum officium, ut exiſtente in medio
platearum non ſint impedimento poteſta-
ti tranſeunti vel aliter, teneantur actione
iniuriarum? I V D. dicas q non, ita Ang.
in d. l. item apud labeonem. §. adijcitur. ff.
de iniur. in q. an petens fideiuſsionem ab
eo qui eſt approbatus vir contumeliam fa
ciat. I V. dic quód ſic: ita Bal.& Albe. a Roſ.
in l. teſtamento datos. ff. de teſta. tutel.

*De crimine peculatus.*

143 † Si officialis pecuniam reipublicæ tem
pore ſuæ adminiſtrationis, ſubtraxiſſet,
olim de iure cõmuni pœna deportationis
puniebatur. l. 3. ff. ad l. pecula. hodie verò
in regno ponitur pœna capitis, vt voluit
conſtitu. regni incipien. offic. reipublicæ.&
gloſſ. intelligit de pœna capitis, ideſt, mor-
tis naturalis. ſed Afflict. dicit debere intel
ligi etiã de pœna deportationis,& ſic mor-
tis ciuilis. videant tamen cap. incip. nouis
moribus. & cap. vulgaris famæ. & cap. in
primis.& cap. incip. cures attentè. vbi vide-
bis, quę & qualia ſtatuta ſint in hoc crimi-
144 ne. † Et ſi officialis ex ſua negligentia de
perire fecit bona publica, ipſe tenet regio
fiſco de facultatibus ſuis tãtundem in ęſti-
matione ſoluere. hoc eſt quod voluit con-
ſtit. incip. officiales, qui.

*De inquiſitionibus faciendis.*

145 † Inquiſitio generalis de iure communi
ſolebat fieri per præſidem vel alium nouũ
officialem, quando accedebat ad capien-
dam poſſeſsionem ſui officij,ad purgãdum
prouinciam malis hominibus, text. eſt, &
ibi Bar. in l. congruit. ff. de offi. præſi. poſtea
ſucceſsit in regno conſtit. incip. inquiſitio-
nes generales. qua cautum eſt, quòd præſi
des & iuſtitiarij prouinciarum, ubi & quã-
do eis videbitur, ad libitum poſſent gene-
rales inquiſitiones facere, ad purgandum
prouinciam malis hominibus. demum ſuc
ceſsit cap regni incip. generales inquiſitio
nes. qua cautum eſt, non ſemper & indi-
ſtinctè licere præſidibus generales inquiſi-
tiones facere, ſed ſemel tantum in anno.
& talis inquiſitio generalis non operatur,
vt ex ea poſsit quis condemnari, quia nul-
lus fuit cõtradictor, nec aliquis eſt citatus
ad faciendas ſuas defenſiones. ſed operabi-
tur tantum, ut ex ea poſſet perueniri ad
ſpecialem,& ſic eſt præparatoria, ut dicit
Fel. in cap. inquiſitionis. col. 3. de accuſ. de.
inde

inde ſuperuenit conſti.hi qui. quæ ſtatuit,
quòd ſi facta inquiſitione generali per de-
cem teſtes bonæ & optimæ opinionis con-
ſtiterit contra aliquem de aliquo delicto,
pro quo de iuſtitia non venit inferenda pę
na mortis naturalis,nec abſciſsio alicuius
membri, & de dicto delicto fuerit conui-
ctus, debet iudex ipſum ad opus publicum
mittere ſuo arbitrio:ſi veró per decem, ut
ſupra,cõſtiterit contra aliquem de aliquo
delicto, ex quo veniret imponenda pęna
mortis naturalis,aut membri abſciſsionis,
& non eſt probatum, quòd eſt leuis vitæ
& malæ conuerſtrionis, tunc poterit con-
tra eum procedi ad citationem, ut compa-
reat ad ſe defendendum, & ſi comparuerit,
dabitur copia nominum teſtium unà cum
eorum depoſitiouibus, & conſequenter ter
minus ad ſe defendendum; ſi uerò con-
tra eundem, per dictos teſtes probetur,
quod commiſit crimen,in quo venit impo-
nenda pęna mortis, uel mutilationis mem
bri,vel perpetui carceris, & ſit probatum
per teſtes num. 10. bonæ opinionis, & non
inimicos inculpati, quód ſit homo leuis
vitæ & conuerſationis,tunc quando proce-
ditur contra eum, debet ei dari copia no-
minum teſtium deponentium contra eum
in generali inquiſitione, & non teſtimo-
nium ipſorum;& proceditur ad condemna
tionem iuxta qualitatem probati crimi-
nis.Superuenit poſtmodum conſti.item du
ra & dira.qua cautum eſt, quòd etiam ſi
probatum fuerit inquiſitum eſſe leuis opi-
nionis & vitæ, debeat dari copia reperto-
rum.& concordat cum cap. incipien.in ge-
neralibus inquiſitionibus. & cum cap.ſub-
iungendo.& quum in d. conſtit.requiratur
probatio per decem teſtes, in hoc dicta cõ
ſtitu.eſt correcta per cap.ſubiungendo.vbi
ſtatutum eſt, quód ſufficiunt quatuor te-
ſtes, poſt hæc ſupeuenit pragma. reginæ
Ioannæ inſerta inter capitula regni, quæ
incip.item, quòd prædicti officiales nulla-
tenus de cætero audeant,ibi, in regno pro-
hibentem fieri inquiſitiones.& ſic correctę
ſunt omnes conſtit.& capitula permitten-
tes inquiſitiones generales.

*De accuſationibus.*

146 † Nullus accuſator admittitur ad accu-
ſandum, niſi ſe obligauerit ad certam pę-
nam pecuniariam, ſe probaturum crimen
obiectum.hoc eſt quod voluit conſti.incip.
præſenti lege. quæ concordat cum l. 3. C.
qui accuſa.non po.& 4.q. 4.cap. 2.§.inſcri-
ptio.& concordat cum conſtitu. pęna ca-
lumniæ. & de hoc extat ritus magnæ cu-
riæ vicarię,incip.item quód curiæ.ſed hoc
147 hodie parum obſeruatur. † Item extat
ritus magnæ curiæ vicariæ, quód ſi filius
familias accuſat non admittitur, niſi fiat
fides,quòd habeat bona caſtrẽſia uel quaſi
vel patercius pro eo principaliter ſe obli
get obprobationem; ut in titul. incip.itẽ
ſeruat ipſa curia, quòd quando venit ali-
quis.

*De accuſationibus.*

148 † Deſiſtentes ab accuſatione, vt quia li-
te conteſtata in accuſatione criminali,non
comparent in termino eis præfixo a iudi-
cio ad aliquem actum faciendum in litem,
ob contumaciam puniuntur in tertia par-
te bonorum mobilium; & ſi iterum citan-
tur ad proſequendam accuſationem, & fue
rint contumaces, punientur pęna centum
auguſtalium: hoc eſt, quod uoluit conſtit.
incip. accuſatorem. & idem erit, ſi remit-
tant expreſsè poſt litem conteſtatam accu
ſationi inſtitutæ. eſt etiam alia conſtitu-
tio,incip.poſtquam citatæ partes. qua pro-
uiſum eſt, quòd poſtquam citatæ partes
comparent, poſſunt tranſigere & paciſci,
& ſic deſiſtere ab accuſatione, niſi in enor-
mibus criminibus, in quibus non licet. eſt
etiam cap. regni incip. ad audientiam no-
ſtram.quo cauetur vt ſi quis accuſet in ca-
ſu,quo tãgitur tãtum intereſſe priuatum,
& iurauerit de proſequendo,antequam par
tes compareant in iudicio,licitè poteſt de-
ſiſtere,ſed vbi tangiẽ intereſſe curiæ,nõ ad
mittiẽ accuſatio,niſi data cautione de pro
ſequendo,& tunc ſi contra iuramentum de
ſiſtat, ad pęnam periurij põt procedi con-
tra eum, ut ibi demũ ſuperuenit ritus ma-
gnæ curiæ vicariæ. incip. item ſeruat ipſa
uicaria,quòd accuſator.ſub rubrica,de de-
ſiſtentibus qui voluit, q ſi accuſator vult
deſiſtere ante litis cõteſtationem, ſoluit ta
renos ſex, poſt litem conteſtatam, tarenos
duodecim, & per dictum ritum corrigitur
c.ad



149 c.ad audientiam noſtram. † Solẽnitates
accuſationum ſeu denuntiationum remit
tuntur in enormibus.tex.eſt in conſt.iuſti
150 tiarij non per Calendas. † Non dẽt ad
mitti quis ad accuſandum,ſi eſt p̃ſonerius
vel familiaris officialis,niſi de crimine pu
blico,& tunc iuſtitia mediãte procedatur
hoc voluit cap.incipiens,item ſtatuimus,
151 quòd magnifici iuſtitiarij.† Accuſatore
deſiſtẽte debet ſubſtitui per iudices unus
in locum ipſius,cum quo procedatur ad de
finitionem cauſæ ex eiſdem actis.hoc eſt,
quod voluit c.regis Roberti, incip.ſpectat
152 ad præſides ſeu ad conſultationem.† Ac
cuſatione pendente ipſe accuſator accuſa-
ri non põt,& aliàs, ut plenè dixi ſuprá in
uerbo,audiantur exceptiones proponendę
153 † Licet olim popularis accuſatio vige-
ret ut in toto titulo de popu.actioni.tũ ho
die in regno nullus admittitur ad accuſã
dum,niſi ſuã ſuorumq; iniuriã proſequa-
tur,ut dictat ritus magnæ curiæ vicariæ
inci.q nullus admittatur.& alius ritus in
ci.item,quòd nullus.& in alio ritu incipiẽ
154 te,item,q nullus laicus. † Clericus nõ
admittitur ad accuſandum etiã circa pœ-
nam ſanguinis, niſi ſuam ſuorumq; iniu-
riam proſequatur,ad denuntiandum autẽ
admittitur cũ obligatione ad pęnã, facta
per laicum pro parte ipſius clerici.hoc uo
luit ritus magnæ curię vicariæ incipiens
itẽ,quòd nullus clericus.& eſt alius ritus,
incip.item ſernat ipſa curia,quòd quãdo.
155 Tam accuſator quã accuſatus, tenetur
ſe in curia p̃ſentare in quolibet termino,
& ſi accuſatus in aliquo termino non cõ-
paret,& accuſator cõparet,accuſabitur cõ
tumacia contra ipſum accuſatũ,& ſequen
ti die ad petitionẽ accuſatoris uel fiſci pa
troni,poteſt idem accuſatus ſeu inquiſitus
condemnari ad pœnã fideiuſsionis & ban-
niri: & fideiuſſor condemnatur ad pœnam
fideiuſsionis,hoc voluit ritus incip.itẽ ſer
uat ipſa curia,quód vbicunque.& itẽ vult
alius ritus incipiens,item nota, quòd die
155 ultimo. † Accuſator & accuſatus ſi col-
ludunt & in termino eis dato non cõparẽt
in iudicio uel terminũ prorogant,quẽ ſpõ
te ceperunt,puniuntur in cẽtum auguſta-
les,eruis pro medietate, vt in conſti. ſæpe
157 contingit.de pœna collu Et eſt notan-
dũ,quòd accuſator de adulterio, ſi vxorẽ
receperit,videtur deſtitiſſe. adeò ut vlte-
rius nõ admittatur ad quærulãdũ.hoc vo
158 luit conſtit.qui poſt crimen. † Licet olim
de iure communi ſi de minori crimine ac
cuſans,reaccauſaretur de maiori crimine,
antequã nomẽ eſſet receptum inter reos,
impediebatur prima accuſatio.l. 1.C.q ac
cu.non poſ.tamen de iure regni corrigiẽ,
& in vtraq; accuſatione procediẽ,hoc uo-
159 luit conſti.ſi ciuiliter agens † Si cõmiſ
ſo delicto in aliquem,ita ille eſt læſus, ut
non poſsit ſuam iniuriam proſequi,nec in
dicio adeſſe,tum ſi accuſator deſit & con
ſtet ſũmariè,ſuppleat iudicis officiũ & ex
officio procedat,ut in cap.regis Caroli in
cip.plerunque.

*Ne filius pro parte, vel è diuerſo.*

160 † Pater pro filio delinquente non tene-
tur,nec econtra, niſi filius deliquerit in
crimine læſæ maieſtatis. quia tunc pater
tenẽ denuntiare filiũ regi,& ducere filiũ
ad ſatisfaciẽdũ regi,ut in authẽ. ut liceat
matri & auiæ.§.ſi verò contra imperium.
& eſt cap.regis Caroli primi incipiens,ad
dictam.& ecõtra,ſi pater delinquit ĩ cri-
mine læſæ maieſtatis,filius punitur pœna
l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt.item ſi fra
ter delinquat,alij fratres non tenẽtur pro
eo.& idem dicẽdum eſt in coniugibus,ut
ſi maritus delinquat,uxor nullum dãnum
pati debet in iuribus dotalib. fallit ſi per
ſonæ p̃ſentes filio delinquenti exuli vel
fugitiuo vel ſoriudicato, uel fratri exuli
uel foriudicato,præſentibus p̃ſtitiſſent ali
moniam.tunc enim bona eis dimiſſa publi
cantur regiæ curiæ:& quando filius venit
puniendus pęna pecuniaria, & non poteſt
ſoluere,nõ poteſt cogi pater,ut pro eo ſol
uat.hæc omnia voluit conſtit.inc. patres
pro filijs.cõcordat cum conſti.ob filiorum
culpas.& cum conſt.pœna carcere volen-
tes.idem uoluit c.regis Caroli in planicie
ſancti Martini,inci.item ſtatuimus, quòd
ſi contingat aliquos dãnari.item eſt ſcien
dum,quòd non licet filiis proditorum con
trahere matrimonium ſine aſſenſu regis,
ut ĩ c.regis Caroli primi ſatis cõſtat.& p
capitulum regis Caroli ſecundi inc.item
ſtatuimus,quòd filiæ proditorũ eſt ordina
tum,quòd filiæ proditorum non poſſunt
dotari

dotari de bonis,quæ eis obuenerũt ex ſub-
ſtantia paterna;ſed tantũ de illis, quæ eis
obuenerunt aliunde legitimè. & per c.in-
cip.humanitatem quoq;.ſectantes.eſt ſta-
tutum,quòd filiæ proditorum & heretico
rum non poſſunt contrahere matrimoniũ
abſq; abſſenſu regis,ſed filię foriudicato-
rum pro alijs criminibus . libere poſſunt
matrimonium contrahere ſed corrigit p̃-
dicta aliud ca.incip.item ſtatuimus,quód
licitum.& in alio c.incip.irem ſeruetur c.
de verbo ad verbum .

*De foro competenti.*

161 †Siquis traxerit aliquem pro aliqua cau
ſa coram alio iudice,quám regis,in caſu ,
quo ipſe regis officiales deberẽt cognoſce
re,punitur pæna publicationis omniũ bo
norum mobilium & immobilium ẽt feu-
dalium,hoc eſt,quod voluit conſtitu.inci.
cum iuſtitiæ .

*De reorum cuſtodia.*

162 † Carcerati ſi non pernoctauerĩt in car
ceribus,nihil ſoluere tenentur,ſed ſi per-
noctauerint,pro liberatione ſua quilibet
eorũ granos decẽ ſoluere debent: hoc eſt ,
quod uoluit conſtit.incipiens.caſtellani &
ſeruientes & ſi quis caſtellanorũ uel ſer-
uientium ultra receperit,nõuplum curiæ
ſoluere debet,& reſtituere domino, id qđ
iniuſtè recepit.hoc voluit conſtit. ſequẽs
Incip.ſiquis caſtellanorum.ſed prima con-
ſtitutio in quãtum permittitur poſſe exi
gi granos decẽ,corrigitur per c.regis Ca-
roli inci.magiſtro iurato,iuſtitiario,caſte
lanis,ut dicit Affli.in d.conſt.extat aliud
c.regis Caroli primi inci item a collecto
ribus.quo cauetur,quòd nihil debet reci-
pi a carceratis pro debito fiſcali, quando
liberanẽ , ſub pœna quadrupli· ſuperuenit
demũ ritus magnę curiæ vicariæ inci.itẽ,
quòd carceratus quo cauetur , quòd car-
cerati pernoctantes tenentur ſoluere gra-
ños : 3.de quo ritu meminit Affli.in d.cõ-
ſtit.caſtellani.& dicit,quòd neſcit, quomo
do potuit illud introduci contra ca.regni
eſt etiam aliud c. incip. item ſtatuimus ,
quòd priſonerij.quo cauetur , quòd nihil
poteſt recipi præter id,quod ſtatutum eſt
adde quòd extat regia pragmatica Cæſa.
maieſtatis;incip.item volumus & manda
mus,quòd carcer,qua cauetur,quòd nihil
163 debet ſolui a carceratis . † Si carcerati
euaſerint negligentiã cuſtodũ, puniuntur
cuſtodes ipſi pæna publicationis omnium
bonorum,& incarcerantur per annum,ſed
ſi doloſè & fraudulenter permiſerint car-
ceratos fugere.capitali ſententia cõdẽnã-
tur.hoc eſt,quod voluit.tex.in conſtit. cu-
ſtodes,de quorum cuſtodia.ſed de iure cõ
muni puniuntur eadẽ pæna qua debebãt
puniri ipſi carcerati.l .ad commẽtarienſẽ.
164 C de cuſto.reo. † Carceribus mancipari
minimè debent parati dare fideiuſſoriam
cautionem.l.diuus ff.de cuſto reorum cõ-
cordat in hoc conſtit.regni,incip.humani
tate,fallit in crimine notorio.itẽ in crimi
ne læſæ maieſtatis, & alijs caſib.ut plenè
dixi ſupra in uerbo,liberentur ſub fideiuſ
ſoria cautione. idem uoluit c.incip. item
iuſtitiarij delatos,ubi plus dr̃, ꝙ ſub pœ-
na intra decem dies poſtquàm eſt cõclu-
ſum in cauſa;debent carcerati expediri .
adde,ꝙ extat regia pragma.inci.inoleuit.
quę mandat ad capturã procedi ſeruato
165 iuris ordine ſub pœna . † Incidentes in
pœnã pecuniariam,uel bãnum de perſona
ſi idoneè caueant,nõ debent capi,hoc eſt
quod voluit tex.cap.ſtatuimus,ut nullus.
666 † Non debet quis capi de perſona ab-
ſque conſilio iudicis,ſi idoneè cauerit,niſi
in caſib.á regni cõſtitutionib.permiſſis,&
officialis contrafaciens,perdit medietatẽ
gagiorũ unius anni,& inſuper alia pœna
plectitur ad arbitrium regis.& ſi iudices
in caſib.prohibitis conſilium dederint ut
capiatur aliquis,ipſi tenenẽ ad eam pęnã
.&officiales liberanẽ.& ſi officiales aliquẽ
ceperint contra ius,niſi iudices reſiſtant,
tenentur pœna prædicta. ſi ipſis reſiſten-
tibus nihilominus officiales ceperint, ſub
eadẽ pœna tenentur regi denuntiare: hoc
eſt quod uoluit c.inci.item caueant iuſti
tiarij,ne aliquos.idem uoluit capitu.item
167 quód prædicti iuſtitiarij. † Non debent
prætextu cuſtodię carceratorum uel por
tandorum de loco ad locum grauari ſubdi
ti & vaſſalli,ſed proprijs expenſis curiæ ;
& per ipſius ſeruos cuſtodiri.hoc eſt quod
uoluit c.incipiens.prouiſum eſt pro melio
ri.& ſimiliter eſt ſtatutum in capitulis Pa
pæ



pæ Honorij in c.quod incipit.ad captiuo-
rum cuſtodiam.de quo meminit Afflict.in
conſti.caſtellani.

*De caſtellanis.*

168 † Caſtellani non debent ſe intromitte
re de aliquo negotio terræ, vbi eſt caſtrũ,
palam vel occultè , alias puniũtur pœna
priuationis officij, & quinquaginta augu-
ſtalis.& ſeruiẽtes caſtrorum abſq; licẽtia
caſtellani, nõ exeant ſub pæna auguſtaliũ
quatuòr quos ſi non poſſunt ſoluere,ad o-
pus publicum condemnantur. & cõcordat
hoc c, cum c. regis Carol. primi,incip.ca-
ſtellani & ſeruiẽtes,& cum alio c incip.qđ
169 caſtellanis noſtrarum arciũ. † Cauſæ cri
minales caſtellanorum per iuſtitiarios re
gionum tractãtur, hoc eſt quod voluit cõ
ſtit.caſtellanorum.

*De contumacibus,& pœna contumacium.*

170 † Cõtumaces in cauſis criminalibus ho
die in regno puniũtur pœna publicationis
tertiæ partis bonorum mobilium . & eius
nomen & alia bona annotantur: ut erat de
iure communi.l. 1.ff. de requi.re.verum ẽ
differẽtia inter ius cõmune & regni.quia
de iure regni reſeruantur bona filijs. ſecũ
dum diſpotionem conſtitu. incip. grandis
utilitas.& aliud ius nouum ibi adducitur,
quia contumaces banniuntur ſecũdum for
mam ibi traditã.de quo dixi ſupra in ver-
bo,reputentur contumaces.& in verbo,bã
nientur , & perſeuerantes in cõtumacia p
annum,foriudicantur: ut in conſtitutio pę
nã eorũ vt ſatis ſupra dixi in verbo,foriu-
371 dicentur. † Contumaces ſecurè poſſunt
cõparere intra duos menſes a die bãni; &
intra illud tẽpus offendi nõ poſſunt.hoc
voluit conſt.incip.clementiæ.idem voluit
ritus incip. item ꝙ nullatenus bannitus.
172 † Siquis fuerit contumax reputatus, &
de ſero comparuit ad purgandam cõtuma
ciam,tenetur ſequenti curia perſonaliter
cõparere, & dare fideiuſſoriã cautionẽ de
ſtando iuri,& petere , quod procedatur in
cauſa;aliàs contumax remanebit, hoc eſt,
quod voluit ritus incip.item, quod plerũ
què.& quod poſſit cõparere de ſero,& pur
gare contumaciam,eſt ritus incipiens, itẽ
ſeruat ipſa curia , quod ſi aliquis bãnitus.
& fideiuſſor cõdemnatus purgat contuma
ciam, ſi cõparet de ſero,& præſentat prin-
cipalem,aliàs ſe eius;in eodem ritu.
173 † Et nota, quòd nullus debet de æquita
te cõdemnari prima die poſt ferias;vt vo
luit ritus incip. item ſeruat ipſa curia,qđ
174 primo. † Et contumax citatus in cauſa
ciuili, non poteſt per procuratorem com-
parere niſi prius purgauerit contumaciã.
hoc voluit ritus incip. itẽ, quod ſi aliquis
vel aliqua bãnitus , &c. de alijs dixi ſupra
in verbo contumaces reputentur.

*De citatis ad informandum.*

175 † Vniuerſitas citata in criminalibus,po
teſt comparere ,per ſyndicum ſpecialiter
conſtitutũ: idẽ permiſſum ẽ in mulierib.
cõiugatis : vt videlicet poſſint cõparere
per procuratorem cum ſpeciali mandato,
hoc voluit conſtitutio,generalia iura.& ẽ
ius nouum ſecundum gloſ. ibi citari non
poſſunt ad nouem homines locorum vt in
c.item quod iuſtitiarij de cętero

*De foriudicatis & bonis foriudicatorum.*

Quia ſupra in verbo, foriudicentur,plenius
retuli iura regni,ideo hic non repetam.

*De citatis coram maiori iudice.*

176 † Si aliquis eſt citatus corã iuſtitiario
regionis pro aliqua cauſa , ibiq; cauſa eſt
incepta : & demum citatur coram magna
curia vicaria. non poteſt deſerere illã cau
ſam,& comparere in magna curia vicaria:
niſi crimẽ, de quo citatur eſſet maius.hec
diſtinctio non cadit in crimen læſæ maie
ſtatis hoc voluit conſti.incip.contingit in
interdum.

*De pœna iudicis qui male iudicauit.*

177 † Si iudex in cauſis ciuilib. doloſè iudi
cat,eius bona publicantur; ſed ſi per igno
rantiam deliquit,pęna arbitrio regis infe
renda plectitur;vt eſt cõſti. regni.ſi iudex
178 fraudulenter.Et ſi male iudicauit in cau
ſis criminalibus accepta pecunia,pœna ca
pitali punitur;vt eſt conſti. incip iudex ſi
accepta.

accepi a.ſecundũ capitula regni iudex con
demnans ad mortem,ubi non debuit,puni
tur pœna ſimilitudinis ſupplicij: ut in c.re
gis Caroli incip.ſi iuſtè quis appellauerit.
de iure verò communi non punitur iudex,
quando male iudicauit in cauſa ciuili,pę-
na publicationis bonorum: ſed quando do
losè iudicauit in cauſa criminali,ut patet
in auth.nouo iure.C.de pœn.iudi. qui ma.
iud.ſecundum Af.in d.conſt.ſi iudex frau-
dulenter.

*De crimine corruptelæ.*

179 † Crimen corruptelæ eſt publicũ,adeò,
vt omnibus in iudicio liceat deferre offi-
cialem de corruptela, & donatorem uel ꝓ
miſſorem,& ſi per legitimas probationes
conſtiterit de orruptela,accuſans uel de-
nuntians præmiabitur:& erit præmiũ,quia
officialis condemnabitur ad ſoluendum di
cto accuſatori vel denuntiatori tantũ, quã
tum fuerit promiſſum dicto officiali, & ſi
dictum promiſſum non ſit certũ,conſidera
ta qualitate cauſæ & perſonarum, punietur
iudex arbitrio iudicantis.hoc eſt quod vol
uit conſtitutio,corruptelæ.& ſi quis dede-
rit uel promiſerit certum quid iudici,&
intra tres dies nõ detulerit,punitur in tan
tundem ut in d.cõſt.in fi.de iure verò con
muni,qui corrupit iudicem,litem perdit,
ſiue ſit perſona priuata,ſiue publica,ſiue fi
ſcalis,ut l.1.C.de pœn.iu.qui mal.iudi.ve-
rũ ſi ipſemet corrũpens id detulerit iudici
& ꝓbauerit,é immunis ab omni pęna,ubi
verò deferens non probat,ſi delatus iuraue
rit ſe non recipiſſe,liberatur ipſe delatus,
ſed deferens in æſtimatione litis punitur,
& ſi delatus per iuramentum ſe purgare
recuſauerit,punitur,ac ſi contra eũ proba-
tũ eſſet,ut in auth.nouo iure.C.de pœn.iu.
qui mal.iud.& iudex corruptus efficitur in
famis,& damna reſarcire debet.l fin.C.eo-
dem tit.idem voluit conſtitutio.incip.liti
gator autem.item de iure communi,ſi qs
non pecunia,ſed præcibus corrumpit indi
cem,punitur pœna centum aureorum.l.pri
ma.in fin cum gloſſ.ff.ad legem Iuliam de
180 ambi. † Et nota vnum notabile verbum,
quòd ſi inquiſitus corrũpit iudicem,ut cer
tam pro ſe ferat ſententiam, non punitur
de corruptela,nec ipſe,nec iudex,doctrina
eſt Bar.in l.qui explicandi.C.de accuſatio.
181 † Et de iure ciuili attentans corrũpere
punitur ac ſi corrupiſſet.l.imperator Seue
rus.ff.de iure fiſ.& Bal.in authenti. ſed no
uo iure.C.de pœn.iu.qui mal.iudi.in pri.
quæſtio.idem eſt de iure regni, ut in cõſti
182 tutio.incip.litigator autem.† Demũ ſu-
peruenit capit.incip.vulgaris famæ prolo
quium,quo datur forma procedendi cõtra
iudicem impetitũ de corruptela,& in pri-
mis ſtatuit capiendam eſſe informationẽ
ex fama iudicis, demum procedatur exã-
mẽ teſtium ſuper corruptela:& ſi duo aut
tres teſtes conditionis electæ & morum de
poſuerint de corruptela,tũc ſi iudex fuerit
bonæ famæ,datur ipſi copia nominum te-
ſtium,non autem dictorum, & niſi aliquid
probauerit,quod ipſius innocentiã demon
ſtret, ad condemnationem ipſius procedi
debet.ſi verò fuerit malæ famæ, nulla ipſi
data copia condemnabitur. debet tamẽ iu-
dex in hoc circũſpecte ꝓcedere,ut ad teſti
monium inimici minimè admittantur, &
ſic debet inueſtigare,qui ſint teſtes, & cu-
ius qualitatis,quis ſit zelus delatoris,quæ
cã ipſum mouerit ad deferendum,& ſi per
vnum teſtem tantummodó bonæ exiſtima
tionis & vitę contra iudicem probet,&
deferens inter ſe dediſſe pecuniam iudici.
& quantitas non ſit magna,& dans ſit hone
ſta perſona,cõdemnabitur iudex.ſed ſi per
teſtes non pt probari de corruptione præ
dicta,& delatus ſit malæ famę,& aliqua ſal
tem præſumptiue probentur contra eum,
ut quia probatur dãtis captio & abſolutio
ſine cauſa,uel tractatus ſeu pactiones cũ
officiali habitæ ꝓ liberatione,uel alię cõ-
iecturæ appareant in c.deſcriptæ, & defe-
rens iuret ſe dediſſe, & quantitas non eſt
magna,tunc poteſt ſimiliter iudex condẽ-
nari.at ſi officialis fuerit bonæ famæ,quan
tumcunque probẽtur præſumptiones & cõ
iecturæ,uel indicia contra eum,præcipuè,
vbi deferens leuis vitæ compertus fuerit,
tunc ad condemnationem minimè deueni
ri poteſt:ſed ſi deferens ſit perſona appro-
batæ vitæ,& prubentur contra officialem
violenta indicia,quantumcunque ſit offi-
cialis bonæ famæ repertus,ſi quantitas da
ta nõ eſt magna cõdẽnabitur officialis. ſed
vbicunque propter defectum probationis
condemnatio ſequi non poteſt,& ſunt indi
ci



cia,debet delatus per iuramentũ ſe purga-
re,& ſi officiales fuerint de corruptela con
demnati non poſſunt appellare: ſed tãtum
modò ſupplicare, & ipſa ſupplicatio nõ ſu-
ſpendit pronuntiatum, niſi quouſque ipſa
ſupplicatio coram principe præſentetur &
dictum cap. fuit factum ad beneplacitum,
de cuius intellectu videatur Par.de Put.in
lib.ſyndica.in verbo,corruptio. & vide ca.
inci.item,quòd in omni caſu,quo cauetur,
quód quando contra officialem legitimè
non probatur, poteſt ſe per iuramentũ pur
gare,ſi vero iurare recuſauerit, debet ſtari
iuramento partis aduerſæ de eo,quod dicit
ei dediſſe.

*De non opprimendis uaſallis a dominis.*

183 † Non debent barones ſuos vaſſallos in-
debitè opprimere, uel eis aliquid auferre,
& ſi contrafecerint, puniuntur in refectio-
ne expenſarum, & rẽ ablatam tenentur re
ſtituere,& ſoluere duplũ curię.ſi uero vaſ-
ſalli indebitè quęrelantur cõtra dominos,
debent in expenſis condemnari,hoc eſt qđ
uoluit conſti.incip.præſenti conſtitutione.
demum ſuperuenit regia pragma.inci.ma-
gnifico viro Aloiſio Coppulæ. quæ eſt re-
gis Ferdinandi,qua cauetur,quòd barones
exigentes & extorquentes a vaſſallis adiu-
toria in caſibus non permiſsis,vltra emẽda
tionem damni faciendam illis,quibus illa-
tum eſt, tenentur ad duplum regiæ curiæ,
nec poſſunt barones ſuos uaſſallos prohi-
bere uendere, uel cogere,ut uendant, ſub
pœna ducatorum mille,& eſt pragm. Cæſ.
ma.Caro.v.imp.inci quin etiam, qua caue
tur vaſſallos non opprimi a ſuis dominis.
item eiuſdem eſt alia pragm.inci. item ex
quo diuino. qua cauetur,quòd barones nõ
debẽt impedire matrimonia inter ſuos ua
ſallos directè uel indirectè,ſub pœna reſer
uata regiæ maieſtati ſeu uiceregi.item eſt
alia prag.incip.audiuimus etiam.quæ mã-
dat non imponi nouas angarias & gabellas
ſubditis per barones; niſi in caſibus a iure
permiſsis.item eſt alia pragma. incip.gra-
ues inſuper.quæ mandat baronibus,ut non
cogant ſuos vaſſallos ad emendum ſua bo-
na,ſub pœna reſeruata regi, & perditionis
pretij coactæ uenditionis,& quòd uenditio
ſit nulla.item eſt alia prag.inci.audiuimus
etiam complures barones. quæ mandat ba
ronib. ut non conſtringant ſuos vaſſallos
accedere ad ſua molendina, furnos,uel tor
cularia, niſi habuerint barones ius prohi-
bendi ex conſuetudine uel priuilegio.

*De ſeruis fugitiuis.*

184 † Seruos fugitiuos nullus capere debet,
& ſi ceperit, ſtatim domino reſtituat: & ſi
ignorauerit dominum, aſsignet baiulis &
officialib.locorum, qui contrafecerit, ipſe,
& omnia eius bona, regis efficiuntur. hoc
uoluit conſtitutio incip.ſeruos & ancillas,
& eſt alia pœna de iure communi,quàm ſe
cundum hanc conſtitutio, ut habetur in l.
quicunque.C.de ſeruis fugi.& hæc conſtit.
in parte corrigitur per conſtitut. incipen.
mancipia.

*De falſis.*

185 † Falſificantes literas regias aut ſigillum
capitaliter debent puniri.ut habetur in cõ
ſtitu.qui literas.& non eſt diſtinguendum,
an literæ regiæ continebant iuſtitiam, an
gratiam: an fiat falſitas per notarios can-
cellariæ,an partem, an talis falſitas ſit ali-
cui nocitura, an non, an modica ſit raſu-
ra,nec an ille,qui falſificauit, uſus fuit, an
non,nec an illę literæ falſificatæ ſint iuſtæ,
an iniuſtæ,ut habetur per Afflict. ibi.& di-
cit Afflict. quód intelligitur de pœna capĩ
tali,quæ eſt deportatio. ſed ſuperuenit ca.
regni regis Caroli incipien. ut quę ab ex-
cellentia, quod ſtatuit pœnam ultimi ſup-
plicij in falſificantes literas & ſigillum re-
gis;ut refert etiam Afflict.in conſtit.in fin.
186 † Vtens falſo inſtrumento ignoranter,ex
cuſatur a pœna falſi;ut eſt conſtit.inci.qui
falſo & concordat cum l.ſi falſos. C. eo. ſed
dicit ſubaudiendum eſſe Afflict.ibi,ſi deſi-
ſtat ab uſu:& in hoc eſt emanata regia pra
gmat.incip.teſtem falſum.qua cauetur, q
niſi producẽs renuntiauerit uſui infra octo
dies poſt proceſſum publicatum, poteſt de
187 falſo puniri.† Et qui inſtruit teſtes ad fal
ſum deponendum, pœna falſi coercetur; ut
habetur in conſtit.qui falſitatem.quæ con
cordat cum l j.in prin & §. j ff.ad leg.Cor.
de fal.& intelligetur de pœna ſecundũ ius
commune,quę in homine libero eſt depor-
tatio

ſatio cum publicatione bonorum, ſecun-
dum Afflict. ibi. † Et qui celat teſtamentũ
vel aliud inſtrumentum, tenetur de falſo:
vt habetur in conſtit. teſtamentorum. con-
cordat tex. l. Paulus. §. Paulus. ff. ad legem
189 Corn. de falſ. † Et ſimiliter de falſo tene-
tur, qui aboleuit teſtamentũ patris, in hũc
finem, vt ei ſuccedat ab inteſtato, & perdit
hæreditatem, ut in conſtitu. ſi quis patris.
190 † Et in pœna falſi qualitas perſonæ eſt in
ſpicienda & ſatis attendenda, vt in conſtit.
191 qualitas perſonæ. † Et ſi teſtes in aliqua
cauſa falſum depoſuerint, poſſunt ex eodẽ
proceſſu pœna falſi puniri, & ſufficit ſi ci-
tentur ad dicendum cauſam, quare nõ de-
beant puniri de falſo; qui ſi non comparue
rint, illa contumacia ſufficit ad eos cõdem
nandum; vt hr̃ in regia prag. teſtem fal-
192 ſum. † Et ſi teſtis de falſo condemnatus
iterato falſum committat, vltimo ſuppli-
cio punietur vt eſt alia regia prag. incip. te
ſtes inſuper falſos. ¶ Et per quærelam de fal
ſo contra teſtes & partem, non retardatur
curſus cauſæ principalis, vt in regia prag.
incip. Raymundus vniuerſis.

*De falſa moneta.*

193 † Cudẽtes falſam monetam, vel ſcienter
accipientes aut conſentientes, pœna capi-
tis & publicatione bonorum plectuntur: vt
in conſtitu. incip. adulterinam monetam
quæ concordat cum l. 2. C. de falſ. mone.
194 † Et qui pecuniam argẽteam vel auream
raſerit aut diminuerit, pœna eadem plecti
tur; vt in conſt. qui nummos. & eſt cõfirma
tum per regem Carolum, vt habetur in c.
iam ſæpe ad nos. & vltra ſtatuitur, quòd ta
les punientur, ſicut de crimine læſæ maie-
ſtatis; & quòd accuſator talium ipſis cõui-
ctis, debet habere viginti auguſtales, & ple
nam fidem facit in tali crimine vnus te-
ſtis fide dignus de viſu, & fama publica.

*De veneficijs.*

195 † Capitali ſententia debent plecti, qui ad
alienandos animos; videlicet, ad amorem
vel odium: aut ad fatuitatem cauſandam,
mala medicamenta homini dederint, aut
venenũ, vt homo moriatur & ſimile ſi ali-
quis habuerit venenum penes ſe vel in do
mo, vel illud vendiderit, ſimili pœna plecti
tur; vt in conſti. mala noxia. concordat cũ
c. homicidas. 23. q. 5. & in l. 3. ff. ad l. Corn.
de ſicar. & intelligitur text. de vendente &
habente penes ſe, ita videlicet; ſi cauſa oc-
cidendi hominẽ habuerit, vel vendiderit;
& ibi dicit Afflic. quòd eadem pęna plecta-
tur & emptor; vt in conſtitut. incip. eadem
pœna. & in quantum ſupra dicitur, quòd
eadẽ pęna punitur vendens venenũ ad no-
cendum, idem ſtatuitur in conſti. incip. qui
166 cunque toxicum. † Et qui inſtruxerit po
culum amatorium, etiã ſi neminem læſe-
rit, non erit impunis, vt in conſti. incip. po-
culum amatorium. ſed punitur, ſi eſt hone-
ſtæ vitæ, relegatione ad inſulã, amiſſa par
te bonorum; & ſi eſt ſeruus, ad metallum
damnatur. l. ſiquis §. abortionis. ff. de pœn.
& porrigentes vel dantes amatoria pocu-
la, ſi ſequatur mors, pœna mortis plecten-
tur; ſi veró ſumens in aliquo non lædatur,
publicantur omnia bona, & per annum car
cerantur; vt habetur in conſtitu. amatoria
pocula.

*De adulterijs.*

197 † Adultera licet de iure communi pœna
mortis plectebatur; vt C. eo. tit. l. caſtitatẽ.
& l. quamuis. tamen de iure regni punitur
aliter. quia tradĩ viro, ut ille ipſi truncet
naſum: & ſi vir noluerit naſum trũcare, pu-
blicè flagellabitur; vt in cõſti. legum aſpe-
ritate. & ſic ſolum in adultero eſt hodie pę
na mortis. per d. l. quamuis. quæ per conſti.
regni non immutatur. & de iure etiam ca-
nonum eſt pœna capitis in adultero, ut ex-
tra de pro. c. tuę. inſti. de pu. iu §. ſed & lex.
298 † Et maritus ſi reperit vxorem in adulte
rio, nulla mora protracta vtrunque occide-
re poteſt; ut in conſtit. ſi maritus. & eſt no-
tandum, quòd iudex eccleſiaſticus, eſt iu-
dex competens in cauſa adulterij, vt in cõ
ſtitu. incip. maieſtati noſtræ. quod qualiter
intelligatur, vide Afflict. ibi.

*De lenonibus.*

¶ De lenocinio dixi ſatis ſupra in verbo, &
lenocinium commiſit. ubi habes, quæ ſint
de iure regni ſtatuta, quæ hic non repeto.





*De vendente liberum hominem.*

199 † Qui ſciens liberum hominem vẽdide
rit, debet redimere ipſum ſic venditum, &
ipſe vendens efficitur ſeruus curiæ, & om-
nia eius bona publicantur, & ſi non poteſt
redimere illum ſic vẽditum, debet ipſe tra
di parentibus venditi, & nihilominus om
nia eius bona publicantur, & ſi cõtigerit,
vt quomodocunque ille ſeruus vẽditus re
deat, debet ipſe vendens tradi pro ſeruo re
giæ curiæ in perpetuam ſeruiturẽ. hoc eſt
quod voluit conſtitu. incip. qui ſciens.

*De incendijs.*

200 † Incẽdiarij domorũ de nocte, puniun-
tur pœna mortis, vt prouiſum eſt per cõſt.
inci. ſuper incendiarijs. & per conſt. regni
incip. qui dolosè. ſtatutum eſt generaliter,
quòd incendiari jdomorum in ciuitate, ca
pite puniantur, vt in conſt. qui dolosè. ſunt
etiam duo capitula regis Caroli de impo-
nente ignem reſtuchijs camporum, quæ
aliter non refero.

*De ludentibus ad dados.*

201 † Ludentes quotidie ad aleam & dados,
& tabernarum frequentatores, inter infa-
mes habentur, & proinde à teſtimonio re-
pelluntur, vt in conſtit. mores diſſoluti.

*De blaſphemantibus.*

202 † Blaſphemantes Deum linguæ amputa
tione plectuntur, vt in conſti. blaſpheman
tes. de iure communi erat pœna mortis, vt
in auth. vt non luxu. contra na. colla. 6. ſu-
peruenit demum regia pragma. regis Fer-
dinandi incip. maxima nobis ingratitudo.
qua cautum eſt, quòd blaſphemantes non
attenta qualitate perſonarum, ſemper cor-
poraliter puniãtur, iuxta formã regni con
ſtitu. & ſi officiales tales blaſphemãtes nõ
puniant, priuantur ſuis officijs, & alijs pœ-
nis plectantur. de iure verò canonico ſi ſa-
cerdos vel clericus blaſphemauerit, priua-
bitur fructibus beneficiorum per annũ ꝓ
prima vice, & pro ſecunda vice, ſi vnicum
habuerit beneficium debet eo priuari, ſi au
tem plura, illud quod voluerit ordinarius
debet amittere, & pro tertia vice dignitati-
bus & beneficijs omnibus priuabitur, eaq;
liberè impetrari & conferri poterunt, & eſt
ius nouiſſimum ſtatutum in concilio La-
teranenſi ſub Leone decimo, vt refert Io.
Dia. in practic. crimin. cano. in verbo, bla-
ſphemijs.

*De periurijs.*

203 † Periurium committẽtes in iudicio, vel
extra, ſcienter, manus amputatione plectẽ
tur, vt eſt conſtitu. eos qui ſcienter, & nota
quòd extant duo ritus magnæ curiæ vica-
riæ: vnus incipit, item nota quòd ille. alter
ĩcipit, idẽ ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis.
quibus cauetur, quòd contra eum, contra
quem præſentatum & liquidatũ eſt inſtru
mentum, proceditur ad mutilationem ma
nus. hodie tamen in periurijs, quæ extra iu
dicium committuntur in contractibus, nõ
proceditur ad mutilationem manus. & eſt
notandum quòd eſt noua pœna, quæ non
erat de iure communi. ſecundum Affl. ibi.
Et aduerte quòd aduerſus citationes de pe
riurio & crimine ſtellionatus poſſunt alle
gari exceptiones abſentiæ infirmitatis car
ceris nullitatis, & ſubmonitionis. Eſtq; no
tandum, quòd citatus & actor, debẽt perſo
naliter comparere, tam in accuſando pri-
mam contumaciam, quàm vltimam. Et ſi
reus nõ comparet remanet condemnatus,
& à die condemnationis per menſem non
poſſunt expediri literæ exequutoriales. Ela
pſo menſe expediuntur tantũ de capiendo
reum contumacem de perſo. ad hoc vt ve
niat recepturus copiam libelli, & adimple
turus adimplenda. Et nota quòd cõdemna
tus de periurio, & crimine ſtellionatus po
teſt comparere de ſero, & ſequenti curia te
netur comparere recepturus libellum, &
ſi actor adeſt, fit mandatum debitori quòd
non diſcedat, & recta curia recipiat libellũ
videlicet, conteſtat litem coram iudice de
facie ad faciem cũ creditore, & præſtet cau
tionem de ſtando iuri in forma; & ſi actor
abſit, fit mandatum quòd durãte curia nõ
diſcedat, & recta curia licentiatur, & dele-
tur à libro condẽnatorum. Item eſt aduer
tendum quòd in cauſis periurij & crimine
ſtellionatus, pro mulieribus honeſtis, pro

eccleſijs,& pro vniuerſitatibus,pro cicatri-
ce & conuentis poteſt comparere procura
tor cum ſpeciali mandato , & admittitur,
ac ſi reus pſonaliter cõparuiſſet. Et ſi peta
tu r edi inſtrumentum tempore condẽna-
tionis,non debet edi;ſed eſt exhibendum
tempore offerendi libelli & litis cõteſtan
dæ, etiam ſi opponatur non eſſe ſtipulatũ
de facie ad faciem.Item notandum eſt , ꝙ
pro condemnato de periurio, ſeu crimine
ſtellionatus,quando vocatur ciuilis citatio
pro debito non poteſt comparere procura
tor;ex quo pro bannito nemo loquatur,&
remanet etiã contum ax,& poſſunt ſequen
ti die expediri literæ exequutoriales ex pri
mo decreto,& facta exequutione, non ex-
pectatur trimeſtre tempus , ſed ſtatim po-
teſt expediri mandatum ad reluendum re
uocato precario & ad ſe reuocato ; ſi dicta
citatio fuerit expedita ſuper inſtrumento
iurata, & iſte ordo ſeruatur in magna cu-
ria.Itẽ aduerte quòd in cauſa periurij fit ;
publicatio,ſalua de emptione, & ſtatim fa
cta publicatione citatur fideiuſſor ad præ-
ſentandum, & eſt neceſſe quòd reus cõpa-
reat & præſtet aliam fideiuſſionem de ſtan
do iuri etiam poſt ſentẽtiam,quod ſi factũ
non fuerit, fideiuſſio præſtita extinguitur.
& lata ſententia fideiuſſor non tenetur ad
præſentationem principalis, & hæc ſcias
practicare.

*De ſepulchro uiolato.*

204†Qui ſpoliat mortuum vel occiſum,pœ-
na manus punitur,& non ex hoc cẽſentuř
ſublata diſpoſita per ius cõmune circa vio
latores ſepulchrorum , vt habetur conſtit.
ſi quis aliquem occiſum.

*De occupantibus rem ad ſiſcum perti-
nentibus.*

205 † Qui occupatã tenuerit terram, vel ba-
roniam ad fiſcum pertinẽtem , publicatio
ne omnium ſuorum bonorũ plectetur, vt
habetur.in c.inci. prædeceſſorũ noſtrorũ ,
& ſimiliter qui occupat aliquam rẽ parti-
cularem de demanio regis punitur pœna
quadrupli omniũ redituum & prouentuũ
quos percepit occupator ex re demaniali
ſpectante ad regium fiſcum,vt in d c.& il-
lud allegat Afflict. in conſti. inter multas.
206 in quarto no.in ſi. † Et eſt notãdũ,quòd
debet ſeruari ordo iuris,quando fiſcus præ
tendit,quòd aliqua perſona priuata detine
at res vel iura fiſci occupata, & antequam
legitimè conuincatur occupator , non de-
bet ſpoliari vt habetur in c. itẽ ſtatuimus
quòd ſi procuratòres fiſci.de quo meminit
Afflict.in d.conſtit.inter multas.in quarto
no.in fine.eſt etiam aliud. cap.inci.ex com
miſſi nobis. quo cauetur , quòd ſub pœna
vnciarum mille occupatores rerum dema
nialium debent bona occupata relaxare ,
aliàs ſine alio proceſſu procèdetur ad exa-
ctionem dictæ pœnæ.

*Vt nullus retineat commendatos in
terris demanij.*

207 † In terris demanij nemini licet tenerè
aſſidatos,aliàs tenetur reſtituere ipſos con
mendatos,& ad pœnam decem librarũ au
ri pro prima vice,& pro ſecunda vice tene
tur ad pœnam publicationis omniũ bono
rum,& pro tertia vice vltimo ſupplicio cõ
demnabitur,vt eſt text. in cap.regis Caroli
208 incip.prædeceſſorum noſtrorũ.†Item in
terris baronis nõ poſsũt recipi vaſſalli de
maniales ſub pœna omnium bonorũ,quæ
tenet baro in regis dominio,vt habetur in
c.regis Roberti,incip. cum ex noſtra cura.

*De proditoribus eorumq; pœna.*

209 † Proditores puniuntur pœna mortis &
publicatione omnium bonorum; vt habe
tur i n ca.nuper apud Tranum. & qui dede
rit cõſilium vel fauorem, aut receptauerit,
eadem pœna punietur, & qui liberos rece-
ptauerit vel dederit auxiliũ vel conſilium,
grauiſſimis pœnis arbitrio regis punietur.
& ſi quis ſciuerit eſſe proditores in regno
& celauerit;vel vbi potuiſſet capere, nõ ce
perit;vel ſi non potuit capere, nõ acclama
uerit alta voce, vt ꝓditor regis in pſona &
210 rebus grauiſſimè puniatur. † Et poſtquã
captus fuerit quis ꝓ crimine læſæ maieſta
tis,non poteſt abſolui,nec datis vel nõ da-
tis fideiuſſoribus carcerere liberari, vel eo
rum bona reſtitui, ſine regis ſpeciali man
dato , & quando denuntiatur regi ; debet
denuntiari in forma deſcripta in d. cap.nu
per



211 per apud Tranum. Et ſi ex cauſa prodi-
tionis bona proditorum ad curiam deuo-
lu ta fuerint,intra annum vnũ vel bienniũ
ſeruata diſtinctione abſentium vel præſen
tium, qui in dictis bonis ius habere con ſi
dit,contra curiam regiam , cumque qui à
curia tenet,ius ſuum intẽtare debet; quòd
ſi non intentare curet,vltra nõ auditur ; vt
212 habetur in cap.& ſi frequenter.† Et filiæ
filij ve proditorum non poſſunt matrimo
nia contrahere abſque aſſenſu regio , ſub
pœna publicationis omniũ bonorum : vt
in cap.ſatis conſtat.de quo dixi ſuprà,ne fi
lij pro pa.& idem ſtatuitur in filijs & filia-
bus bannitorum & foriudicatorum;vt ibi.
ſed iſtud vltimũ corrigitur per cap. incip.
humanitatem quoque & probatur primũ.
213 †Et bona proditorum ipſo iure ſunt fiſci
abſque ademptione poſſeſſionis ; & intra
annos viginti numerandos à die commiſ
ſi delicti, poteſt ea fiſcus vendicare à qui-
buslibet detẽtoribus;& poſſeſſores iuuẽtur
legitimis exceptionibus; ſed proditores &
filij nulla exceptione iuuantur:vt habetur
in cap.incip.bona proditorum.

2 *De quæſtionibus & tormentis.*

14†Ad torturam procedi non poteſt,niſi ſe
cundum ordinationem & formã conſtitu
tionum regni & iuris communis;vt in ca.
incip.item caueant.nec ad torturam proce
di poteſt ſine conſilio iudicum , vt in cap.
item quòd in cognitionibus omnium cau
ſarum. & per regiam prag. incip. manda-
mus quoque.cautum eſt,ſi ſunt quatuor iu
dices,omnes debent notare & ſubſcribere
215 decretum de torquendo.†Et tortura ha-
bet locum in his delictis , in quibus venit
imponenda pœna vltra relegationem in
conuictis ; & debet dari præcedentibus le-
gitimis indicijs,argumentis , ſuſpicionib.
& excuſſione qualitatis & conditionis per
ſonæ quæſtionibus exponendæ;vt in c.tor-
216 menta. † Et tortura debet dari in publi-
co coram aſſeſſoribus, actorum notario,&
aduocatis ; ſed ex cauſa in occulto datur .
ſed confeſſio facienda per tortum, fit in ſe
creto: vt habetur in cap. habebitur. ſed de
facto non ſeruatur ; quia datur tortura in
occulto & abſentibus aduocatis;licet aduo
catus fiſci ex quodam abuſu interueniat .
217 † Et ante torturam debet dari copia indi-
ciorum,argumentorum , & ſuſpitionum ,
propter quæ deuenitur ad torturam ; aliàs
proceſſus ĕrit nullus; vt in eodem cap. de
quo dic,vt ſuprà, in loco ſuo dixi.
128 † Et in accuſatis de crimine læſæ maie-
ſtatis,hæreſis,& in publicis latronibus ; &
diſrobatoribus ſtratarum,captis in flagran
ti crimine,aut in fuga,& in teſte vacillãte,
& in eo , qui deliquit iudice ſedente pro
tribunali, debet ſeruari ius commune , vt
præter formam & modũ præſentis edicti
ſubdantur quæſtionibus, ſicut iudici vide-
219 bitur;vt in cap.in accuſatis. † Et ſi con-
tra formam à iure introductã fuerit quis
per officiales tormentis expoſitus de con-
ſilio iudicis & aſſeſſoris, debet puniri ipſe
aſſeſſor , niſi arguatur officialis de dolo ;
quo caſu vterq; puniatur,vt in d cap.in ac
cuſatis. & ſi officialis tormẽtauit aliquem
abſque conſilio aſſeſſoris,ipſe officialis pu
nitur , & excuſatur aſſeſſor , ſi ignorauit ;
vel ſi ſciuit & pertinaciter reſiſtit.
220 † Et quando aſſeſſor reſiſtit, tenetur no-
tarius actorum ſub pœna ſcribere illam re-
ſiſtentiam;vt in dicto cap.in accuſatis.
221 †Item per cap.incip. tormentis. eſt ſimi-
liter prouiſum , vt tormenta inferantur in
crimine læſæ maieſtatis, aut in diſrobatio
nibus ſtratarum,ita,ſi contra tales publica
fama ſit,& ſufficientia præcedant indicia :
ſic etiam in homicida,aut aliàs delinquẽ-
te enormiter,capto in flagranti crimine:vt
habetur in cap.incip. tormentis. & adde ;
quòd iſtud capit. licet ſit poſterius in ordi
ne,quàm capitu.in accuſatis. tamen illud
corrigitur per iſtud, vt etiã tortura habeat
locum in teſte vacillante,vt hic dicũt mo-
derni. & intellige hoc & illud , vt tortura
habeat locum in iſtis caſibus præter formã
capitulorũ regni , ſed ſeruata forma iuris
222 communis. † Item per capit.incip.item
prouiſa iuris ſanctio . eſt cautum , vt tor-
menta etiam die feriato inferãtur latroni
bus,& ſtratarum diſrobatoribus , aut alijs
enormiter delinquentibus, qui etiam poſ-
ſunt & debent tormentari,ſi, & prout vide
bitur officiali, vt ex dicto capit.ex ſumpta
præeminentia magnæ curiæ vicariæ . & ſi-
militer eſt ſtatutum per capitul. incipien
idem magiſtris.quo cauetur , vt in talibus
caſibus non obſeruatis capitulis regni, de

ſiue communi tormententur tales.

*De appellationibus recipiendis.*

223 † Si contigerit appellari à decreto de tor
quendo, & iuſta eſt appellario, debet ad-
mitti,& interim ad torturam nõ procedi,
quòd ſi non admiſſa appellatione iudex
ad torturam proceſſerit,vt dictum eſt, ap-
pellatio interpoſita erit iuſta;vel proceſſe-
rit ad torturam, vbi non debuit; aut con-
tra formam iuris, ſi tortus ex tormentis
ipſis, vel propter confeſſa in tormentis,
mortuus fuerit,iudex ipſe ad vltimumſup
plicium propterea tenetur: & ſimili pœna
tenentur iudices, qui reiecta appellatione
à diffinitiua condemnatoria ad mortem,
exequutioni ſententiam ipſam demanda-
uerunt. & ſi tortus ex tormentis mortuus
non fuerit: iudex ipſe in pœnam carceris
biennalis incurrit, & tertia pars bonorum
ipſius omnium commodis curiæ ipſo fa-
cto applicatur. & ſimiliter ſi damnatus ad
mortem non admiſſa appellatione, non
fuerit traditus morti, ſed ad aliud ſuppli-
cium, iudex in ſimilem pœnam incurrat;
& officialis ſic ſemel punitus,ad aliud offi
cium nunquam recipiatur;& ſi per proceſ
ſum apparuerit, quòd contra formam iu-
ris & capitulorum fuerit ad torturam pro-
ceſſum,etiam ſi tortus confeſſus fuerit ſpõ
te,illa talis confeſſio nulla erit;vt habetur
224 in cap. ſi iuſtè quis appellauerit. † Et eſt
notandum,quòd fiſcus nunquam appellat
à ſententia abſolutoria;vt habetur in ritu
incipien.vbi verò denuntiatus. de quo ſu-
prà in loco ſuo dixi. eſt tamen bene verũ,
quòd de iure capitulorum regni vbicun-
que ex officio procederetur & daretur ſen-
tentia abſolutoria, à qua nullus appella-
bat,debebat ipſa ſententia abſolutoria no
tificari ſuperiori,ad quem deberet appella
ri;iſque debebat intra decem dies reſcribe
re iudici, qui tulit ſententiam, & interim
cognoſcere de meritis cauſæ;& ſi appella-
tum ab aliquo foret, vel infra menſem à
die,quo inferioris ſuſcepiſſet literas, de iu
ribus ſententiæ & proceſſus non cognouiſ
ſet, ſententia in rem iudicatam tranſibat;
vt habetur in capitul. plerunque contin-
git. quod eſt ſublatum per ritum, poſt-
quam appellari non poteſt.

*De inuentore theſauri.*

225 † Si quis inuenerit theſaurum, ſine ſpe-
ciali mandato regis capi non poteſt, niſi
de theſauro inuento conſtet, vel veriſimi-
libus indicijs appareat; quo caſu poteſt ca-
pi & carcerari, & inde ſtatim debet reſcri-
bi ipſi regi tenor totius proceſſus, & quic
quid inde inuentum eſt; vt habetur in ca.
prædicti magiſtri procuratores.

*De excommunicatis.*

226 † Excommunicati qui vltra annum in
excommunicatione perdurauerint, debẽt
curiæ ſeculari denuntiari; ac per eam pœ-
na debita plecti.hoc dicit tex. in cap. item
ſtatuimus, quòd ſi contingat. & hæc pœ-
na ſtatuitur per aliud c.inci.ſi quis excom
municatione.quo cauetur, quòd talis ex-
communicatus vltra annum in excõmu-
nicatione perdurãs,ſi comes fuerit, ſoluat
curiæ vncias vigintiquatuor;ſi Baro.12. ſi
miles ſimplex,ſex,ſi burgenſis,tres,ſi ruſti
cus, vnciam vnam & ſemis, & ſi ſecundo
anno perdurauerit, eſt pœna dupli quanti
tatis prædictæ; & ſi tertio, triplum; & ſic
227 de ſingulis. † Item ſtatutum eſt, quòd ſi
agatur criminaliter, vel de ſpolio vel ex
quauis alia cauſa contra aliquem,& perac
cuſatum excipiatur,quòd accuſator eſt ex-
communicatus, ne cauſa impediatur, de-
bet procedi in cauſa per iudicem,ac ſi nul
lus accuſator foret,& nihilominus ipſum
ſic excipientem de excommunicatione iu
rare faciat, quòd exceptionem ipſam non
calũniæ cauſa obijciat,vel animo differen
di iudicium;& deinde debet aſſignari ter-
minus ipſi excipienti, intra quem probet
dictam exceptionẽ,qui ſi defecerit in eius
probatione,debet priuari poſſeſſione ipſo
facto;vt habetur in cap.Regis Roberti.in-
228 cip.pro bono ſtatu. † Et ſi fuerint teſtes
allegati excommunicati, debent ad caute
lam abſolui; & ſi per eos ſententia fuerit
lata,retractatur ſententia ipſa,ac ſi foret la
ta per falſos teſtes vel inſtrumenta; vt ha-
betur in cap. eiuſdem regis Roberti incip.
ne per exceptionis anfractum.





*Vbi de crimine agi oporteat.*

229 ¶ De crimine eccleſiaſtico nõ debet agi
coram ſeculari, ſed coram eccleſiaſtico tã
tum: vt in cap. item ſtatuimus, quod offi-
230 ciales. ¶ Item vaſſalli eccleſiarum in ci-
uilibus non trahuntur coram ſeculari ſed
pro criminalibus: pro ſpretis videlicet de-
fenſis,portatione armorum, & alijs,vt ha-
betur in cap. item ſtatuimus quod iuſtitia
231 rij. † Item de grauaminibus illatis per
prælatos vel alias perſonas eccleſiaſticas
vaſſallis eccleſiæ vel alijs,poteſt cognoſce-
re iuſtitiarius prouinciæ; vt habetur in c.
232 an regale faſtigium. † Item malefacto-
res aufugiẽtes de vna ꝓuincia in aliã, poſ
ſunt inſequi per 15. miliaria intra aliã ꝓ-
uinciam,& per capientem puniri; vt in c.
Regis Roberti.incip.diu iam.
233 † Item ſi delinquẽtes aufugerint de una
ciuitate in aliam, debẽt capi ad requiſitio
nem iudicis delicti, & ad eum remitti,vt
puniantur;vt habetur in pragmatica regis
Ferdinandi,inci. licet vt vniuerſalis Italię
234 pax.† Item ſciendum eſt, quod pro pri-
uatis cauſis nõ debent extrahi extra diſtri
ctum proprij incolatus, vt in pragm.regis
Ferdinãdi inci. item quod offici... regis.
eſt cautum, qđ nõ poſſunt capi delinquen
tes extra territorium, & remitti ad iudicẽ
loci delicti ibidem puniendi: niſi eſſent la
trones publici & diſrobarores ſtratarum,
qui per quoſcunque puniri poſſunt.

*De confeſſis.*

235 † Confeſſiones extortæ per ſuggeſtionẽ
& promiſſionem gratiæ, ſunt nullius mo-
menti, vt habetur in c.inci. multorum ad
aures noſtras.

*De procuratoribus.*

236 † Si vltra decem accuſantur vel inquirũ
tur poſſunt conſtituere procuratorem,ni-
ſi in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis,vt
habetur in c.incip.idem ſtudio.idem ſta-
tuitur in c.incip.ſtatuimus, vt quoties.ſed
ibi eſt vnum plus quod corrigit præce-
dens cap.in quãtum volebat, quod ad hoc
vt procurator conſtitui poſſet, debebant
eſſe ultra decem,ſed iſtud cap.voluit,quod
ſi ſunt decem,licet nõ ultra,poſſunt procu
ratorem conſtituere.

*De pœnis.*

237 † In pœnis fiſco acquirẽdis pecuniarijs
proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de
plano, vt habetur in cap. regis Caroli in-
238 cipien.ab olim. † Pœna portationis ar-
morum, homicidij clandeſtini, aliæque
pœnæ,ſiue certę ſiue arbitrariæ, poſſunt ſi
pecuniariæ ſunt cõponi & moderari,vbi
paupertas,impotẽtia,vel alia rationabilis
cauſa ſuaſerit; vt habẽt in c.regis Roberti
incipient.exercere volentes.
239 † Sed ſi proceditur contra latrones fa-
moſos,alioſque maleficos grauium ſcele-
rũ labe reſperſos non põt eorũ pœna cor-
poralis in pecuniariam commutari vt ha-
betur in c.regis Roberti incip.ne peruerſo
240 iudicio.† Demum extat aliud c. eiuſdẽ
regis,quo pinguius prouidetur, ne in vllo
delicto,vbi pœna corporalis veniret impo
nenda,ea in pecuniariam cõmutetur ſub
pœna;vt in c.ne quis ſua malitia.
241 † Sed ſi quis bonæ conditionis & fam
aliquem vulnerauerit,& vulnus non eſt le
talę,nec membri mutilatio ſequitur,ad cõ
poſitionem pecuniariam admitti poteſt,
vt in cap. incip. ad peruerſorum, de quo
ſupra dixi.
242 † Item per prag.Cæſ.maieſt.incipien. &
quia facilitas.cautum eſt,quod pœnæ mor
tis, & membri mutilationis, inconſulto
prorege,minime commutari queunt; ſub
243 pœna,de qua ibi.† Et per ritum magnæ
curiæ vicariæ eſt cautum, quòd nunquam
deuenitur ad commutationem pœnæ,vel
compoſitionem, niſi parte denuntiante,re
mittente,vt in ritu. item, quod vbi proce-
ditur ex officio. & in alio ritu. incip.item
quod dictus locum tenẽs.licet in alio ritu
ſtatuatur, q̃ poſſet cõponi de quocunque
maleficio, ſaluo iure partis, & quando ſit
cõpoſitio,debet fieri in præſentia iudicũ,
actorum notarij,& ærarij curiæ. & idem,
quod ſupra, ſtatuitur per alium ritum in-
cip.item ſeruat ipſa curia nullum.
244 † Item per alium ritum incip. item qđ
nullus accuſatus.eſt ordinatum, vt nõ poſ
ſit deueniri ad compoſitionem,niſi proba

ro delicto per teſtes, vel per confeſſionem
245 rei. † Compoſitiones non debēt fieri abſ
que interuentu officialium,ęrarij,& magi
ſtri actorum;vt in conſt.cauſas.

*De receptatoribus.*

246 † Receptatores malefactorum eadē pœ-
na puniēdi ſunt,qua ipſi malefactores pro
ſuis criminibus puniendi eſſent. & terra,
vbi fuerint receptati per barões,per quin-
quennium erit fiſci. & ſi vniuerſitates rece
ptauerint,illi,qui ſunt maiores de ipſa vni
uerſitate, & potuerant prohibere recepta-
tionem,puniãtur,aliàs tota vniuerſitas pu
niatur; vt pro quolibet foculari auguſtale
vnum ſoluatur; vt habetur in c regis Ro-
247 berti inci.licet cōtra receptatones. † Sed
per aliud c.eiuſdem regis Roberti incip.
ad iniuſta remouenda grauamina eſt ſtatu
tum, quòd non poſſunt vniuerſitates com
ponere & puniri de receptatione bannito-
rum & aliorum malefactorum.alia vero
iura regni ſuper hoc vide ſupra in verbo,
banniantur.

*De fideiuſſoribus.*

248 † Fideiuſſores in criminalibus iurant,
ſicut ipſi principales, vt habet̃ in ritu inci
pi.in primis: & quãdo fideiuſſores ſe obli
gant pro principali inquiſito de eum præ
ſentando,ſi, & quoties fuerit ipſe principa
lis requiſitus, vel ipſi fuerint requiſiti de
præſentando, ſi curia voluerit præſentiam
inquiſiti habere,& extraiudicialiter volue
rit requirere fideiuſſores, vt præſentet,de-
bent requirere ipſum principalem,vt ſe p̃
ſentet:& fideiuſſores, vt præſentent,ad pœ
nam fideiuſſionis tenebūtur,& ipſe princi
palis ad pœnam vnciarum quatuor iuxta
ritum magnæ curiæ vicariæ inci.itē notã
249 dum eſt. † Et ex hoc infero, quòd licet
forma fideiuſſionis ſit,quod quoties fuerit
requiſitus ipſe principalis,vt ſe præſentet,
toties teneatur fideiuſſores præſentare;ta
men ſi non præſentatit ſe reus, nõ ex hoc
ſunt in pœna fideiuſſores ipſi.quia debue-
rūt requiri iuxta formam dicti ritus,licet
cōtrarium voluerit Bal.in addi. Spe.in tit.
250 de dol.& cōtu.in rubrica. † Item debēt
requiri ipſi fideiuſſores cū inſerta forma
fideiuſſionis,& licet requirantur in eodem
loco,vbi ſunt ipſi fideiuſſores, debet fieri
citatio clauſa ſigillo iuſtitiæ,quo curia vti
tur iuxta ritū magnæ curiæ vicariæ inci.
itē qñ requiritur. ego non uidi fieri cita-
tionem clauſam, ſed cum ſigillo & cū in-
251 ſerta forma fideiuſſionis, ſic. † Sed nun-
quid iudices,ſi, & quando videbitur, & ad
ſuum libitū poſſint requirere fideiuſſores
vt præſentent principalem. Bart. & Alex.
in l.pe.ff.de quæſtio.dicunt, quod nõ; ſed
bene ſi poſtquã ipſe principalis liberatus
fuit ſuperuenerūt noua indicia,ex quibus
poſſet ad torturam deueniri;& non aliter,
& tunc ſi fideiuſſores non præſentant, con
demnantur ad pœnam, & ipſe principalis
contumax reputatur,ac ſi, & ꝓut a princi-
pio poterat,ut ibidem habetur per Barto-
lum,& intellige ſi ſuperuenerunt noua in
dicia in eo delicto, ꝓ quo fideiuſſores præ
ſtitit.adde quod hoc eſt verū,quando reus
fuit liberatus ſub fideiuſſoribus factis de
fenſionibus & purgatis indicijs; at ſecus,ſi
ante cognitionem delicti fuerit liberatus,
quia eo caſu poſſunt citari fideiuſſores ad
præſentãdum, ẽtſi noua nõ ſuperuenerint
indicia, vt bene concludit dom. Dyn. de
Mux.in conſ.39. quidam nomine Ci tadi-
nus.q nota. Vide Alex. in conſ.180.a-
liàs in veteri impreſſione.325. ſecundo li.
col.pe.verſ.Vlterius autem ad inducendū.
252 † Sed pone quòd reus liberatus ſub fide
iuſſoribus nouum commiſit delictum,cu
ius rei cauſa iudex citat fideiuſſores,vt p̃-
ſentent reū illum,dicens, q ſuperuenerūt
noua indicia in illo delicto, pro quo libe
ratus fuit ille, & quod pro illo delicto eū
comparere velit, cum reuera non velit ꝓ
eo delicto, ſed pro nouo,quod quæſo hic
remedium dabitur fideiuſſoribus?dicas,ꝙ
poſſunt cōparere,& petere, vt iuret iudex
pro qua cauſa velit illam rei præſentatio-
nem, & num noua ſuperuenerint indicia
in eo delicto pro quo fideiuſſerūt,& tenet̃
iurare,vt notabiliter conſuluit Alber.Bru.
in conſ.87.incip.circa primum videndum
eſt.in fine.ſi tamen ipſi fideiuſſores offerãt
ſtare ſuo iuramento.& ita ſæpe practicaui
253 & practicari vidi. † Sed pone quod reue
ra curia eum voluerit pro illa cauſa,cū in
ſuper ex nouo delicto effectus ſit rebellis,
an tene tur fideiuſſores eum præſentare
in quo



in quo Afflict.in conſti.humanitate.in 4.
nota.verſ.iterum quæro.dicit,quod nõ te
neantur,ex quo cū ſit rebellis, habetur ꝓ
mortuo, & morte ciuili finitur fideiuſſio
iudicio ſiſtēdi cauſa facta,vt dicūt doc.in
254 l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſda.cog.† Sed fin
ge quòd pro nouo delicto eſt bannitus tã
tum ſecundum formam conſtitutionū re-
gni,& practicam traditã per me ſupra in
verbo,banniantur.nūquid fideiuſſores te-
neantur præſentare,in quo quidē Bar. in
l.ſi uerò ff.de ſatiſd.cogan.inquit,quòd ſi
fuit ille bannitus abſque culpa fideiuſſo-
rū,tūc quidem ſi ipſe reus eſt bãnitus tm̃,
& bona nõ ſunt publicata,fideiuſſores te
nentur eum præſentare,quia poteſt veni-
re reus,& purgare contumaciam,& ſiſtere
in iudicio,at ſecus(dicit ipſe) dicendū eſt
in deportato,qui amittit omnia, quæ iu-
ris ciuilis ſunt,& idē (dicit ipſe) põt dici
in eo deportato,ſi eſſet talis cauſa, in qua
ẽt poſt deportationem poſſet ſiſtere in iu
dicio: qa fideiuſſor remanet obligatus
& ſi bona eſſent publicata, & fiſcus acce-
piſſet illa bona,tūc ſi fideiuſſor promiſiſ-
ſet fiſco de iudicio ſiſti,ad fiſci vtilitatē fi
deiuſſor liberatur, quia creditor ſuccedit
debitori:ſed ſi fiſcus illa bona nõ accepiſ-
ſet,quòd nõ eſsēt ſoluēdo,uel ꝓmiſiſſet,
de iudicio ſiſti priuato,tūc nõ liberatur fi
deiuſſor.& ſic,vt vides,in regno,cū banni
tus non ſtatim amittat bona,tenetur fide
iuſſor eum præſentare,non obſtãte, quòd
ſit bannitus reus pro alio delicto, ſecūdū
Bar,ubi ſupra.ſed Spec.in tit.de accuſa. in
§.de contumacia accuſati,verſi.item quæ
ritur:ecce Titius promiſit tenere ſimplici
ter.quòd ſi eſt bãnitus reus propter aliud
maleficium,fideiuſſor eſt liberatus & am-
plius nõ tenetur, & ita dicit debere intel-
ligi text. in l.ſed ſi quis. ff. ſi quis cautio.
& l.2.§.ſi.ff.de cuſto.&exhi.reo.Gãd.in ti.
de aliqui.quęſt.var.in maleſi.verſ.itē pone
quæſtionē,quã Bononiæ.antepe.colu.po-
nit quæſtionem in eo,qui ꝓpter aliud ma
leficium fuerat bannitus bãno perpetuo,
& eius bona fuerãt publicata,& ſic,prout
dicit Bart.& tenet in eo caſu non teneri fi
deiuſſores,& ſic nõ loquit̃ in caſu noſtro
ſed Ang.in leg.ſi quis ſeruus. §.qui exhi-
bendi.ff.de cuſto.reo.tenet ſimpliciter opi
nionem Spec.vt ſi reus ſit bannitus ꝓpter
aliud maleficium,fideiuſſores ſint libera-
ti,& amplius non teneantur,at ſecus;ſi eſ-
ſet bannitus pro eodem delicto, pro quo
ipſi fi deiuſſerunt,quia tūc non cenſetur li
berari,&idē videtur tenetur in l.capitis.ff.
de fideiuſſorib.in fi.& cum hac opinione
225 nūc trãſeo.† Sed quòd ſit iudex dederit
cauſam,vt reus aufugeret,ut quia iactabat
ſe velle carcerare inquiſitum,eūque male
tractare,uel quia dixit inquiſito, quòd au-
fugeret,an fideiuſſores citati ad præſentã-
dū teneantur,an minus.& in hoc reperio
Bar.Cœpol.in conſi.25.incip.cū per ſer Ia
cobū,qui arguit pro & contra,tandem di-
cit quòd fideiuſſores nõ ex hoc ſunt libe-
rati,ſed adhuc tenētur:fatetur tñ, quòd ſi
pæna deberet applicari ipſi iudici, quòd
non tenentur ad pœnam.puto tamē,ſi iu-
dex dediſſet cauſam fugę,vt quia inſequu
tus fuit eum,uel ſe iactauit de eum malè
& peſſimè tractando, & ſit ſolitus ſimilia
facere cum effectu, vel perſuaſit expreſſè
reo,qđ fugeret, quòd tūc fideiuſſores non
tenentur.arg. eius,quod notabiliter dixit
Pet.de Anch.in conſi.409.probata tãta ſæ
uitia,voluit,qđ ſi accuſator dedit cauſam
fugæ inquiſito & accuſato,eius contuma-
cia nõ obeſt.& ita refert & ſequitur Gra.
in conſi.primo,poſt regias deciſiones. nu.
23.& ſic cum cōtumacia ob dictas cauſas
inquiſito non obſit,minimè debet obeſſe
fideiuſſoribus,cogitate tamen. & pro hoc
facit glo.no.in l.lege Cornel.ff.ad Sylla.&
multū notabiliter tenet Cæpol. in l.idem
256 ait.ff.de ædi.edi.† Illud tamē adnotan-
dū eſt,quòd ad hoc,ut pœna fideiuſſionis
poſſit a fideiuſſoribus exigi, eſt neceſſe,
quod fiſcus accuſet pœnam; aliàs nõ po-
teſt exigi, bene tamen verū eſt, ſi eſt factū
mandatum fideiuſſoribus,quòd compare
rent ad dicēdum cauſam,quare nõ debent
accuſari & exequi pro pœna fideiuſſionis,
quòd tunc debet declarari per iudicē pœ-
nam poſſe accuſari & poſſe exequi,ut fuit
deci.in ſacro regio cōſilio, ut teſtatur Af-
flict.in deciſion.tertia,extat obſeruantia.
157 † Quòd ſi carceratus fuerit reus per iudi
cem pro eadē cauſa, pro qua fideiuſſores
præſtitit, & demū aufugerit a carceribus
vel a manibus familiæ,an ipſi fideiuſſores
ſint liberati,hæc quæſtio latè pertractatur
per Affli.in deciſio.130. habuimus iſtum

 caſum.

caſum.qui tãdem refert in ſacro regio cõ-
ſil.Neapolitano fuiſſe deciſum,quòd fide-
iuſſores ipſi ſint liberati,at ſecus, ſi fuiſſet
captus ſeu carceratus reus pro alia cauſa,
quo caſu ſi fideiuſſores cõparuiſſent & di
xiſſent curiæ,quòd eum præſentant, & ꝙ
nolunt amplius teneri, etiam dicẽdũ eſt,
quòd ſint liberati,vt ibi dicit idem Affli.
per doctri.Ioan.And.in addi.Specul.in ti-
258 tu.de accuſ.§.ſequitur.† Sed pone quòd
curia eum habet carceratum,nec requiſi-
uit fideiuſſores, vt præſentarent eũ,an fi-
deiuſſores poſſint ex ſe reum præſentare,
ut ſic amplius non teneantur,& curia te-
neatur dictam præſentationem acceptare,
in hoc dico,quòd non,vt in terminis con
ſuluit Ludo.Rom.in conſil.137.incip.iſta
ꝓmiſſio.tamen quãdo eſt carceratus reus
pro alia cauſa,tenet̃ curia acceptare illam
præſentationem,ut dicit idem Rom.in d.
cõſi.dum ſequitur opinio.Io.And.quæ nõ
259 tes.† Quòd ſi fideiuſſores promiſerunt
reum præſentare,non adiecta certa pœna,
qaaliter puniuntur ipſi fideiuſſores, ſi nõ
præſentant ipſum reum? Spec.in tit.de ac
cuſa.§.ſequitur uidere.nu.15.dicit, quòd
quando certa pœna fideiuſſioni nõ eſt ad
iecta,tũc iudex puniet fideiuſſores pœna
pecuniaria ſuo arbitrio, ſecundũ qualita-
260 tem & conditionem perſonæ.† Sed po-
ne quòd quis fideiuſſit pro aliquo de eum
præſentando toties quoties, vel de eum
ſiſtendo iuri,& non præſentauit, nec fecit
eum in iudicio ſiſtere, quo caſu fiſcus ac-
cuſat & pœnam exigit, an vltra pœnam fi
deiuſſionis teneatur ipſe fideiuſſor ad in-
tereſſe parti,ad cuius inſtantiam ille erat
carceratus, et breuiter in hoc caſu habe-
mus deciſionẽ Affli.in deciſiõ.234.inc.fi-
deiuſſor.ubi refert fuiſſe deciſum,quòd ul
tra pœnam debitam fiſco tenetur parti ad
261 intereſſe.† Quid operetur illa uerba poſi
ta in ritu;toties quoties;quæ communiter
apponitur in fideiuſſorib.Ang.in l. quòd
ſi nolit.§.ſi quis ita.ff.de ædi.dicit, quòd
operantur,quòd fideiuſſores tenentur præ
ſentare uſque ad ſententiam,ſed ſi dicatur
in fideiuſſione, toties quoties,quandocũ-
que curiæ placuerit,tunc tenentur fideiuſ
ſores ẽt poſt ſententiam repræſentare. de
huius dicti ueritate ne prætereas, videre
Rodori.Xuar.in declaration.l. 2. foro lib.
2.tit.delos emplazamiento nu.3.cum ſe-
quen.Vbi pro hac opinio.citat tex.in l.pe.
C.de fideiu.ibi tunc enim in tantum eam
extendi, in quantum atteſtatio fuerit ex-
preſſa,& ſic licet iura dicãt quòd fideiuſ-
ſio ſimpliciter capta non extendatur poſt
ſententiam,tamen quando appoſitum eſt
maius tẽpus erit ſecus,ergo cum ſit dictũ
toties quoties,extẽditur,ſit etiam poſt ſen
tentiam,& hàc dicit communem opinio-
nem.& etiam quãdo eſt dictum ſimplici-
ter,toties quoties,per binam præſentatio-
nem liberatur fideiuſſores,vt euitetur in-
finitas ſecundum eundem Ang.in l.ſi fini
ta.ff.de damno.infe num.1.Vide eundem
Rodori. Xuar.vbi ſupra nu.37.ſed in hoc
vltimo dicto cõtrariũ expſſe tenuit Imo.
in d.l.ſi finita.& quem ſequitur Alex.latè
in d.l.finita.& ibi uide Paul.de Caſtro.&
Lud.Roma.& vide Spec.in titu.de fideiu.
262 nume.12.† Sed finge quòd quis fideiuſ-
ſit pro Titio inquiſito de vulnere illato in
perſonam Sẽpronij, qui ex dicto vulnere
mortuus fuit,an teneatur fideiuſſor ille p̃-
ſentare Titium; Bart.in l.fideiuſſores ma
giſtratuum.ff.de.fideiuſſ.dicit,quòd ſi fuit
ꝓpoſita accuſatio de vulnere; & pro ea ac
cuſatione interceſſerit fideiuſſor,ſequuta
morte,nõ tenetur.ſed ſi nulla fuit propoſi
ta accuſatio,ſed tantum quis interceſſit ꝓ
inquiſito de vulnere,tũc etiã ſequuta mor
te tenetur,& idem cõſulendo tenuit Bart.
Soc.in conſi.273.in 2.lib.ſed contrarium
tenuit Albe.de Roſa.in l.diuerſum ff.quo
263 lega.† Sed pone quòd quis promiſit ad
certam pœnam non offendere Titium,&
dedit fideiuſſores,tãdem verò offendit, ꝓ
quo fuit citatus & contumax reputatus,&
tãdem foriudicatus,& ſic ficte habetur ꝓ
confeſſo,nũquid illa ficta cõfeſſio ſit tan
tæ potẽtiæ,quòd operetur, ut fideiuſſores
poſſint condemnari? Philipp.Cor.in cõſi.
212.in 3.lib.decidit, quòd non, ſed debet
aliter conſtare,aliàs non poteſt agi cõtra
fideiuſſores: imo quod plus eſt,dicit Alb.
de Roſ.in le.cum procurator.ff. de fideiu.
quòd nec ſufficit in caſu propoſito cõfeſ-
ſio uera ipſius inquiſiti principalis, ut ex
ea poſſint fideiuſſores cõdenari.Adde qđ
ſi inter me & te ſunt dati fideiuſſores de
uiuẽdo pacifice, & nõ offendendo,ſi con-
tigerit me accedere cum ſeio,& tu offen-
dis



dis ſeium venientem mecum,rũpitur pax
& fideiuſſores tenentur ſecundũ Io.And.
in Addi.Spec.in tit.de tregua & pa.§.1. &
ſequitur Alex.& Are.in l 5.ſtipulatus.ff.de
ver.obli.& poteſt eſſe ratio, quia qui of-
fendit me aſſociãtem, me uidetur offende
re,adeo quòd poſſum ipſum offendere.Itã
ſignanter voluit Gandi.in ſuo trac.malefi.
ſub rubrica.de defenſio à reo fac.in 1.col.
ver.ſed quid ſi inferatur,& refert ac ſequi-
tur Aen.de Falco.in addi.do.Abb. in c. cũ
264 ſit generale.de for.compe.nu.18.† Item
notãdum eſt,quòd in regno certa meta ca
piendarũ fideiuſſionum data reperitur per
ritum magnæ curiæ vicariæ incip.itẽ no-
ta,quòd in criminalib.quo cauetur, quòd
in cauſa homicidij debẽt fideiuſſores tales
eſſe,qui ſe obligent ad pœnam unciarum
centum,& in cauſa priuati carceris,uel ẽt
falſitatis,ad pœnam vnciarũ 50.& in alijs
265 delictis,ad pœnam vnciarũ 25.† Sed po-
ne quòd eſt aliquis inquiſitus,qui non po
teſt modo aliquo præſtare fideiuſſores pro
d.ſumma,an præſtabit tales quales præſta-
re poterit, & quid ſi nullos præſtare pote-
rit?hanc q.[ne] poſuit Ioan.Mil. in ſua praxi
cri.in uerbo,Andreas Irus,n.8.& 9.fo.150
ubi dicit,quòd ſi nullos præſtare poterit fi
deiuſſores,præſtabit iuratoriam cautionẽ
ꝙ ſtabit iuri,& affirmabit ſe fideiuſſorem
dare non poſſe. & ſi poteſt præſtare fideiuſ
ſores,non tamen pro prædicta ſumma,præ
ſtabit tales,quales poteſt:&ita vidi millies
practicari in utroque mẽbro in magna cu
ria vicaria,& ego ipſe tempore meo practi
caui,licet tex in c.ab illo inchoandũ.in fi.
ſatis refragetur prædictæ opinioni. tamen
utcunq; ſit de iure, ita practicat̃,ut ſuprà
266 proximè dixi.† Itẽ notandum eſt,quòd
fideiuſſores debent eſſe habiles ad conue-
niendum & faciendum exequutionẽ con-
tra eos,adeò ut nullus nobilis de Capua-
no uel de Nido recipi debeat, ſed unus de
Nido recipitur pro alio,& ſic de ſedili Ca-
puano.hoc eſt qđ uoluit ritus magnæ cu-
riæ uicariæ incip.itẽ quòd nullus.& in eo,
qđ dicit tex.quòd fideiuſſor debet eſſe ido
neus concordat cũ l.1.& ibi Alex.ff.in ius
267 uocat.vt ea.† Itẽ vlterius ſciendum eſt
quòd fideiuſſiones omni die recipi poſſũt
ſiue curia regatur,ſiue nõ,ſiue de mane,ſi
ue de ſero,& in quacunque hora,die,p̃ſen
tibus uel abſentibus iudicib. ſufficit enim
quòd magiſter actorum eas capiat,& ſtipu-
letur nomine & pro parte curiæ; quo caſu
ſufficit,& perinde habetur, ac ſi fideiuſſio-
nes ipſæ eſſent receptæ per ipſos iudices.&
per hunc ritum eſt ſopita illa longa diſce
ptatio,quam facit do. Pet.Phili.Cor.in cõ
ſi.211.in 3.lib.quatenus diſcutit,nunquid
ualeat fideiuſſio capta per actuariũ nomi-
ne curiæ,nam,ut uides,hic ritus approbat
talem fideiuſſionem. ex hoc apparet malè
(ſalua pace)dixiſſe Affl.in conſti.magiſtri
camerarij.in 13.no.qui immemor diſpoſi-
tionis huiuſmodi ritus, dixit, quòd ſemel
exclamauit in ſacro regio conſi quòd fide
iuſſio vnius carcerati capta per actuarium
abſente iudice,non valebat. nã ſecundum
eũ de neceſſitate requiritur, quòd fiat præ
ſente iudice,cuius contrarium, vt ſupra pa
tet. Aduerte,ꝙ quatenus hic ritus diſpo-
nit fideiuſſiones poſſe etiam die feriato ca
pi, corrigitur per alium ritum, quẽ infra
referam.quia tunc per inſtrumentũ publi-
268 cum cõſignatur carceratus.† Itẽ eſt ſcien
dum,quòd pro quolibet inquiſito debẽt eſ
ſe duo fideiuſſores,qui non ſint clerici nec
filijfamilias, &debent iurare quantum ua
eant ſua bona detractis debitis & dotibus
mulierum. & licet ipſi fideiuſſores fideiu-
beant ad certam ſummam; tamẽ quilibet
eorum tenetur inſolidum,&ſi ſunt tres de
nũtiati,curia recipit quatuor uel quinque
fideiuſſores,ſi ſunt diuites; & quando ſunt
quatuor denũtiati,ſufficiunt ſex uel ſeptẽ
fideiuſſores diuites;ſed quando ſunt multi
denuntiati,curia debet recipere pro medie
tate eos fideiuſſores,quos deberet recipere
ſecundum ordinem prædictum,& pro alia
medietate ipſi denũtiati inter ſe,unus pro
alio,fideiubent,& uocat̃ fideiuſſio uicaria:
hoc voluit ritus magnæ curiæ uicariæ in-
269 cip.itẽ pro quolibet † Ex dicto ritu no-
tes perpetuo,quòd ſi ſunt plures fideiuſſo-
res,qui ſe obligant de præſentando reũ ad
certã pœnã,licet non dicatur in fideiuſſio
ne,quòd inſolidũ promittunt, tamen qui
libet eorum tenetur inſolidum ex diſpoſi
tione iſtius ritus, cõtra diſpoſitionẽ tex. l.
hoc ita.C.de duo.re & nota,quia nemo ad
270 uertit.† Item notatur ex eo, quòd quan
do ſunt plures denũtiati ſeu inquiſiti, tũc
dantur fideiuſſores ꝓ medietate, & ꝓ alia
medieta-

medietate ipſi denūtiati inter ſe,alius pro
alio fideiubēt; & ſic in regno admittitur
vicaria fideiuſſio;quod quidem cōcordat
cū l.omnes.§.in hac autē regia.C.de epi.
& cler.& notat Din.in l.Romanus Appu-
lus.ff.de tu.& cura.da ab his & plenè per
Spe.in tit.de ſatiſda.§.dicto,uerſi.quid de
ſcholaribus.& habetur per Bar.de Cap.in
271 conſtitu.humanitate.nu.46.† Itē eſt ad
aduertendum,quòd quoties contigerit iu
dicē velle liberare aliquem inquiſitū ali-
quo die feriato, tūc non liberat ſub fide-
iuſſorib.ſed eo caſu ille inqſitus cōſignatū
per iudicē pro carcerato p chlamydē aliq-
bus recipiētib.eum;& de dicta cōſignatio
ne rogatur notarius publicus, & cōficitur
publicum inſtrumentum;recipientes verò
dictum inquiſitum promittunt eū præ-
ſentare pri.die iuridico.& adueniente die
iuridico,ut ſuprà,ipſum in curia præſen-
tant,& tūc capiēda eſt fideiuſſio, ut ſuprà
dictū eſt.hoc uoluit ritus magnę curię,ui
272 cariæ inci.itē ſi eſſet.† Et ex dicto ritu
notes unum pulchrum dictum ; quòd li-
cet dictū ſit ſuprà,quòd fideiuſſio pōt ca-
pi in abſentia iudicis,& per ſolū actuariū
tamen conſignatio inquiſiti,quæ ſit modo
prædicto die feriato, nullo modo poteſt
fieri per actuarium abſente iudice;ſed ne-
ceſſariò fieri debet per ipſum iudicē ſtipu
lantem nomine & pro parte curiæ,& licet
ritus nō procedat ultrà annullando actū,
ſi contrarium fieret ; tamen,quia ritus il-
le procedit dando formam qualiter capia-
tur uel ſiat illa cōſignatio,ſequitur, q for
ma nō ſeruata,actus ille redditur nullus;
licet ritus ultra non procedat annullādo
actum ſecūdum Alex.in conſi.23.in 4.par
t.& ſic intelligitur id quod dicit Bald.in
l.non poſſunt.ff.de legi.& in l.ſi quis mi-
hi bona.§.coram.ff.de acqui.hære.& ha-
betur per Card.in clem.1.§.volumus.2.q.
de foro compe.& per Bal.in l.1.antep.co.
C.qui admitti ad bo.per Spec.in tit.de in-
inſtru.edi.§.4.uerſi.ſed nunquid.de quo
plene per Feli.in c.cum delicta.de reſcrip.
6.col.verſi.de forma.& quod ritus ille pro
cedat dando formam,probatur manifeſtè,
quia vbicunque eſt prius , & poſterius ibi
eſt ſecundum Bald.in l.1.3.colum incip.
ex dicto ergo Roffre.C.ne li.ter.pro.ſed ri
tus ille dicit, quòd quando aſſignatur ca-
ptiuus a liquibus,nō aſſignatur illius fide-
iuſſoribus ; ſed regens aſſignabit illum p
chlamydem illis , qui promittant ad pri.
mam diem iuridicam eum præſentare, &
ſic ad hoc,ut conficiatur illud inſtrumētū
conſignationis,eſt neceſſe, quòd præcedat
illa aſſignatio fienda per iudicem per chla
mydem captiui,& de illa cōſignatione ro
gatur notarius, vt cōficiat inſtrumentum
ergo manifeſtè liquet requiri pro forma ,
quòd iudex conſignet carceratum,& ſtipu
letur,nomine & pro parte curiæ, & ita ar-
guit Fel.in d.c.cū dilecta,in uerbo, ſextū
ſignum.& vlteriùs dicit Bal.in l.vniuerſa.
C.de preci.imperat.offer.quòd forma quæ
debet præcedere, eſt de ſubſtantia,adeo ut
non poſſit ſubſequi , & ſic ex prædictis te-
273 neo id quod ſuprà dixi.† Item eſt aduer
tendum, quòd fideiuſſores , qui promiſe-
runt præſentare reum inquiſitū intra cer-
tum terminum,vel ad mandatum curiæ,&
non præſentauerūt,incidunt ſtatim in pœ
nam,adeò vt non poſſint ad illam euitan
dum purgare moram,licet ſecundum for-
mam iuris communis per l.& ſi poſt tres,
ff.ſiquis cau.& ſecundum formam,c.regni
inci.legem veterem poterant fideiuſſores
purgare moram. ſecundum enim ritū ma
gnæ curiæ vicariæ incipientem , item nō
poſſunt.eſt ſtatutum,quòd mora per fide-
iuſſores purgari nō poteſt.tu tamē uideas
Gramm.in deciſion.95.inci.in cauſa ma-
gnifici.vbi apparet in ſacro regio conſil.
Neapolitano fuiſſe contrarium deciſum
ex æquitate.l.apud Celſum. §.Labeo.ff.de
do.exce. quatenus ibi dicitur, quòd durū
eſt hominem poſſidere & pœnā exigere.
274 † Item eſt ſciendum , quòd citatis fide-
iuſſoribus ad præſentandum, & non com
parentibus in ultimo peremptorio,& effe
ctis contumacibus,licet poſtea cōpareant
eodem die,non purgant contumaciam,ni
ſi eodem die præſentauerint principalem,
vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ inci-
pien.item,quòd ſi condemnatus. & eſt ra-
tio,quia fideiuſſores ipſi ad duo erāt cita
ti,videlicet ad comparendum & præſen-
tandum.unde licet comparuerint,non ta-
men,cum alterum non adimpleant , pur-
gant contumaciam:& pro hoc facit , quia
citatus ad reſpondendum libello, dicitur
contumax,etiam ſi compareat , ſed nō re-
ſpondeat



ſpondeat libello.quia ad duo tenetur , ut
l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interro. actio.
& Bal.& Pau.& Alex.not.in l.2. §.in fide
iuſſorem.ff.qui ſatiſd.cogan.& Bar.in au-
then.qui ſemel.C.quomodo & quādo iu.
putarem tamen ita demum procedere di-
ſpoſitionem ritus,quādo compareret fide-
iuſſor,& nihil allegaret,ſed ſi talia allega
ret,ex quibus meritò ad præſentādū reū
non teneretur, tunc credo, quòd admitti-
tur.quia comparere eodē die operatur ta-
liter,quòd reponit in priſtinum ſtatum,ac
ſi à principio comparuiſſet, ut habetur in
ritu incip.item,quòd illi qui ſunt bāniti,
debent præſtare,&cæ.per comparitionem
enim ſatisfactum eſt, quò ad vnum caput
citationis,& quo ad caput præſentationis
rei ſatis uidet̄ fieri,ſi talia allegātur,quæ
ſi uera eſſent,fideiuſſor non teneretur præ
ſentare:ut probatur in l.2.§.ſi quis in iu-
dicio.cū.§.ſequētibus & l.ſi is,qui fideiuſ-
275 ſorem.ff.ſi quis cautio † Itē eſt ulterius
aduertēdum,quòd ſi fuerit requiſitus prin
cipalis ut ſe præſentet, & minimè ſe pſen
tauit,poſsūt ſine alia requiſitione fideiuſ-
ſorum,condemnari tam ipſe principalis ,
quàm fideiuſſores ad pœnā fideiuſſionis.
& hoc procedit attenta forma fideiuſſio-
nis,quòd præſentabunt eum,ſi,& quoties
ipſe principalis fuerit inquiſitus. hoc eſt
quod uoluit rit,incip.item eodē ſero ſeu
die faciāt,& ſic,ut vides, iſte ritus videtur
approbare opinionem Bald.in rubrica de
dol.& contu.quatenus voluit,quòd tenen
tur fideiuſſores ad pænam,ſi fuerit factum
præceptum reo,licet non ſit factum præce
ptum fideiuſſoribus , licet durū nimis vi-
deatur,cum regula ſit, quòd nunquā ſen-
tentia alteri præiudicat, quādo lata eſt in
contumaciā partis ſe non defendentis,igi
tur ſi fertur contra reum ſe non defendē-
tem & in eius contumaciam, nō debet fi-
deiuſſoribus nocere, vt voluit Romanus
conſi.230.vt refert & ſequitur Marſ.in ſin
gu.quarto,de quo ſuprà dixi.imò in indi
uiduo,ſi fideiuſſor pmiſit aliquē præſen-
tare intra certum terminum;non tenetur
ad pœnā,ſi in termino nō præſentauit,eò
quia nō fuit requiſitus,ut habetur plenè p
Marſ.in l.vnius.§.cogniturū.ff.de quæſtio
nib.& cōtrariū voluit ritus;de quò ſuprà
mētionē feci,qui incipit,item notandum
eſt.quare cogitandum eſt ſuper prædicta
facti contingentia,& teſtor Deum, quòd
nūquam uidi practicatum illum ritū,ſed
ſemper uidi requiri fideiuſſores & princi-
palem:eſt tamen bene verùm,quòd alius
ritus incip.item quòd à bannitos.in fi.cō
firmat illum ritum expræſſè.quia dicit at
tendendam eſſe formā fideiuſſionis , quæ
vult,quòd quoties ipſi principales fuerint
requiſiti,& non ſe præſentarint , uel fue-
rint requiſiti ipſi fideiuſſores ut præſen-
tēt & nō præſentauerint,teneātur ad pœ-
nam.

*De ſodomia.*

276 † Committens ſodomiam igne concre-
mantur,ut in prag.Ferdinandus & Eliſa-
bet,in qua alias quædā cumulaui, & ideò
breuitatis cauſa eò me remitto.

*De ſopetis & baliſtis.*

277 †Item proijcientes ſcoppectis & baliſtis
ad nocendum alicui,licèt nō nocuerint,
pœna mortis puniuntur, ut in prag. inci.
ad reſtringendum,ubi ſcripſi.Et ſic impo-
no finē iſtis fragmētis ad laudē omni po
tentis Dei & beati Matthæi,16.menſis iu
lij die,anno 1537.& licet non omnia iu-
ra regni contineantur in iſtis fragmentis
quò ad criminū materiā,comprehendun
tur tamen frequentiora,& quæ uerſantur
in palatijs ut plurimum.

F I N I S.

Særies Chartarum.

a b c. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
A a B b C c.

Omnes ſunt quaterniones præter M duerniones,& C c terniones.

UNIV